

XXV G R

DOCTRINÆ filio fideli

EFFIGIES HENRICI KHUNRATH LIPSENSIS, THEOSOPHIÆ AMATORIS FIDELIS, ET MEDICINÆ UTRIUSQ. DOCTORIS: ANNO à IHSUH CHRISTO SERUATORE NOSTRO NATO, M.DC.II. ÆTATIS SUÆ, XLII.

sufficiat tibi GRATIA mea.


BIBLIA.

C ulpet ne Libros HUIUS, tibi dico, SOPHISTA:
O h huius HENRICI cedat labor AMPHITHEATRO!
N ummus instinctu Sacri nam vite peregit;
S unt equidem Scripta hæc nunquam contraria VERO;
I s quia Sinceram SOPHIAM defendit & ornat,
L essam restituit, purgando illustrat abusum.
I n vivis Homini voluit servire DEOq,
U t ratione pari KHUNRATHI Nomen & Omen,
M AGNUS CONSILIO, celebraret Dona IEHOVÆ.
D enique nil superest nisi Momi Scommata temnat;
E t SIC Scribendo pergat condicere invidis:
I ngenio quamvis valet, atq est Arte politus.

M. Andr. Riccius.

Johan Diricks, van Campen, ...





PERSEVERANDO.

ADSIT,

NEC TIMIDE.

ORANDO.

LABORANDO.

# AMPHITHEATRVM SAPIENTIÆ ÆTERNÆ SOLIVS VERÆ, CHRISTIANO-KABALISTICVM, DIVINO-MAGICVM, nec non PHYSICO-CHYMICVM, TERTRIVNVM, CATHOLICON:

instructore

HENRICO KHVNRATH LIPS:

THEOSOPHIÆ amatore fideli, et MEDICINÆ utriusq; DOCT:

Hallelu-IAH! Hallelu-IAH! Hallelu-IAH!

Phy diabolo!

E MILLIBVS VIX VNI.

MEMORIÆ HONESTÆ.

IMMORTALITATI LAVDANDÆ.

ID QVOD INFERIVS.

SICVT QVOD SVPERIVS.

SOL.

MERCVRIVS

LVNA.

CVM PRIVILEGIO CÆSAREÆ MAIEST: AD DECENNIVM, A PRIMA IMPRESSIONIS DIE.









# SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.



*ACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS Priuilegio cautum est, ne quis Chalcographorum, Celatorum, Sculptorum, Typographorum, Bibliopolarum ac aliorum quamcunque librariam negotiationem exercentium, OPERA HENRICI KHVNRATH, LIPS. Medicinæ Doctoris, tam scripta quam picta, Medicinalia, Chymica, Kabalistica & pleraque alia secretiora, Latino & German o idiomate, partim aliunde conquisita, partim à seipso conscripta & inuenta, ac inter ea quidem AMPHITHEATRVM SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, solius veræ, Christiano-Cabalisticum, Diuino-Magicum, & Physico-Chymicum, tertriunum Catholicon, &c. per decem annorum spatium, à prima cuiuslibet editionis Die computandum, intra sacri Romani Imperii, Regnorumque & Dominiorum Maiestatis suæ hæreditariorum fines, simili aut alio quopiam characteris genere & forma, siue in totò, siue in parte, imitari, recudere, aut alio recudenda, vel alibi etiam sculpta & impressa adducere, vendere aut distrahere palàm vel occultè, citra voluntatem & consensum præfati Doctoris Henrici Khunrath, suorum-ve hæredum præsumat. Si quis vero secus faciendo, Priuilegium & interdictum hoc Cæsareum spernere, negligere aut transgredi temerario quopiam ausu conatus fuerit, eum non solum omnibus illis exemplaribus perperam sic recusis & adductis (quæ quidem supradictus Henricus Khunrath, aut eius hæredes, eorumque mandatarii vbicunque deprehensa vel propria, quam ipsis hac in parte tribuimus, authoritate vel Magistratus loci illius auxilio sibi vendicare poterunt)*

*de facto priuandum, sed & mulcta insuper decem marcharum auri puri fisco Cæsareo fraudis vindici, & sæpefati Doctoris Henrici Khunrath, suorumve hæredum Usibus ex æquo pendenda, decretum irremissibiliter plectendum, &c. Pragæ, die prima Junii. Anno 1598.*

RVDOLPHVS.

*Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium*

*A. Benck.*

Additum sigillum Cæsareæ Maiestatis in cera rubra.

ÆTERNO



# ÆTERNO, INVISIBILI, SOLI SAPIENTI, OMNIVM OPTIMO, INFINITO ET OMNIPOTENTI

יְהוָה אֱלֹהִים צְבָאוֹת

# DEO DEORVM,

ENTI ENTIVM VNITRINO,

SANCTO, SANCTO, SANCTO,

PATRI, & FILIO, in plenitudine temporis incarnato, JHSVH CHRISTO, nec non SPIRITVI SANCTO;

Vniuersarum Rerum creatarum ac conditarum in toto VNIVERSO existentium

AVTHORI, CONSERVATORI, GVBERNATORI,

perpetuò;

DOMINO ac PATRONO suo Catholico, benignissimo, filialiter timendo, vnicè amando, humillimeque adorando, & in omnem æternitatem, deuotione debit, meritò laudando:

# I I.

TOTI CÆLESTIS EXERCITVS SPIRITVALIS·MILITIÆ PRÆPOTENTI, reuerenter habendæ; flammeis, nimirum, JEHOVÆ ministris, Diuinitus mihi concessis, officioque suo & didactico & tutelari vltrò adsistentibus:

# III.

PROXIMO SVO (Θεο-Ἀληθῆ-καὶ τεχνη-φίλῳ, Seinem / Gott / der Warheit / vnd Kunstliebendem Nechsten /) fideli cuiuis, cumprimis diligendo:

# I V.

SIBIMETIPSI, seruo ac organo DEI (absit iactantia & calumnia verbo) sedulo pro modulo DONORVM à DOMINO liberalissimè concreditorum:

# V.

2. Timoth. 3 vers. 16.

TOTI SS.ᵃ BIBLICÆ SCRIPTVRÆ, vtili ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, in Justitia; vt perfectus sit HOMO DEI ad omne opus bonum instructus.

# VI.

NATVRÆ mirificæ, ministræ ELOHIM in MVNDO vniuerso (eiusque FILIO, MAGNESIA Philosophorum indigitato, nunquam odiosæ, NVMINI ac LVMINI suspiciendo:

Denique

VII. SCIEN-

# VII.

SCIENTIIS & ARTIBUS singulis, per quas de DEO gratissima in orbe Terrarum sparsa est fama; præsertim verò sublimioribus ac secretioribus, quæque IGNIS, omnia probantis, adminiculo Spagyricè peraguntur:

## AMPHITHEATRUM SAPIENTIÆ ÆTERNÆ

SOLIUS VERÆ,

*nec non*

Virginum instar, EI propemodum à cubiculis sanctis atque secretioribus, castissimarum, quibus, inter omnes in toto Terrarum orbe Scientias & Artes bonas generique humano vtiles, non augustiores vel sanctiores, non (ob VSUS ac FRUCTUS tam Macro & Micro-cosmicos, quam DIVINOS, hîc & in æternum salutares) præstantiores vllæ, puta,

## KABALÆ, MAGIÆ, ALCHYMIÆ,

HEROINÆ suæ sanctissimæ, mirificæque, in ORATORIO & LABORATORIO, Macro- ac Micro-COSMICE, artificio miraculoso, eoque multifario, prudentissimè veræque Theo- ac Philo-SOPHICE ancillantium; secundum Sanctioris & CHRISTIANÆ PHILOSOPHIÆ, solius veræ, Veritatis normam, è diabolicis sophismatum execrandorum, pro VERITATE sese falsò substituentium, laruis fucatis, duce & adsistentiâ RVACH HHOCHMAH-EL, necessariò repurgatarum, catholicaque dexteritate ad Archetypi exemplar sincerè reformatarum, primor-dialivè Simplicitati ac Bonitati triuni catholicæque suæ, dignè restitutatum & instauratarum,

# CRHISTIANO-CABALISTICVM, DIVINO-MAGICVM,

nec non

# PHYSICO-CHYMICVM, TERTRIVNVM, CATHOLICON,

Hoc;

In quo Theo- ac Philo-SOPHICE docetur SAPIENTIÆ VERÆ, eiusque studii, hoc est, PHILOSOPHIÆ sincerioris fons: Vena genuini INTELLECTVS Numinis ac Luminis NATVRÆ essentialis in MVNDO maiori catholicè, in FILIO verò illius, MAGNESIA videlicet Sapientum, synopticè, catholicè, realiter existentis; IVRIS quoque LEGIS ve DEI in cordibus nostris Diuinitus scriptæ; nec non, Methodi dextrè intelligendi & orthodoxè interpretandi BIBLIA sacra; SCIENTIÆ quoque Ligni vitæ, Boni ac Mali, atque honestorum ac Turpium; ostenditur flumen:

OPVS, θεωρητικὸν καὶ πρακτικὸν attestante αὐτοψίᾳ (phy Momo & Zoilo) reuera eximium, recèns reuisum, AMPHITHEATRICE instructum QVATVOR circularibus, aliisque hieroglyphicis FIGVRIS, in æs affabrè scalptis, VERITATIS, passim locorum, sine pudore vim publicè patientis iniquissimam, & quasi sub calumniarum pondere fatiscendo ingemiscentis, ferè (proh!) succumbentis, ab interitu, pro viribus, vindicandæ ac erigendæ causa; & quo aliis bonis atque industriis viris idem tentandi & præstandi ansa haud vituperanda præberetur, in publicum, ex pio animi affectu, inque orbis CHRISTIANI VSVM atque VTILITATEM communem, necessariò iam tandem, & vix tandem (sed sat citò, si, vt spero, sat benè) missum;

SAPIENTIA VERA, CVI, QVID, VBI, QVIBVS AVXILIIS, QVAMDIV, CVR, QVOMODO, QVANDO, fieri possit ac debeat, Christianè docens; SVMMVMQVE HOMINIS BONVM, tam in futura quam in hac vita fructuosum, DEI donum singulare, tertriunum, catholicissimum, videlicet,

| *Agnitionem, Cognationem, Vnionem & Fruitionem* | *Cognitionem* | *Cognitionem ac Fruitionem* |
| --- | --- | --- |
| JEHOVÆ, &, quem misit JHSVH CHRISTI, Librique SS.æ Scripturæ, Triunius; | SVIIPSIVS, Triunius; | MVNDI maioris, &, quem dedit, Filii eius, MAGNESIÆ Sophorum, vtriusque Triunius; |

hoc est,

Catholicè

TRIA OMNIA,

*tanquam in liquido Speculo,*

SOPHIA Orthodoxâ,

*ostendens:*

CVIVS

*mysteriorum reconditorum*

*(prout PATER LVMINVM eadem illa, ex Benignitatis suæ Diuinæ penu, liberaliter concessit.)*

APOCALYPTICA CLAVIS

TRIVNA,

penes Authorem OPERIS huius dignè reseruata,

LEGE sua

Triuna, sancta, æqua & iusta,

id est,

*de*

FIDE,

TACITVRNITATE legitima,

&

OPERIBVS bonis,

(quæ animum saltem gratum debitè concernunt)

solis debetur DISCIPLINÆ atque DOCTRINÆ filiis,
SS.ª SAPIENTIÆ candidatis, candidis hæredibusque fidelibus dilectis;
ne sacrum detur canibus, aut margaritæ proiiciantur ante porcos, diabolismo grauiter obsessos:
Non enim omnibus OMNIA conueniunt,
*sed est*
QVID, QVIBVS, VBI, CVR, QVOMODO, QVANDO & QVANTVM:
AMIMI GRATI, REVERENTIÆ,
CHARITATIS, GRATVLATIONIS,
ATTENTIONIS,
ADMIRATIONIS, HONORIS DEBITI,
*ergò*
Humillimè CONSECRAT, Officiosè DICAT,
Amicè OFFERT, Debitè NVNCVPAT,
Religiosè RELINQVIT,
Obseruantissimè DONAT, Studiosè PONIT,

*HENRICVS KHVNRATH LIPSENS. THEOSOPHIÆ amator fidelis, & MEDICINÆ vtriusque DOCTOR:*

JEHOVAH
afflante, incendente, stimulante ac dante
TRIVNO,
doctus, ductus, Inuentor, Author.

*ANNO MASCHIACH*
iuxta promissionem Diuinam missi

MDCIV.

*HALLELV-IAH! HALLELV-IAH! HALLELV-IAH!*
phy Diabolo!
*Terque quaterque phy calumniatori cuiuis; nullo excepto!*
*JEHOVÆ*
VNI TRINO SIT
LAVS, HONOR ET GLORIA.
AMEN.

LECTORI



# LECTORI CANDIDO SALVTEM.



*Mphitheatri hoc insigne Opvs, in quo Auctor Henricus Khunrath Lips. vtriusque Medicinæ & Philosophiæ Doctor, Sapientiam Divinam, Hvmanam, Macro & Microcosmicam: Diuino-Magicam, Christiano-Cabalisticam & Physico-Chemicam, admiranda industriâ, spectandam Ocvlis: contemplandũ Mente, sectandum Opere, in Oratorio & Laboratorio, omnibus proposuit, Amice ac Candide Lector, damus tibi nunc integrum & absolutum. Ipse quidem Auctor immatura morte præuentus, aliqua ex parte, sed non magnâ, imperfectum post se reliquit. Onus illud meis humeris imparibus sanè, imposuit moriens, vt Opvs posthumum cura mea in lucem ederetur: tum quod ipsi fuerim intima familiaritate iunctus, cum, quod consilii sui, in hoc opere edendo fecerit me, vna cum aliis relictis à sese secretioribus, participem. Dedi igitur sedulò operam, vt tale prodiret in publicum, quale, vt prodiret, ipsum peruoluisse, accuratè intellexi: Si in multis non satisfactum est omnibus, illi & magnitudinem Rei perpendant & meliora his faciant. Restat vt de fine Operis te paucis admoneam: Quanta cura, mens humana scire, naturaliter desideret, in confesso est omnibus. Quot volumina Librorum Scientiarum gratiâ, euoluuntur? quot molestiæ deuorantur? quot sumptus impenduntur, quot Lucubrationes, Vigiliæ, labores exhauriuntur? quorum omnium finis tandem, aut vanitas est aut inopia, sæpe etiam fractæ vires corporis & delirium animi; vsque adeo difficilem ad Philosophiam vmbratilem, humana ratio monstrat viam & aditum. Secus verò facit Theosophia nostra in hoc Opere, primum enim non tot laboribus & sumptibus constat. Audi Ipsam tibi loquentem: Facilè videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam:*

Sap.6.℣.13, 14,15. Sap.8.℣.16.

*præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de Luce vigilauerit ad illam non laborabit, ASSISTENTEM enim illam foribus suis inueniet. Deinde non tot molestiis occupata est. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Facillima igitur & spontanea est hæc nostra Sapientia. Talia sunt Omnia DONA DEI, VERA. At fraudes mundi, Illusiones, Phantasiæ, Sophistica Diaboli, multis laboribus & sumptibus constat.*

*Tandem à contemtu huius Operis dehortandus es, Stulti & inepti hominis est, rem nondum lectam iudicare, non intellectam contemnere. Quæso te, an propterea sunt contemnenda sydera, quod tu illa non dignoscis? an propterea abiicienda & conculcandæ Plantæ, quas fœcunda mater Terra, nobis porrigit, quod tu ipsarum signaturam & occultas vires non perspicis? Quot inutiles & fatuos fœtus parturit humanum Ingenium? atqui, tu illis sæpe primarium locum das in Bibliotheca tua, & habent illi in mensa tua, Philosophica, primos accubitus. Memineris ergo hoc AMPHITHEATRVM tuis oculis non fucatam aut fatuam Philosophiam spectandã proponere: sed contuitum ÆTERNÆ SAPIENTIÆ SOLIVS VERÆ, quam magno tuo malo & exitio neglexeris & contemseris. VALE, & hoc Amphitheatro fruere, ad Agnitionem DEI, Cognitionem tuiipsius, dignotionem Naturæ, ad illuminationem Animæ, puritatem Spiritus, sanitatem Corporis. Datum Wernigerodæ in inclyto Comitatu Stolbergico ad Bructerum Idib. Martii, Anno salutiferi partus Virginei 1609.*

ERASMVS WOLFART. S.



*THEOPHILI ARETII*

# IN MAGNVM ET MIRANDVM ILLVD AMPHITHEATRVM CLARISSIMI VIRI, DN. HENRICI KHVNRATH LIPSENSIS, Vtriuſque MEDICINÆ DOCTORIS, ac veræ SAPIENTIÆ ſtudiique eiuſdem inſtauratoris,

## ENCOMIASTICVM.

ABDITA *Diuini ſi quis myſteria verbi*
*Altius inſpiciat, ſeque in penetralia condat,*
*Nil niſi cum ſuperis hominum commercia cernet.*
*Felices animæ, quas gratia tanta beauit*
*Audire Angelicas mortali in corpore linguas,*
*Humanoque* DEI *ſentire in pectore vocem!*
*Quô fugit iſta dies? vbi iam latet aurea ſcala*
*Cæli, quâ ſuperi deſcendunt? quiſve recludet*
*Sacratos aditus? noſque ad pia Numina ducet?*
*Difficilem, mihi crede, viam, qui talia tendat*
*Ingreditur, nec enim cuiuis manifeſta videntur*
*Diuûm ſydereas habitantia Numina luces.*
*Attamen humana ſi conſuetudine quondam*
*Angelicas mentes lætatas credimus, artem*
*Abſtruſam reor eſſe: Patres nouêre vetuſti.*
*Occidit: Oceano veluti Sol mergitur altô,*
*Mox tenebræ informes, ac immedicabilis error*
*Inualuit: mendaxque ſuum caput extulit orco.*
*Fons eſt illimis* SOPHIÆ: *Diuina* CABALA
*Quamque tenent* MAGI, *redolentes thura Sabæi,*
*Cuique dedit* VIRIDE, *& tacitum* SAL *fuſile nomen.*
*Trinam hanc nemo* DEI *Sophiam ſine Numine habebit,*
*Theologam, Aſtronomam, Medicatricemque Dianam,*
*Nemo ſine afflatu Diuino magnus & altus.*
*Vno fonte fluit Sapientia Trina beato*
*Flaminis æthrei, fuſaque per omnia mentis,*
*Qua vegetat terras, mare, ſydera & aëra complet.*
*Rex mihi pacis erit teſtis, qui pectore quondam*
*Tot gemmas habuit Sophiæ, quot littora arenas,*
*Cuius corde altam Sapientia ſtruxerat arcem.*

*Hî quoties pulcram Libani de monte columbam*
*Ingeminans imo suspiria corde, vocarat?*
*Namque sibi vita sociam delegerat vnam.*
*O dilecta veni mea, te charissimus orat*
*Sponsus Rex Solyma tuus, & sacra Numina iurat*
*Se fore constantem tibimet castumque maritum.*
*Calluit hanc præsens* IHOVANIS *fretus Abramus*
*Alloquiis & Chaldaica de gente profectus*
*Intulit Ægypto, & terris patefecit Idumis.*
*Hac tibi nota fuit Iacobe scientia rerum,*
IHOVA *tibi, tibi Scala* DEI; *cælique patentis*
*Regia visa, gregem maculosis partubus imples*
*Rachelaes: tenet hanc Pharii dum calica regis*
*Somnia pertractat cautus, prudensque futuri*
*Euentura canit, per mystica pocula vates.*
*Hanc Ægyptiaca Moses eductus in aula*
*Imbibit; hac, diaque simul post luce coruscant*
*(Lux gemina hac) ipsi potuit se sistere* IHOVÆ:
*Hac Bileam sincerus adhuc, & criminis expers*
*Turpis auaritia, nouit scrutarier alti*
*Abdita ritè* DEI, *& sancta benedicere genti.*
*Hac Regina Arabum solers ænigmata promit*
*Iscidum Regi, quo non sapientior alter*
*Claruit; hac Daniel, Magis præstantior, illum*
*Extulit instructum schola Regia Persidis, idem*
*Regibus edixit tristissima fata duobus,*
*Alter ab Imperio cadit, obbrutescit at alter.*
*Nomen ab hac quantum gessit ter maximus Hermes?*
*Hac venerata* DEVM, *visit cunabula* CHRISTI:
*Mirifico docuit* VERBO *Reuchlinus eandem.*
*Hanc Agrippa sagax mirando prodidit ore:*
*Prodidit Heluetius, Musarum filius, Hermes,*
*Exosus fatuis: Lumen Sapientibus ingens:*
*Cuius & humanos superat Sapientia sensus:*
*Hoc gratare tibi Celso Germania Phœbo.*
*Hanc & Stellatus mellito carmine condit.*
*Hæc est, hæc illa est, (mihi crede) Scientia, verum*
*Quæ tibi Natura Lumen, viresque capacis*
*Abstrusas Mundi pandat: Clarissima Lux est.*
*Qua sine cuncta iacent tenebris immersa profundis.*
*Hæc tibi fax: hæc Lux, hæc dux te præuia ducet*
*Abdita cunctarum subito ad penetralia rerum,*
*Et sic mirifici non pondus inane Theatri*
*Non spectator iners, verum Rimator, & Actor*
*Intimus hospes eris, non hospes semper oberrans.*
*Hac & stellarum cursus viresque reuelat,*
*Et scrutata vices rerum, stata tempora signat;*

Etc

*Hac vis ventorum Pontique innotuit æstus,*
*Vnde ortus & vita satis: vnde augmina rebus*
*Edocet, & terræ venis expromere gazas.*
*Principia hæc rerum cunctarum trina resoluit.*
*Theiosopha hæc suada est, & si præstantius illis*
*Quicquam erit. Hæc, genitare* DEO, DEA; *Sponsa Deorum*;
*Et genitrix rerum, recolit quam turba Sophorum.*
*Inuentum est Medicina tuum, ô* DEA: *Numine cedunt*
*Pulsa tuo; Resolutus hydrops; nodosa Podagra*
*Lepraque proh viuum fœdans immunda cadauer:*
*Tussifera & Tabes flammis feruentibus, ima*
*Exsucca ossa vorans, rapidusque Apoplecticus humor:*
*Herculeusque furens, & spurcans faucibus horror:*
*Hactenus indomitas vincisque fugasque Chimeras.*
*Salue blanda parens, salue expectata diu lux!*
*Venisti tandem, dispellens nubila cælo.*
*Hanc,* HENRICE, *tibi quod amicam elegeris vnam*
*Gratulor, Asclepidûm decus immortale Sophorum:*
*Grata* DEO *Charitum soboles; Diuine Prometheu;*
*Digne polo, qui mira nouo dans* AMPHITHEATRO
*In Lucem: veterum vix cunctis visa Theatris.*
*Liuor iners, stolidumque coax & sibilus orci*
*Cedant auspiciis melioribus; ô labor ille*
*Quàm felix, suauis sudor, curæque beatæ?*
*O quàm fœcundi fructus, ô tædia longa*
*Quàm iucunda via? gemmaneus pulueris ortus*
*Aureus ille tuis, superûm te in luce locabit.*
*O Decus Aonidum, Pylades mi, Nestoris annos*
*Viue; vale; terris nec cælica scande relictis*
*Tecta prius, Medicæ, Chymiæ diæque Cabalæ*
*Culmina quam superes, summa & fastigia ponas.*
*Viue diu, solidéque vale, moriare beatè.*





*EPIGRAMMA*

# IN EDITIONEM AMPHITHEATRI CL. VIRI DN. HENRICI KHVNRATH LIPS. VTRIUSQVE MEDICINÆ DOCTORIS, PHILOSOPHI insignis,& nostræ ætatis primarii,&c. fautoris sui honorandi.

CARPERE qui gaudes, hîc noli carpere quicquam
Omnis huic Physico cedat labor Amphitheatro.
Numinis instinctu MEDICVS quod SVMMVS ab alto
Sensu deductum, veri Khunrathus amore,
Instruxit, Sophiæque sacros illuminat vsus,
Lapsam restituit, vitiosaque membra repurgat.
In Mundo non est par his virtutibus illi,
Vngue leo notus: Diuina hac notus is arte.
Maxima nascetur quâ sparsis gloria libris,
Dona DEI variant, hoc certe est nobile donum,
E centum, vel plus centum vix millibus vni
Ingenium tantum contingit habere virorum.

*M. ZVBERVS P. L.*



# DE AMPHITHEATRO CLARISS. ET DOCTISS. VIRI DN. HENRICI KHVNRATHI, Vtriusque Medicinæ Doctoris celeberrimi.

MVNDVM *extra mundum qui vult specularier omnem*
*Quique extra seipsum noscere se satagit:*

*Non opus est adeat veterum vastata Theatra*
*Vel noua, spectaclis reddita vana suis.*
*Immundum potius mundum exuat, exuat & se,*
*Indupeditrices & fugiat nebulas.*
*Orchestramque tui subeat* KVNRADE *Theatri*
*Ætheris igniculo praegrediente bono.*
*Dia vbi Smaragdi monstrat Sapientia speclo*
*Quid Macrocosmus agit, quod Microsmus agat.*
*Et Panace Hermetis regnatque Asclepia Hygëa*
*Ac dignus dignas vtraque spargit opes.*
*Qua spatulo, Inuidis pandis stomachante Theatro*
KVNRADE *ingenui progenies Genii.*
*Perge ita: firma tui basis est mansura Theatri,*
*Dum Macrocosmus erit, dum Microcosmus erit.*

Iohannes Seuffius Electori Saxoniæ à Secretis Ecclesiasticis, amico suo chariss. honoris & amoris ergô consecrabat Id. Mart. Ann. 1604. Dresdæ.



*THEOSOPHIÆ AMATORIS*
ad

# PHILOSOPHVM VMBRATILEM.

προσφώνησις

*THEODORI AQVILINI P. L.*

QVID abdicatas in meam curam vocas
Sophista Musas futiles?
Negant camænis, nec patent Apollini
DEO dicata pectora.
Fuit ista quondam stulta confidentia,
Fucus, Tenebræ, Somnia:
Ciêre surdum Delphica Phœbum specu,
Vocare Musas Numina,
Fandique munus, munere indultum DEI
Petere fonte, nemore, aut iugis.
Nunc alia mentem vis agit, maior DEVS
Aliosque mores postulat
Sibi reposcens ab homine munus suum,
Viuamus vt vitæ Patri:
Vacare vanis, otio aut negotio,
Et fabulosis literis

Vetat, suis vt pareamus legibus,
LVCEMQVE cernamus suam,
Quamuis Sophorum, callidaque ars rhetorum, &
Figmenta Vatum nubilant,
Qui corda falsis, atque falsis imbuunt,
Tantumque linguas instruunt,
Nihil adferentes, vt salutem conferant
Quod veritatem detegat.
Quid enim tenere vel bonum vel verum queant
Qui non tenent summi caput
Veri, bonique fomitem & fontem DEVM?
Quem nemo nisi in Christo videt.
Hic Veritatis Lumen est, viæ via,
Vis, Mens, Manus, Virtus Patris,
Sol Æquitatis, fons bonorum, flos DEI
Natus DEO, Mundi Sator,
Mortalitatis vitæ nostræ, & mors necis
Magister hic virtutis est,
DEVMQVE nobis, atque pro nobis homo
Nos induit, se exuit
Æterna iungens homines inter & DEVM
Interque se commercia.
Hic ergo nostris vt suum præcordiis
Vibrauerit è Cælo iubar,
Abstergit ægrum corporis pigri situm,
Habitumque mentis innouat,
Exhaurit omnes quod iuuabat antea
Castæ voluptatis vice,
Totaque nostra, iure Domini, vindicat
Et corda, & ora, & tempora,
Se cogitari, intelligi, credi, legi,
Se vult timeri & diligi.
Huic vacantem, vel studentem & deditum
In hoc reponentem omnia
Ne quæso inertem vel peruersum putes,
Ne crimineris impium
Pietas abesse Christiano qui potest?
Namque argumentum mutuum est
Pietatis, esse Christianum, & impii
Non esse Christo subditum.
Hæc te docebit inclytum Theatricum
Opus hoc, & planè mysticum,
Æterna monas & trias cordi tuo
Fac insit, hunc finem bonum
Scopumque monstrant hæc tibi spectacula,
Quibus DEO potes frui.

*ORATIO THEOSOPHICA*

AD

# FONTEM SAPIENTIÆ CHRISTVM OPT. MAXIMVM.

## Chriſtiani Cordati.



*HRISTE fac vt ſapiam, quia tu SAPIENTIA Patris*
*Solus es, & tecum qui ſapit, ille ſapit:*
*Quis dabit in tanta, mihi nam caligine lucem*
*Vt capiam veræ dulce ſalutis Iter?*
*Ad te confugio, qui LVX mortalibus ipſa es*
*Per quem ſenſerunt cuncta creata diem.*
*Da mihi NATVRÆ LVMEN, tenebraſque repelle*
*Spiritus illuſtret pectora noſtra tuus.*
*Non equidem fateor tanto ſum dignus honore,*
*Sum miſer, & multo crimine Chriſte reus.*
*Sed tamen in fuſo confido ſanguine, cuius*
*Purgabit ſordes guttula parua meas.*
*Si mihi des vitam, cur non quoque commoda vitæ*
*Cuncta tua nobis pro bonitate dares?*
*A Patre quin etiam quæcunque rogabimus, inquis*
*Nos accepturos nomine certa tuo.*
*Non mihi quæro lucrum, vanam non arrogo laudem,*
*Et laus & lucrum tu mihi ſolus eris.*
*Sed neque diuitias dederis, quas mirer auarus,*
*Cuncta cadunt, firmas non habet orbis opes.*
*Aſpira cœptis, mentem cæleſtibus imple*
*Ignibus, ac vmbras aufer ab arte graues.*
*Nil erit obſcurum, facilè in penetralia ducar*
*Naturæ, monſtras ſi mihi Chriſte viam.*
*Ipſe feram magnas laudum tibi præmia grates:*
*Nil homo maius enim quod tibi reddat habet.*



# ΕΙΣΑΓΩΓΗ
καὶ
# ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ
generalis,
# PROLOGI
SEQVENTIS,

in

AMPHITHEATRVM
SAPIENTIÆ ÆTERNÆ
SOLIVS VERÆ,
CHRISTIANO-KABALISTICVM,
DIVINO-MAGICVM,
necnon
PHYSICO-CHYMICVM

*ad*

Homines
Vniuersos, Omnes, cunctos & singulos
seorsim, CATHOLICE
directi.



PROLOGVS hic præſens SCALÆ cuidam, STVDII SAPIENTIÆ veræ, rectèque PHILOSOPHANDI rationis, GRADVVM orthodoxorum SEPTEM myſticæ aſſimilatur, quâ (DEO vocante & ducente, GENIO ſtimulante, INGENIO cooperante, LABORE debito ac ſedulo abſoluente) tam iuxta SAPIENTIÆ veræ, quam eius Præconis (ex IEHOVÆ ipſius calculo candidiſſimo) Sapientis doctrinam verè Sapientem aſcenſus fit THEOSOPHICVS ad AMPHITHEATRI præfati PORTAM quamuis anguſtam, exilem & deſpectam, attamen auguſtam ſatis & maieſtaticam: IN & PER quam DOCTRINÆ filius fidelis quilibet, ad finem vſque conſtanter perſeuerans, lætus INTROIBIT, ibique SVMMVM illud BONVM Tertriunum catholiciſſimum, videlicet, primò, Agnitionem DEI, &, quem miſit IHSVH CHRISTI, Librique SS.æ Scripturæ intellectum genuinum; Secundò, cognitioné SVIIPSIVS; Tertiò, cognitionem MVNDI maioris, &, quem dedit, FILII eius MAGNESIÆ Philoſophorum, LAPIDIS, nimirum Philoſophorum catholici vel vniuerſalis plusquamperfecti SVBIECTI debiti atque perfecti. Regeneratione Phyſica, Artis Chymicæ adiumento, plusquamperficiendi; primò, IN & EX DEO, &, quem miſit, IHSVH CHRISTO, Libroq; SS.æ Scripturæ; Secundò, in & ex SEMETIPSO: Tertio deniq; in & ex MVNDO maiori, &, quem dedit FILIO eius, MAGNESIA Sapientû, OMNIA IN OMNIBVS, (quare & ab אלהים ELOHIM Triuno, ex Corpore, & Spiritu & anima etiam Triunus compoſitus, in Paradyſum mundanam hanc præcipuè collocatus eſt) feliciter CONSEQVETVR, eoque tanquam ſingulari quodam κειμηλίῳ καὶ βραβείῳ, Theoſophicè FRVETVR.

CONSTAT autem PROLOGVS hic VERSIBVS totidem, quot Annus diebus, trecentis nimirum ſexaginta quinque, eô quòd per totum annum ſingulis diebus VNVS, SOPHIÆ ſtudioſo genuino, contemplationis accuratæ lance, acutiſſimè penſitandus, induſtria mente conſiderandus, ac ſæpius veluti ruminandus ſit, ita vt DOCTRINÆ huius THEOSOPHICÆ ſalutaris animi cibus ei in dulcem Animæ recreationem efficaciſſimumque Animi nutrimentum tanto conuenientius atque felicius conuertatur: Sicque etiam integri anni ſpatio, (non enim eſt, nupertimè initiato præſertim, crede veridico Experientiâ edocto, vnius vel diei, vel hebdomadis aut menſis labor vel ſtudium!) & quidem auxilio ac adſiſtentiâ RVACH CHOCHMAH-EL, ſeu SPIRITVS SAPIENTIÆ DEI, à patre LVMINVM miſſi, non ſuperficialiter aut primis duntaxat labris guſtare, ſed, penitus quoque ac crebrò deglutiendo, quaſi reguſtare & verè, imò QVINT-ESSENTIALITER, percipere queat, QVÆNAM, QVALIS, QVANTA & QVAM SVAVIS ſit cùm SAPIENTIA vera, tum ratio hæc ſincerè PHILOSOPHANDI: & quid demum DOCTRINA illius in receſſu interiori foueat.

Hæc verò epulas opiparè apparatas atque lautiſſimas, imò THEOSOPHICAS, dignè nemo guſtabit facilè, multò minus eaſdem alicui iu-

cundissimè sapient, nisi prius reuerberatione ac tribulatione sufficiente, per *Ignem crucis*, probè fractus, à duritie ad mollitiem deductus, & (vexatione tali, dante intellectum) insigniter admodum exercitatus; *Aqua* etiam lachrymarum pœnitentialium ab impuritate ad mundiiiem & candorem vsque Christianè lotus, nec non Philosophico more vanitatibus Mundi huius immundi planè depositis, longeque post se derelictis, hac methodo spiritualis redditus, & ad conuiuium hoc benè præparatus ac ritè sit dispositus: quamobrem & is ipse, veluti sæpe tentatus, acriter examinatus, exactissimè probatus, atque ob id satis probus ac constans tandem deprehensus, in numerum Filiorum & assecIatum DOCTRINÆ fidelium SAPIENTIÆ ipsius, legitimè recipitur, in album eorundem immatriculatur, epulisque *Theosophicis* præfatis solemnioribus dignè accumbit, conuiuisque illarum meritò annumeratur. SVMMA, ipsa SCALÆ huius prologeticæ septigradualis nunc sequitur.



## ARGVMENTVM
## GRADVS PRIMI.

PRIMVS GRADVS est, *Sapientem*, seu verum atque perfectum *Theosophum*, ÆTERNÆ, solius veræ, SAPIENTIÆ magnificum eumq; Regium præconem, Diuinitus in- & constitutum ac subdelegatum, nec non SAPIENTIAM præfatam ipsam, ad sese ptimum, postmodo autē ad Amorem, Admirationem ac studium ΜΑΓΕΙΑΣ (ΣΟΦΙΑΣ) SAPIENTIÆ vè DIVINÆ, *Philosophiæ* nimitum *Theosophicæ* & sanctioris solius legitimæ atque veræ, *Homines* vniuersos, omnes, cunctos & singulos, ex singulari beneuolentiæ affectione erga genus humanum flagrante, fideliter vtraque ab parte vocantes, & sedulò inuitantes, auidè atque libenter (schnell vnd gerne/mit lust vnd frewden) *Audire*; eisque, ob causas hinc inde ab vtrisque grauiter prolatas, reuerenter (mit Ehrerbietung vnd andacht) ceu initiati primum discipuli facere consueuerunt, sine contradictione *obedire*.



## ARGVMENTVM
## GRADVS SECVNDI.

SECVNDVS GRADVS est, post susceptum Diuinum hoc semen (vocatione NVMINIS ELOHIM, atque tractu DEI, Patris *Luminum*) in eiusmodi feliciter cœpta *Obœdientia*, contra conscientiam non reluctando, constanter *perseuerare*; SAPIENTIAMq; ÆTERNAM, solam veram, omnis veritatis, virtutis, Sapientiæ bonæ, Cognitionis & Intelligentiæ veræ, cum in negotio Religionis, tum Scientiis & Artibus omnibus, humano generi summoperè vtilibus, vti & in *Philosophia* orthodoxâ, originem, fontem ac fundamentum vnum, solum, catholicon & æternum, atque ita consequenter *Philosophiæ Theosophicæ*, reuera sacræ, solius legitimæ atque veræ matrem, toto Corde, tota Anima, totis viribus & omni mente (pro dono supernè cuius benignè concesso & communicato) ex omnimoda oblatio-

ne & tra-

ne & traditione suiipsius, interna prorsus ratione *amare*; Eiusque studium hoc ardenter *continuare*: [a] Humanam verò, [b] carnalem, [c] mundanam, ementitam, atque putatitiam, aut vel quasi Sapientiam istam, [d] in sublimibus sermonibus ac sophisticis & persuasoriis verbis [e] dicendivè peritia, hoc est, oratoriæ facultatis fucatis illis coloribus, ambitiosa Eloquentiâ turgidam (à quâ, ex mandato Diuino, Apostolus PAVLVS nos fideliter dehortatur) inque æmulationem DIVINÆ veræque SAPIENTIÆ superbam, & sese superciliosè extollentem, ac [f] falsò ratiocinando sermonis probabilitate fallentem, diabolicè & ortam & per admiratores illius, organa sua (sui similia) perniciosissimè propagatam ac diuulgatam, spuriam & illegitimam, imò profanam, tenebrarum, vitiorum, errorum, seductionis & cõfusionis omnis, pseudæque *Philosophiæ* (à [g] vase illo DOMINI electo, tertii cæli, ac mysteriorum Paradysi conscio, [h] *inanis fallacia* vel *deceptio* nominatæ) genitricem, quam vera SAPIENTIA ipsa, necnon præco eiusdem Regius, viuis hîc bellè depingunt coloribus suis, (ceu aliâs σκύβαλα fitibus, quibus solis debentur) ouando, & per interualla longissimè à se remouendo, prorsus *relinquere*; Cane quoque & angue (quod dicitur) peius *odisse*; imò, ad Spiritum extremum vsque seuerè *abominari, execrari*, ac *detestari*; alios etiam impigra assiduitate pro virili ab eius cultu *auocare* & *dehortari*, ne istam vel minimo amplectantur aut sequantur; vt maturè *odisse* incipiant, quod ipsis nunc & semper est fugiendum.

[a] 1. Corint. 2. ỳ. 4. 5. 13. [b] Rom. 8. ỳ. 7. 2. Cor. 1. ỳ. 12. [c] 1. Cor. 1. ỳ. 20. Et, 1. Cor. 3. ỳ. 19. [d] 1. Cor. 2. ỳ. 1. & 4. [e] 1 Cor. 1. ỳ. 17. [f] Coloss. 2 ỳ. 4. [g] Actor. 9. ỳ 15. 2. Cor. 12. ỳ. 1. & 4. [h] Coloss. 2. ỳ. 8. O soboles egregia scilicet!

ARGVMENTVM

## GRADVS TERTII.

TERTIVS GRADVS est, IEHOVÆ gratiâ *nosse* ac *scire*, *Quid*, *Qualis*, quàm *Pulchra*, *Præclara* & *Præstans*, atque *Quanta Res* sit SAPIENTIA ÆTERNA, sola vera; quæ est *Philosophiæ* sincerioris, sanioris ac verioris, imò totius ΘΕΟΣΟΦΙΑΣ rectéque *philosophandi* rationis, sola radix, fundamentum ac initium vnicum, solum, catholicũ & æternum: Adhæc quoque, quidnam propriè sit prædicta PHILOSOPHIA vera?

ARGVMENTVM

## GRADVS QVARTI.

GRADVS QVARTVS est, *scire quis* SAPIENTIAM veram det; apud *quem* Doctorem aut Magistrum, vel *vbi* sit quærenda & inuenienda: *vndenam* veniat: *Quibus* in *Libris* tradatur: *Quotque modis* in illis ab initio *creaturis* omnibus, præsertim Hominibus sese eadem manifestauerit: & adhuc hodie, tam in *Macro* & *Microcosmo vbique* innumerabiliter sese conspiciendam præbuit, quàm in BIBLIIS sacris (iisque præcipuè, qui *Enthusiasmo*, non ficto radiis SAPIENTIÆ SPIRITV DIVINI reuerâ sint illuminati) illa ipsa euidenter *appareat*?

## ARGVMENTVM GRADVS QVINTI.

QVINTVS GRADVS est, *scire cui* detur vera SAPIENTIA, cui *non*: *Quis* illius genuinus, legitimus ac fidelis sit alumnus, nimitum *Theo-* ac *Philosophus* orthodoxus: *Quis Sophista*: *Quomodo*, vel *quo stud o*, aut *qua methodo* ea sit quærenda: *Qui* veniat & communicetur: *Quibus auxiliis*, vel *mediis*; *Quando* & *quot modis ea* (IEHOVAH fouente & annuente) velit, debeat, queat aut possit impetrari ac percipi: *An*, & *Quid*, denique, de *Secretis* sublimioribus *Philosophiæ* huius sinceriotis *Diuinitus adepta*; à *Quo*; *Cui*; *Quare*, quasve ob caussas graues; *Quantum*; *Quibus* siuè *Legibus* siuè *Conditionibus*; *Quomodo*; *Vbinam* locorum & *Quando*, citra periculum, aut *Sit* aut *Non sit*, vel proponendum; dicendum; docendum; reuelandum atque vlterius communicandum?

## ARGVMENTVM GRADVS SEXTI.

GRADVS SEXTVS est, *scire, quæ* veræ SAPIENTIAE sint *Bona* ac *Dona*, &, *Quæ studii Sapientiæ*, h.e. *Philosophiæ* veræ, sint *Exercitia*: *Q*: *i Vsus*, *Abusus*, *Fructus* atque *Finis*: ac *Quanti* ac quam *varii* inde *Thesauri* ad *Doctrinæ* filios, proximè & secundum IEHOVAE voluntatem, certo perueniat.

## ARGVMENTVM GRADVS SEPTIMI ET VLTIMI.

SEPTIMVS & vltimus Gradus est, *Negry morari* Sophistas quosuis, cuiuscunque etiam sint farinæ, diligentes vanitatem & quærentes mendacium, (Die das Eitele so lieb haben / vnd die Lügen so gerne.) VERITATEMq; calumniose mordentes; imò SAPIENTIAM solam veram, indeque ortam hanc quoque solam rectè *philosophandi* rationem aut methodum *Theosophicam* & orthodoxam AMPHITHEATRI SAPIENTIÆ Æternæ huius, nec non amatores & asseclas fideles, VERITATIS ac SAPIENTIAE indagatores pios, friuolè spernentes & condemnantes: Quinimò eosdem omnes magnanimitet ac verè philosophicè *floccipendere*, ac ne vnius quidem flatus vicissim intrepidè *æstimare*; sesèque ad VERITATIS agnitæ confessionem ac defensionem philosophicam (iuxta dono datam cuiuis à DEO gratiam) alacriter *præparare* & planè *componere*; atque sic demum ad posteros vtiliter *propagare*; iisque debitè *communicare*: imò, cum gratiarum actione *lætari*, quòd non amplius labyrinthæus, monoculus & cæcutiens sophista opinâs, sed (qui ab ÆTERNA SAPIENTIA & VERITATE tegitur) super lineâ *Veritatis* rectâ, absque deuiatione omni ambulans, verus ac sciens PHILOSOPHVS existat: adeoq; tandem paucissimis iisque *Theosophicè* doctis, VERITATEM catholicam videntibus & scientibus solis, placeat. Quod sanè haud contemnendum signum est VERITATIS.

Sophistarum certè, omniū exitus, ob contemtum veritatis, erit tragicus; si non in hac vita, sanè in extremo iudicio: ad quod prouocant omnes qui vident veritatem vim inferri, quique propter illam opprimuntur.



# PROLOGVS

## PRIMVS GRADVS

### PROLOGETICVS

### PRIMVS.

| Numerus Versuum. | VERSIO vetus, seu vulgaris. | LOCA SS. Scripturæ. | NOVA PROVERBIORVM ex Hebræo, SAPIENTIÆ ex Græco TRALATIO. | Numerus Versuum. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | AVDI, fili mi, inquit SALOMON, filius DAVID, Prophetæ, & Regis ISRA-EL, Rex Sapiens, SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, solius veræ, præco magnificus, omniumque longe spectabilis, AVDI, fili mi, inquit, *Parabolas meas*, ad sciendam SAPIENTIAM & DISCIPLINAM, ad intelligenda verba PRVDENTIÆ, | Prou. 1. Vers. 1. / Ibid. vers. 2. | *AVDI, fili mi, inquit SELOMOH, filius DAVID, Prophetæ & Regis ISRA-EL, Rex Sapiens, SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, solius veræ, præco magnificus, omniumque longe spectabilis, AVDI, fili mi, inquit,* parabolas meas, *ad sciendum SAPIENTIAM & ERVDITIONEM, ad intelligendum eloquia INTELLIGENTIÆ.* | 1 | Hinc enim disces SAPIENTIAM. VIS, VSVS & FRVCTVS studii SAPIENTIÆ veræ. |
| 2 | Et suscipiendam ERVDITIONEM DOCTRINÆ, IVSTITIAM, & IVDICIVM, & ÆQVITATEM: | Ibid. ℣ 3. | *Ad suscipiendum ERVDITIONEM, INTELLIGENTIÆ, IVSTITIAM, & IVDICIVM & RECTITVDINES:* | 2 | |
| 3 | Vt detur paruulis *astutia*, adolescenti *Scientia* & *Intellectus*. | Vers. 4. | *Ad dandum simplicibus calliditatem, puero* Scientiam *&* Cogitationem. | 3 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | 4 | *Audiet Sapiens, & addet Doctrinam: & intelligens consilia possidebit.* | Vers. 5. | Audiens Sapiens, ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit. | 4 |
| | 5 | *Ad intelligendum parabolam, & elocutionem, verba Sapientum, & ænigmata eorum.* | Vers. 6 | Animaduertet parabolas & interpretationem, verba Sapientum & ænigmata eorum. | 5 |
| | 6 | *Audi, fili mi, & ſuſcipe verba mea, & multiplicentur tibi anni vitæ.* | Prou. 4. Vers. 10. | Audi, fili mi, & ſuſcipe eloquia mea, & multiplicabuntur tibi anni vitæ. | 6 |
| | 7 | *Per viam* SAPIENTIÆ *docui te incedere: calcare feci te ſemitas rectas.* | Vers. 11. | Viam SAPIENTIÆ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas ÆQVITATIS: | 7 |
| | 8 | *Quum ambulaueris, non artabitur greſſus tuus: & ſi cucurreris, non impinges.* | Vers. 12. | Quas cum ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. | 8 |
| | 9 | *Quando filius fui patri meo tener, & vnicus inter filios matris meæ.* | Ibid. ℣. 3. | Nam & Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea: | 9 |
| Eadem in vitã introitus & exitus omniũ hominum conditio. | 10 | *Sum quidem & Ego mortalis homo, ſimilis omnibus, atque ab homine, qui primus ex terra formatus eſt, procreatus.* | Sap. 7. Vers. 1. | Sum quidem & Ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro, | 10 |
| Iob 10. Vers. 10. | 11 | *In vtero matris caro decem menſium tempore formatus ſum, in ſanguine coagulatus, ex ſemine viri, ac voluptate ſomnum comitante.* | Vers. 2. | Decem menſium tempore, coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente. | 11 |
| | 12 | *Quinetiam natus communem hauſi aerem, atq; in terram iiſdem incommodis maliſque obnoxiam decidi, ac primam vocẽ eandem quam omnes, plorans emiſi.* | Vers. 3. | Et Ego natus communem accepi aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem, ſimilem omnibus, emiſi plorans. | 12 |
| | 13 | *In faſciis curiſque ſum educatus.* | Vers. 4. | In inuolumentis nutritus ſum, & in curis magnis. | 13 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 14 | Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. | Verſ. 5. | *Nullus enim Rex aliud naſcendi initium habuit:* | 14 | |
| 15 | Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. | Verſ. 6. | *Sed vnus in vitam introitus eſt omnium, & idem exitus.* | 15 | Iob 1. ℣ 21. 1. Timoth. 6. ℣. 7. |
| 16 | Et docebat me (Pater meus) atque dicebat: ſuſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, & viues. | Prou. 4. Verſ. 4. | *Ipſe docebat me, dicebatque mihi, Teneat eloquia mea cor tuum: cuſtodi præcepta mea, & viues.* | 16 | |
| 17 | Poſſide SAPIENTIAM, poſſide PRVDENTIAM: ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei. | Verſ. 5. | *Compara SAPIENTIAM, compara INTELLIGENTIAM: ne obliuiſcaris, neque declines ab eloquiis oris mei.* | 17 | |
| 18 | Ne demittas Eam, & cuſtodiet te: dilige Eam, & cõſeruabit te. | Verſ. 6. | *Ne dimittas Eam, & cuſtodiet te: dilige Eam, & conſeruabit te:* | 18 | |
| 19 | Principium SAPIENTIÆ, poſſide SAPIENTIAM, & in omni poſſeſſione tua acquire PRVDENTIAM. | Verſ. 7. | *Principiũ SAPIENTIÆ, acquire igitur SAPIENTIAM, & omni ſubſtantia tua acquire INTELLIGENTIAM.* | 19 | |
| 20 | Arripe illam, & exaltabit te; glorificaberis ab Ea, cum Eam fueris amplexatus. | Verſ. 8. | *Exalta Eam, & exaltabit te: glorificabit te quum amplexatus fueris Eam:* | 20 | |
| 21 | Dabit capiti tuo augmentum gratiarum, & corona inclyta proteget te. | Verſ. 9. | *Dabit capiti tuo augmentum gratiæ, coronam decoris tradet tibi.* | 21 | |
| 22 | O, fili mi, ne obliuiſcaris LEGIS meæ, & Præcepta mea cor tuum cuſtodiat. | Prou. 3. Verſ. 1. | *O, fili mi, LEGIS meæ ne obliuiſcaris, & Præcepta mea cuſtodiat cor tuum.* | 22 | DISCE. |
| 23 | Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. | Verſ. 2. | *Quia Longitudinem dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.* | 23 | Sapientia vera, eiuſq; ſtudium indefeſsũ annos vitæ & pacem afferunt. |
| 24 | Miſericordia & veritas te non deſerent: circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui: | Verſ. 3. | *Miſericordia & veritas ne deſerant te, liga eas ad guttur tuum, ſcribe eas in tabula cordis tui.* | 24 | |

| Nota | | | Loc. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Gratia & successus ante oculos Dei & hominũ, quomodo inueniendus. Adhortatio ad custodiã & contemplationem illius doctrinæ Legis vel Præceptorum. | 25 | *Et inuenies gratiam & intellectum bonum in oculis* DEI *& hominum.* | Vers. 4. | Et inuenies gratiam ac Disciplinam bonam coram DEO & Hominibus. | 25 |
| | 26 | *Ne recedant ab oculis tuis, sed custodi ea* (eloquia mea) *in medio cordis tui.* | Prou. 4. vers. 21. | Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea (eloquia mea) in medio cordis tui. | 26 |
| | 27 | *Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni suæ sanitas.* | Vers. 22. | Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. | 27 |
| | 28 | *Quum deambulaueris, deducet* (illa doctrina Legis vel præceptorũ) *te: quum dormieris, custodiet te: & cum expergefactus fueris, ipsa colloquetur tecum:* | Prou. 6. Vers. 22. | Cum ambulaueris, gradiantur tecum, cũ dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis. | 28 |
| | 29 | *Quia vt lucerna est mandatũ, & Lex vt lux: & via vitæ sunt increpationes eruditionis.* | Vers. 23. | Quia MANDATVM lucerna est, & LEX lux, & via vitæ increpatio DISCIPLINÆ. | 29 |
| | 30 | *Acquirere* SAPIENTIAM *multò præstantius est, quam acquirere aurũ pretiosum: & acquerere intelligentiam, multò præstantius est, quàm acquirere electum argentum.* | Prou. 16 vers. 16. | Posside SAPIENTIAM; quia auro melior est, & acquire PRVDENTIAM, quia pretiosior est argento. | 30 |
| | 31 | *Nunc igitur filij, parete mihi, & ne recedatis ab eloquiis oris mei.* vers. 11. *Ne rugias in nouissimis tuis,* vers. 12. *&* (nimis serò) *dicas* (ah) *Quomodo odi Eruditionem, & increpationem spreuit cor meum;* | Prou. 5. Vers. 7. | Nunc ergò, fili mi, audi me, & ne recedas à verbis oris mei, ℣. 11. ne gemas in nouissimis, ℣. 12. & (nimis serò) dicas (ah) cur detestatus sum *Disciplinam*, & increpationibus non acquieuit cor meum, | 31 |
| | 32 | *Et non obtẽperaui voci instruentium me, & docentibus me nõ inclinaui aurem meam?* (Amen, amen, dico tibi,) | Vers. 13. | Nec audiui vocem docentium me, & Magistris non inclinaui aurem meam? (Amen, amen, dico tibi,) | 32 |
| | 33 | *Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum, etiam ego lætabor:* | Prou. 23. Vers. 15. | Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. | 33 |

Exulta-

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 34 | Et exultabunt renes mei, cum recta loquuta fuerint labia tua. Sed age! | Verſ. 16. | *Exultabunt etiam renes mei, quorum labia tua loquentur quæ recta ſunt.* | 34 | |
| 35 | Nũquid nõ (החכמה HHOCHMAH) SAPIENTIA, clamat, & (בינה BINAH) PRVDENTIA dat vocem ſuam? (En, illă ipſa eſt! vel illæ ipſæ ſunt!) | Prou. 8. verſ. 1. | *Nonne (חכמה CHOCHMACH) SAPIENTIA clamat, & INTELLIGENTIA dat vocem ſuam?* | 35 | SAPIENTIA ſeipſam cõmendat, & ad ſeſe vocat omnes. |
| 36 | In ſummis excelſisq; verticibus ſupra viam, in mediis ſemitis ſtans: | Verſ. 2. | *In ſummitate locorum excelſorum, iuxta viam, in loco ſemitarum ſtat:* | 36 | |
| 37 | Iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur, dicẽs: | Verſ. 3. | *In loco portarũ in oſtio ciuitatis, in ingreſſu oſtiorũ clamat:* | 37 | |
| 38 | O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. | Verſ. 4. | *Ad vos, ô viri, clamo, & vox mea ad filios hominum.* | 38 | |
| 39 | Intelligite patuuli aſtutiã & inſipiẽtes animaduertite. | Verſ. 5. | *Intelligite ſimplices aſtutiã, & ſtolidi intelligite corde.* | 39 | |
| 40 | Audite, quoniam de rebus magnis loquutura ſum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent. | Verſ. 6. | *Audite, quoniam honorabilia loquar, & apertio labiorum meorum erit rectitudines:* | 40 | |
| 41 | VERITATEM meditabitur guttur meũ, & labia mea deteſtabuntur impium. | Verſ. 7. | *Quia Veritatẽ loquetur palatum meũ: & abominatio labiorum meorum eſt impietas.* | 41 | |
| 42 | Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neq; peruerſum. | Verſ. 8. | *In Iuſtitia ſunt omnia eloquia oris mei, non eſt in eis prauum, nec peruerſum.* | 42 | |
| 43 | Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. | Verſ. 9. | *Vniuerſa ipſa recta ſunt intelligenti, & recta inuenientibus ſcientiam.* | 43 | |
| 44 | Accipite *Diſciplinam* meã, & non pecuniam: *Doctrinam* magis quàm aurum eligite. | Verſ. 10. | *Accipite Eruditionẽ meam, & non argentũ: & Scientiam potius quam aurum electum.* | 44 | |
| 45 | Melior eſt enim SAPIENTIA cũctis opibus pretioſiſſimis: & omne deſiderabile non poteſt comparari: | Verſ. 11. | *Quia melior eſt SAPIENTIA margaritis: & omnia deſiderabilia non æquabuntur ei.* | 45 | |
| 46 | Nunc ergo filii audite me, Beati q̃ cuſtodiũt vias meas. | Ibid. Verſ. 32. | *Nunc igitur filii obtemperate mihi: & beati qui vias meas cuſtodient.* | 46 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | 47 | *Audite* ERVDITIONEM, *& sapientes estote, & ne repellatis eam.* | Vers.33. | Audite DISCIPLINAM, & estote sapientes, & nolite abiicere eam. | 47 |
| | 48 | *Beatus homo qui auscultat mihi, excubando iuxta fores meas quotidie, obseruando postes ostiorum meorum.* | Vers.34. | Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostii mei. | 48 |
| Conqueritur SAPIENTIA sca Sophistis contemni: & exitium cōtemptorum prædicit. | 49 | SAPIENTIA (*insuper etiam, iterum inquit Rex Sapientissimus*) *foris clamitat, in plateis ipsis dat vocem suam:* | Prou. 1. Vers.20. | SAPIENTIA (insuper etiam, iterum inquit Rex sapientissimus) foris prædicat, in plateis dat vocem suam: | 49 |
| | 50 | *In capite tumultuantiū clamat, in ostiis portarum, in vrbe ipsa eloquia sua dicit,* | Vers.21. | In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens: | 50 |
| | 51 | *Vsquequo simplices diligetis simplicitatem: & derisores derisionem desiderabunt, & stulti odio habebunt scientiam?* | Vers.22. | Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt Scientiam? | 51 |
| Esaiæ 65.12 Et, 66, 4. Ierem.7,13. | 52 | *Conuertimini ad increpationem meam, en depromam vobis Spiritum meum, scire vos faciam verba mea.* | Vers.23. | Conuertimini ad correptionē meam: en proferam vobis SPIRITVM meum, & ostendam vobis verba mea. | 52 |
| | 53 | *Propterea quod vocaui, & renuistis, extendi manū meam, & non fuit qui attenderet:* | Vers.24 | Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. | 53 |
| | 54 | *Et cessare fecistis omne consilium meum, & increpationem meam noluistis:* | Vers.25. | Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. | 54 |
| | 55 | *Etiam ego in contritione vestri ridebo; subsannabo, cum venerit timor vester,* | Vers.26. | Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit. | 55 |
| | 56 | *Quum, inquam, venerit sicut desolatio, timor vester: & contritio vestri veluti turbo venerit, quum venerit super vos tribulatio & angustia.* | Vers.27. | Cū irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tēpestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia. | 56 |

Tunc

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 57 | Tunc inuocabunt ME, & non exaudiam: manè consurgent, & nō inuenient ME: | Vers. 28. | *Tunc inuocabūt me, & non exaudiam: manè quærent me, & non inuenient me:* | 57 | |
| 58 | Eò quod exosam habuerint DISCIPLINAM, & TIMOREM DOMINI non susceperint. | Vers. 29. | *Eò quòd oderunt Scientiam, & TIMOREM JEHOVÆ non elegerunt.* | 58 | |
| 59 | Nec acquieuerint CONSILIO meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. | Vers. 30. | *Nec acquieuerunt consilio meo, spreuerunt vniuersam increpationem meam.* | 59 | |
| 60 | Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur. | Vers. 31. | *Comedent igitur de fructu viæ suæ, & consiliis suis saturabuntur.* | 60 | |
| 61 | Auersio paruulorū interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. | Vers. 32. | *Quia requies simplicium interficiet eos: & prosperitas stultorum perdet eos.* | 61 | |
| 62 | Qui autem ME audierit, absq; terrore quiescet, & abundantiā perfruetur timore malorum sublato. | Vers. 33. | *Qui autem obœdit mihi, habitabit confidenter, & requiescet à timore mali.* | 62 | |
| | Quapropter, rectè ac sapienter vir Sapiens concludit & admonet: | | | | |
| 63 | Melior est SAPIENTIA, quam vires: & vir prudens, quàm fortis. | Sap. 6. Vers. 1. | *In Græco non extat Codice.* | 63 | Prou. 16, 32. Eccles. 9, 18. Eccl. 7, 20. |
| 64 | Audite ergò (quoque) Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. | Vers. 2. | *Audite igitur Reges, & attendite, & discite iudices finium terræ.* | 64 | Magnates ad iustitiam & Sapientiam adhortatur Sapiens. |
| 65 | Præbete aures vos qui cōtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū: | Vers. 3. | *Aures præbete moderatores populi, quique Nationum multitudine gloriamini.* | 65 | |
| 66 | Quoniam data est à DOMINO potestas vobis, & virtus ab ALTISSIMO, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. | Vers. 4. | *Quoniam à DOMINO vobis dominatio data est, & potestas ab Altissimo, qui in opera inquiret vestra, & consilia perscrutabitur.* | 66 | Rom. 13, 1. |
| 67 | Quoniam cum essetis mi- | Vers. 5. | *Quoniam quum essetis mi-* | 67 | |

*nistri Regni eius non rectè iu-*
*dicastis, neque legem conserua-*
*stis, nec consilium* D E I *estis se-*
*quuti.*

8 *Horribiliter superueniet vo-*
*bis, & repentè, quoniam iudi-*
*cium in proceres seuerissimum*
*exercebitur.*

69 *Nam infimi homines digni*
*sunt misericordia : in potentes*
*verò inquiretur acriter.*

Deut.10,17
2. Par.19,7
Iob.34.19
Eccl.35,16.
Act.10,34.
Rom.2,11.
Galat.2,6.
Ephes.6,9.
Colos.3,25
1.Pet.1,17.

70 *Nec enim personæ cuiusquã*
*parcet omnium* D O M I N V S,
*nec magnitudine verebitur,*
*quoniam tam infimum, quàm*
*summum* I P S E *creauit, & pa-*
*riter prouidentiam habet o-*
*mnium.*

71 *Potentibus verò vehemens*
*instat inquisitio.*

72 *Non est sapientia, neque in-*
*telligentia, neq; consilium con-*
*tra* J E H O V A M.

*(Nam)*

Etiã CREA TVRA vindictam exercet iustã in malos. Sap.5.ṽ.18 Et vsque ad finem. Et, Cap 19.

73 *Tuam verò manum vt quis*
*effugiat, fieri non potest : quippe*
*Mundus ipse iustorum vindex*
*est.*

74 *Ad vos igitur spectant ser-*
*mones mei, ô tyranni, vt discа-*
*tis* S A P I E N T I A M, *neque of-*
*fensetis.*

75 *Qui enim iura officiaq; san-*
*ctitatis sanctè conseruauerint,*
*sancti censebũtur: hisq; institu-*
*ti, habebunt quod respondeant.*

76 *Expetite itaque sermones*

Vers.6.
Vers.7.
Vers.8.
Vers.9.
Prou 21. vers 30
Sap 16. Vers. 15.
Vers.17.
Sap.6. vers.10.
Vers. 11
Vers.8.

nistri Regnorum, non rectè
iudicastis, nec custodistis L E-
G E M I V S T I T I Æ, neque se-
cundum voluntatem D E I
ambulastis.

Horrendè & citò appare- 68
bit vobis : quoniam iudi-
cium durissimum in his, qui
præsunt, fiet.

Exiguo enim concedetur 69
Misericordia: potentes autẽ
potẽter tormenta patientur.

Non enim subtrahet per- 70
sonã cuiusquam D E V S, nec
verebitur magnitudinẽ cu-
iusquam : quoniã pusillum
& magnum I P S E fecit, & æ-
qualiter cura est illi de o-
mnibus.

Fortioribus autem for- 71
tior instat cruciatio.

Non (enim) est sapientiã, 72
non est prudentia, non est
consiliũ contra D O M I N V M.

(Nam)

Tuam ô D O M I N E, ma- 73
nũ effugere impossibile est:
etiam vindex est O R B I S iu-
storum.

Ad vos ergô Reges (non abs 74
re Sophus noster iterũ acclamat) sunt
hi sermones mei, vt discatis
S A P I E N T I A M, & nõ excidatis.

Qui enim custodierint I V- 75
S T I T I A M, iustè iudicabun-
tur ; & qui didicerint iusta,
inuenient quid respõdeant.

Concupiscite ergô sermo- 76
nes meos,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | nes meos, diligite illos, & habebitis DISCIPLINAM. | | *meos ac desiderate, & Eruditionem consequimini.* | | |
| 77 | Si delectamini sedibus & sceptris, ô Reges populi, diligite SAPIENTIAM, vt in perpetuum regnetis. | Ibid. Verſ.22 | *Si itaque soliis sceptrisque delectamini, Reges populorum, honorate SAPIENTIAM, vt in perpetuum regnetis.* | 77 | Num.27,16 2.Reg.14,11 3.Reg.3,9. |
| 78 | Diligite (ô diligite) LVMEN SAPIENTIÆ omnes, qui præestis populis. | Verſ.23. | *In Græco non habetur.* | 78 | |
| 79 | Multitudo enim Sapientum sanitas est orbis Terrarum: & Rex sapiens stabilimentum populi sui. | Verſ.26. | *Sapientum autem multitudo est Mundi salus, & Rex prudens stabilimentum populi:* | 79 | |
| 80 | Ergò accipite DISCIPLINAM per sermones meos, & proderit vobis. | Verſ.27. | *Quapropter sermonib. meis erudimini, & vtilitatem percipietis.* | 80 | |

Discite igitur, ô mortales,
SAPIENTIAM;
&

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 81 | Diligite IVSTITIAM, qui iudicatis Terram. | Sap. 1. verſ.1. | *Diligite IVSTITIAM, qui iudicatis Terram.* | 81 | 3.Reg.3,3. Eſai.56,1. |



# II. GRADVS PROLOGETICVS SECVNDVS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 82 | Audite filii DISCIPLINAM Patris, & attendite, vt sciatis PRVDENTIAM. | Prou. 4. verſ.1. | *Audite filii Disciplinam Patris: & attendite ad sciendam Intelligentiam.* | 82 | Sapientiam eiusque fructum & viã quærendã, inque illa constanter perseuerandum docet ac admonet Sapiens. |
| 83 | DONVM bonum tribuam vobis, LEGEM meam ne derelinquatis. | Verſ.2. | *Quia Doctrinam bonam do vobis: Legem meam me derelinquatis.* | 83 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Correctio DEI cum lætitia ferenda. Hebr. 12,5. Apoc. 3, 17. | 84 | *CORRECTIONEM JEHOVÆ, fili mi, ne abiicias, & ne tædio afficiaris propter increpationem eius:* | Prou. 3. Vers. 11. | DISCIPLINAM DOMINI, fili mi, ne abiicias; nec deficias cum ab Eo corriperis: | 84 |
| | 85 | *Quem enim diligit JEHOVAH increpat: & veluti pater filium, quem valde amat.* | Vers. 12. | Quem enim diligit DOMINVS, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. | 85 |
| | 86 | *Apprehende correctionem, ne dimittas: custodi eam, quia ipsa est vita tua.* | Prou. 4. vers. 13. | Tene DISCIPLINAM, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est via tua. | 86 |
| | 87 | *VERITATEM eme, & ne vendas: eme Sapientiam, & eruditionem & intelligentiam.* | Prou. 23 Vers. 23. | VERITATEM eme, & noli vendere SAPIENTIAM, & DOCTRINAM & INTELLIGENTIAM. | 87 |
| | 88 | *Manè semina semen tuum, & vesperi ne quiescere facias manum tuam.* | Eccl. 11. vers. 6. | Manè (quoque) semina sementem tuam, & vespere ne cesset manus tua. | 88 |
| | 89 | *Dulcis quidem est Lux, & iucundum est oculis intueri Solem.* | Vers. 7. | Dulce (enim) LVMEN, & delectabile est oculis videre SOLEM. | 89 |
| Exhortatur piger ad laborē & Sapientiæ studium atque inuestigationem. | 90 | *Vade ad formicam piger, vide vias eius, & sapiens esto.* | Prou. 6. Vers. 6. | Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce SAPIENTIAM. | 90 |
| | 91 | *Cui cum non sit dux, nec præfectus, nec dominus,* | Vers. 7. | Quæ, cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, | 91 |
| | 92 | *Tamen parat in æstate cibum suum; congregat in messe escam suam.* | Vers. 8. | Parat in æstate cibum sibi & congregat in messe quod comedat. | 92 |
| | 93 | *Vsquequo piger dormies? quando surges à somno tuo?* | Vers. 9. | Vsquequo piger dormies? quando consurges à somno tuo? | 93 |
| | 94 | *Parum somnorum, parum dormitationum capiendo, parum complicationis manuum ad dormiendum:* | Vers. 10. | Paullulum dormies, paullulum dormitabis, paullulum conseres manus vt dormias. | 94 |
| | 95 | *Et veniet tanquam viator egestas tua, & paupertas tua* | Vers. 11. | Et veniet tanquam viator egestas tua, & pauperies qua- | 95 |

si vir

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | si vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te. | | *tanquam vir clypeo armatus.* | | |
| 96 | Qui congregat in MESSE, filius sapiēs est; qui autē stertit ÆSTATE, filius cōfusionis. | Prou.10 Vers.5. | *Qui cōgregat in æstate, filius intelligens est: qui verò dormit in messe, filius est confundens.* | 96 | |
| | *Porrò* | | | | |
| 97 | Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris & nihil omnino sciens: | Prou.9. Vers.13. | *Mulier stulta tumultuatur, simplex est, & nescit quicquam.* | 97 | |
| 98 | Sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, | Vers.14 | *Et sedet ad ostiū domus suæ super sedem, in locis excelsis ciuitatis.* | 98 | |
| 99 | Vt vocaret trāseuntes per viā, & pergentes itinere suo, | Vers.15 | *Vt vocet trāseuntes per viā, qui dirigūt semitas suas, dicens,* | 99 | |
| 100 | Quis est paruulus, declinet ad me, & vecordi loquuta est | Vers.16. | *Quisquis est simplex, declinet huc, & carenti corde dixit,* | 100 | |
| 101 | Aquę furtiuę dulciores sūt, & panis absconditus suauis. | Vers.17. | *Aquæ furatæ dulces sunt: & panis absconditus suauis est.* | 101 | |
| 102 | Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. | Vers.18. | *Et nescit simplex quod mortui sunt ibi, in profundis inferni sunt inuitati ab ea.* | 102 | |
| | Qui .n. applicabitur illi, descēdit ad inferos: nam qui abcesserit ab ea, saluabitur. | Ex Septuaginta. | | | |
| 103 | (O) fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. | Prou. 7. Vers.1. | *(O) fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde apud te.* | 103 | Exhortatio ad SAPIENTIAM, & obseruationem præceptorum. |
| | Fili, honora DOMINVM; & valebis: præter eum verò ne timueris alienum. | Ex LXX. | | | |
| 104 | Serua MANDATA mea, & viues: & LEGEM meam quasi pupillam oculi tui. | Vers.2. | *Custodi præcepta mea, & viues, & Legem meam tanquam pupillam oculorum tuorum.* | 104 | |
| 105 | Liga Eā in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. | Vers.3. | *Allige ea digitis tuis, scribe ea in tabula cordis tui.* | 105 | |
| 106 | Dic SAPIENTIÆ, sorór | Vers.4. | *Dic SAPIENTIÆ, soror* | 106 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | *mea es tu; & propinquam, INTELLIGENTIAM voca:* | | mea es: & PRVDENTIAM voca amicam tuam. | |
| 107 | *Vt custodiat te à muliere aliena, ab extranea, quæ sermones suos lenit.* | Verſ. 5. | Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. | 107 |
| 108 | *Ne declinet ad vias eius cor tuum, neque oberres in semitis eius.* | Ibid. Verſ. 25 | Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. | 108 |
| 109 | *Multos enim vulneratos cadere fecit: & fortes omnes occisi eius.* | Verſ. 26. | Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. | 109 |
| 110 | *Viæ inferni, domus eius, descendentes ad cubicula mortis.* | Verſ. 27. | Viç inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. | 110 |
| 111 | *Quando intrauerit SAPIENTIA cor tuum: & cognitio animæ tuæ dulcis fuerit:* | Prou. 2 Verſ. 10 | Si intrauerit SAPIENTIA cor tuum, & SCIENTIA animæ tuæ placuerit | 111 |
| 112 | *Cogitantia custodiet te, & Intelligentia conseruabit te,* | Verſ. 11. | CONSILIVM custodiet te, & PRVDENTIA seruabit te. | 112 |
| 113 | *Vt eruat te à via mala, à viro loquente peruersitates:* | Verſ. 12. | Vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitũ | 113 |
| 114 | *Qui derelinquũt semitas rectas, vt ambulent per vias tenebricosas:* | Verſ. 13. | Qui relinquũt iter rectũ, & ambulãt p̄ vias tenebrosas. | 114 |
| 115 | *Qui lætãtur facere malũ, exultant in peruersitatibus mali.* | Verſ. 14. | Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: | 115 |
| 116 | *Quorũ semitæ peruersæ sũt, & peruersi sunt in viis suis.* | Verſ. 15. | Quorũ viæ peruersç sunt, & infames gressus eorum. | 116 |
| 117 | *Vt eruat te, inquam, à muliere extranea, ab aliena quæ eloquia sua emollit,* | Verſ. 16. | Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos. | 117 |
| 118 | *Quæ deserit ducẽ adolescẽtiæ suæ, & pacti DEI sui oblita est.* | Verſ. 17. | Et relinquit ducẽ pubertatis suç, & pacti Dei sui oblita est. | 118 |
| 119 | *Quia inclinauit ad mortem domus eius, & ad mortuos semita eius ducunt.* | Verſ. 18. | Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. | 119 |
| 120 | *Omnes ingredientes ad eam, non reuertentur, nec apprehendunt semitas vitæ.* | Verſ. 19. | Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertẽtur, nec apprehendent semitas vitæ. | 120 |

SAPIENTIA ab impiorũ via & scortatione cũ Sophistis liberat, & dirigit in viam bonam.

Vt am-

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 121 | Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. | Vers. 20. | *Vt ambules, inquam, per viam bonorum, & semitas iustorum custodias.* | 121 | |
| 122 | Quare seduceris, fili mi, ab aliena, & foueris in sinum alterius? | Prou. 5. Vers. 20 | *Et vt quid delectaberis, fili mi, cum aliena, & amplectêris sinum extraneæ,* | 122 | |
| 123 | Respicit DOMINVS vias hominis, & omnes gressus eius considerat. | Vers. 21. | *Quando coram oculis IEHOVAH sunt viæ viri, & omnes semitas eius ponderat.* | 123 | |
| 124 | Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorũ constringitur. | Vers. 22. | *Iniquitates suæ capiẽt ipsum impium, & funibus peccati sui tenebitur.* | 124 | |
| 125 | Ipse morietur, quia non habuit *Disciplinam*, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur. | Vers. 23. | *Ipse morietur, eô quod non audiuit eruditionem: & propter multitudinem stultitiæ suæ errabit.* | 125 | |
| 126 | Omni (igitur) custodia serua COR tuum, quia ex ipso vita procedit. | Prou. 4. Vers. 23. | *Præ omni custodia (ergo) serua COR tuum: quia ex ipso sunt egressus vitæ.* | 126 | COR. |
| 127 | Remoue à te Os prauũm, & detrahẽtia labia sint procul à te: | Vers. 24 | *Remoue à te peruersitatem ORIS, & prauitatem labiorum elonga à te.* | 127 | OS. |
| 128 | OCVLI tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. | Vers. 25. | *OCVLI tui ad rectum aspiciant, & palpebræ tuæ dirigant viam tuam coram te.* | 128 | OCVLI. |
| 129 | Dirige semitam PEDIBVS tuis, & oẽs viç tuç stabilient. | Vers. 26. | *Pondera semitam PEDVM tuorũ, & oẽs viæ tuæ dirigãtur.* | 129 | PEDES, vel incessus. |
| 130 | Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, auerte pedem tuum à malo. | Vers. 27. | *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: remoue pedem tuum à malo.* | 130 | |
| 131 | Si enim Sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. | Prou. 9. Vers. 12. | *Si Sapiens fueris, sapiens eris tibi: si verò illusor, solus lues pœnas.* | 131 | |
| | SVMMA. | | | | |
| 132 | SAPIENTIAM & DISCIPLINAM qui abiit infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia Opera illorum. | Sap. 3. Vers. 11. | *Nam qui SAPIENTIAM DISCIPLINAMque pro nihilo ducit, miser est, spesque taliũ vana: & labores infructuosi, atque opera eorum inutilia.* | 132 | |

# III.
# GRADVS PROLOGETICVS
## TERTIVS.

133 *Quid sit* SAPIENTIA, *& quomodo orta fuerit, referam, nec celabo vos Mysteria: sed à prima origine inuestigabo cognitionem eius, atque in apertum proferam, neque veritatem præteribo.*

134 *Est enim* SPIRITVS *in Ea Intelligens, Sanctus, Simplex, Multiplex, Subtilis, Mobilis, Illustris, Impollutus, Perspicuus, Innoxius, Boni studiosus, Acutus, Expeditus, Beneficus,*

135 *Humanus, Stabilis, Certus, Securus, omnia perspiciens, atque per omnes Spiritus intelligentes, puros, subtilissimosque permeans.*

136 *Nullius enim est motus, quem agilitate sua non superet* SAPIENTIA, *quæ propter suam puritatem per omnia pertinet ac permeat.*

137 *Est enim Vapor virtutis* DEI, *& defluxus gloriæ Omnipotentis sincerus: quapro-*

Sap. 6. vers. 24.

Sap. 7. vers. 22.

Vers. 23.

Vers. 24

Vers. 25.

Quid est SAPIENTIA, &, quemadmodum facta sit, referam, & non abscondam à vobis Sacramenta DEI, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem. 133

Est (etenim) in SAPIENTIA spiritus Intelligentiæ, Sanctus, Vnicꝰ, Multiplex, Subtilis, Discretus, Mobilis, Incoinquinatus, Certus, Suauis, amans Bonum, Acutus, qui nihil vetat Benefacere, 134

Humanus, Benignus, Stabilis, Certus, securus, omnē habēs virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, Intelligibilis, Mundus, Subtilis. 135

Omnibus enim mobilibus mobilior est SAPIENTIA: attingit autem vbique propter suam munditiam. 136

*Vapor* enim est virtutis DEI, & *Emanatio* quædam est Claritatis Omnipotentis 137

sincera:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | sincera: & ideò nihil inquinarum in eam incurrit. | | pter nihil polluti in eum cadit. | | |
| 138 | Candor siquidem est LVCIS æternæ, & Speculum sine macula DEI MAIESTATIS, & imago BONITATIS illius. | Vers. 26. | *Etenim Lucis æternæ splendor est, atque speculum virtutis DEI, nulla aspersum, eiusque imago BONITATIS.* | 138 | Hebr. 1. Vers. 3. |
| 139 | Est (quoque) SAPIENTIA (hæc) speciosior SOLE, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. | Ibid. Vers. 29. | *Est (etiam) IPSA speciosior SOLE, supraque omnem astrorum situm collocata, & luci comparata prior inuenitur.* | 139 | |
| 140 | Illi enim succedit nox, SAPIENTIAM autem non vincit malitia. | Vers. 30. | *Hanc enim nox excipit, SAPIENTIAM autem non vincit malitia.* | 140 | |
| 141 | Attingit ergò à fine vsque ad finem fortiter, & disponit OMNIA suauiter. | Sap. 8. Vers. 1. | *Pertingit autem ab extremo ad extremum fortiter, atque omnia vtiliter moderatur.* | 141 | |
| 142 | Clara (etiam) est, & quæ nunquam marcescit SAPIENTIA. | Sap. 6. Vers. 13. | *Præclara est, & quæ nunquam marcescit SAPIENTIA.* | 142 | |
| 143 | Generositatem illius glorificat, contubernium habens DEI: sed & omnium DOMINVS dilexit illam. | Sap. 8. Vers. 3. | *Nobilitatem Eius hoc illustrat, quòd vnà cum DEO viuit, DOMINVSque omnium illam dilexit.* | 143 | |
| 144 | (Hæc) præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. | Sap. 6. Vers. 14. | *Anteuertens, sui studiosis se offert cognoscendam.* | 144 | |
| 145 | Quoniam dignos se, Ipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. | Vers. 17. | *Quia se dignos Ipsa quærit circumeundo, atque in viis beneuolè se illis ostendit, in omnique cogitatione eis occurrit.* | 145 | |
| 146 | Hanc (SAPIENTIAM) amaui, & exquisiui Eam à iuuetute mea, & quæsiui sponsam mihi Eam assumere, & amator fact⁹ sum formæ illi⁹. | Sap. 8. | *Hanc ego dilexi, & à iuuentute mea quæsiui, ac sponsam mihi studui adiungere, amoreque pulcritudinis eius captus sum.* | 146 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | 147 | *Eam sine fraude percepi, sine inuidia communico, diuitiasque eius non abscondo.* | Sap.7. Vers.13. | Hanc sine fictione didici, & sine inuidia communico; & honestatem illius non abscondo. | 147 |
| | | | | Nunc, de sese, sic inquit SAPIENTIA. | |
| Sap.9,9. | 148 | *IEHOVAH possedit me principio viæ suæ ante opera sua ex eo tempore.* | Prou. 8. Vers.22. | DOMINVS possedit ME in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. | 148 |
| Eccl.24,14. | 149 | *A seculò principatum habui, à principio, ante Terram.* | Vers. 23. | Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequã Terrã fieret. | 149 |
| | 150 | *Quum nondum essent voragines, formata sum, quum nõdum essent fontes abundantes Aquis.* | Vers.24. | Nondum erant Abyssi, & Ego iam concepta eram, nec dum fontes Aquarum eruperant. | 150 |
| | 151 | *Antequam montes fundati essent, ante colles formata sum.* | Vers.25. | Nec dum montes graui mole constiterunt ante colles EGO parturiebar. | 151 |
| | 152 | *Nondum fecerat Terram, & plateas, & summitatem puluerum Orbis.* | Vers.26. | Adhuc Terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis Terræ. | 152 |
| | 153 | *Quando præparabat Cælos, illic eram: quando describebat circulum in superficie Abyssi:* | Vers.27. | Quando præparabat Cælos, aderã: quando certa lege & gyro vallabat Abyssos: | 153 |
| | 154 | *Quando firmabat cælos desuper, quando roborabat fontes fontes Abyssi:* | Vers.28. | Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes Aquarum. | 154 |
| | 155 | *Quando ponebat mari statutum suum, & aquis, ne transirent littus suum: quando describebat fundamenta Terræ:* | Vers.29. | Quando circũdabat mari terminum suũ, & legem ponebat Aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta Terræ; | 155 |
| | 156 | *ERAM apud EVM veluti alumnus, & eram in lætitiis quotidiè, & ludo coram illo omni tempore:* | Vers.30. | Cum EO ERAM cuncta componens: & delectabar per singulos dies; ludens coram Eo omni tempore: | 156 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 157 | Ludẽs in orbe Terrarum: & delitiæ meæ esse cum filiis hominum. | Vers. 31. | *Ludo in Orbe Terræ eius, & delectationes meæ cum filiis hominum.* | 157 |
| 158 | Ego (חכמה HHOCHMAH) SAPIENTIA habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. | Ibid. Vers. 12. | *Ego (חכמה CHOCHMAH) SAPIENTIA habito in astutia: & scientiam cogitationum inuenio.* | 158 |
| 159 | TIMOR DOMINI odit malum, arrogantiam & superbiam; & viam prauam, & os bilingue detestor. | Vers. 13. | *TIMOR JEHOVÆ est odio habere malum, superbiam & arrogantiam, & viam malam, & os loquenis peruersitates odi.* | 159 |
| 160 | Ego diligentes ME, diligo: & qui manè vigilant ad ME, inuenient ME. | Vers. 17. | *Ego diligentes me diligo; & quærentes me, inueniunt me.* | 160 |
| 161 | In viis IVSTITIÆ ambulo, & in medio semitarum iudicii. | Vers. 20. | *Per semitas JVSTITIÆ deduco in medio semitarum iudicii.* | 161 |
| | | | *Audiamus iterum Sapientem.* | |
| 162 | DOMINVS SAPIENTIA fundauit Terram, stabiliuit Cælos PRVDENTIA. | Prou. 3. Vers. 19 | *JEHOVAH in SAPIENTIA fundauit Terram, stabiliuit Cælos in INTELLIGENTIA.* | 162 |
| 163 | SAPIENTIA illius eruperunt Abyssi, & nubes rore concrescunt. | Vers. 20. | *In SCIENTIA eius abyssi ruperunt sese, & Cæli stillant rorem.* | 163 |
| 164 | Quis ascendit in Cælum atque descendit? Quis continuit Spiritum in manibus suis? Quis colligauit Aquas quasi in vestimẽto? Quis suscitauit oẽs terminos Terræ? QVOD NOMEN EST EIVS, & quod NOMEN FILII eius sit, nosti? | Prou. 30 Vers. 4. | *Quis ascendit in Cælum & descendit? Quis collegit ventum in pugillis suis? Quis congregauit Aquas in vestimento? Quis stabiliuit omnes terminos Terræ? Quod Nomen eius, & quod NOMEN FILII eius, si nosti?* | 164 |
| 165 | Comede (itaque) fili mi, MEL, quia bonum est, & fauum dulcissimũ gutturi tuo: | Prou. 24 Vers. 13. | *Comede, fili mi, mel, quia bonum est: & fauum, qui dulcis est palato tuo:* | 165 |
| 166 | Sic & Doctrina SAPIENTIÆ Animæ tuæ; quam cum | Vers. 14. | *Sic cognitio SAPIENTIÆ suauis erit animæ tuæ, si* | 166 |

| | |
|---|---|
| *inuenies eam: & erit merces: & exspectatio tua non excidetur.* | inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. |



# IV. GRADVS PROLOGETICVS QVARTVS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sapientia, Scientia & Intelligentia dona Dei sunt. 167 | *JEHOVAH dat SAPIENTIAM, ex ore eius egreditur cognitio & Intelligentia.* | Prou. 2. Vers. 6. | DOMINVS dat SAPIENTIAM, & ex ore Eius PRVDENTIA & SCIENTIA. | 167 |
| 168 | *Recondet rectis essentiam, scutum erit ambulantibus perfectè,* | Vers. 7. | Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, | 168 |
| 169 | *Vt custodiant semitas iudicii: & viam misericordium eius custodiet.* | Vers. 8. | Seruans semitas IVSTITIÆ, & vias sanctorum custodiens. | 169 |
| * | *Tunc intelliges Iustitiam & Iudicium, & Rectitudines, & omnem semitam bonam.* | Prou. 2. Vers. 9. | Tunc intelliges Iustitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. | * |
| 170 | *Quo notum esset, Solem ad gratias tibi agendas præueniendum esse, atque te sub lucis ortum saluandum.* | Sap. 16. Vers. 28. | Vt notum omnibus esset, quoniam oportet preuenire SOLEM ad BENEDICTIONEM TVAM, & ad orientem LVCIS TE adorare. | 170 |
| 171 | *Tu (JEHOVAH) docuisti hostes nostros, te eum esse, qui omni ex malo eripis.* | Sap. 16. Vers. 8. | Tu (DOMINE) es, qui liberas ab omni malo. | 171 |
| 172 | *Tu (JEHOVAH) vitæ & mortis potestatem habes, ad portasque inferorum deducis & reducis.* | Vers. 13. | Tu es, DOMINE, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis atque reducis. | 172 |
| 173 | *Benedictio JEHOVÆ di-* | Prou. 10 Vers. 22. | Benedictio DOMINI di- | 173 |

uites

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | uites facit, nec ſociabitur eis afflictio. | | *tet, nec apponit* JEHOVAH *dolorem ei benedictioni.* | | |
| 174 | Turris fortiſſima NOMEN DOMINI: ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur. | Prou. 18 Verſ. 18. | *Vt turris fortis eſt* NOMEN JEHOVÆ *: ad ipſum curret iuſtus, & exaltabitur.* | 174 | |
| 175 | Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem DOMINI permanebit. | Prou. 19. Verſ. 21. | *Multæ cogitationes ſunt in corde viri, cõſilium autem* JEHOVÆ *permanet.* | 175 | |
| 176 | Equus paratur ad diem belli, DOMINO autem ſalutem tribuit. | Prou. 21 Verſ. 31. | *Equus paratus eſt ad diem belli: ſed* JEHOVÆ *eſt ipſa ſalus.* | 176 | |
| 177 | Multi requirunt faciem principis, & iudicium à DOMINO egreditur ſingulorũ. | Pro. 29. Verſ. 26. | *Multi quærunt faciem dominantis: & à* JEHOVA *proficiſcitur iudiciũ vniuſcuiuſq;.* | 177 | |
| 178 | Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu DOMINI: quocunque voluerit inclinabit illud. | Proo. 21 Verſ. 1. | *Velut riuuli aquarum eſt cor Regis in manu* JEHOVÆ*: ad omne quod vult, inclinat illud.* | 178 | |
| 179 | Omnis via viri recta ſibi videtur: appẽdit autem corda DOMINVS. | Verſ. 2. | *Omnis via recta eſt in oculis eius: ponderat autem corda* JEHOVA. | 179 | |
| 180 | Sortes mittũtur in ſinum, ſed à DOMINO temperãtur. | Prou. 16 Verſ. 33. | *In ſinum proiicitur* SORS, *& à* JEHOVAH *eſt omne iudicium eius.* | 180 | |
| 181 | (Quocirca) habe fiduciam in DOMINO ex toto corde, & ne innitaris Prudẽtiæ tuæ. | Proo. 3. Verſ. 5. | *Fide* JEHOVÆ *toto corde tuo, & intelligẽtiæ tuæ ne innitaris.* | 181 | De o confidendum. |
| 182 | Reuela DOMINO opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. | Prou. 16 Verſ. 3. | *Deuolue ad* JEHOVAM *opera tua: & firmabuntur cogitationes tuæ.* | 182 | Pſal. 37, v. 5. 1. Pet. 5. 7. |
| 183 | In omnibus (igitur ô mortalis) viis tuis recognoſce DOMINVM: & IPSE diriget ſemitas tuas. | Prou. 3. Verſ. 6. | *In omnibus viis tuis recognoſce Eum, & Ipſe diriget ſemitas tuas.* | 183 | |
| 184 | Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum: Time DEVM, & recede à malo. | Verſ. 7. | *Ne ſis ſapiens in oculis tuis: time* IEHOVAM, *& recede à malo.* | 184 | |
| 185 | Mihi dedit DEVS dicere ex ſententia digna horum | Sap. 7. Verſ. 15. | DEVS *mihi dedit ex ſententia dicere, ac pro dignitate* | 185 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | *eorum quæ dantur, cogitare: quoniam Ipse & Sapientiæ dux est, & Sapientum moderator.* | | quæ mihi dantur, quoniam IPSE SAPIENTIÆ dux est, & Sapientum emendator. | |
| | 186 | *Nam in manu Ipsius sumus tum nos, tum sermones nostri, omnis etiam prudentia, scientiaque opificiorum.* | Vers. 16. | In manu enim Illius & nos, & sermones nostri, & omnis SAPIENTIA; & operum SCIENTIÆ & DISCIPLINA. | 186 |
| | 187 | *Mihi autem dedit* DEVS, *eorum quæ sunt in Natura veram cognitionem.* | Vers. 17. | Ipse mihi dedit horum, quę sunt SCIENTIAM verá. Hæc, porrò, quàm dat DEVS | 187 |
| | 188 | SAPIENTIA *ædificauit domum suam, excîdit columnas suas septem:* | Prou. 9. Vers. 1. | SAPIENTIA ædificauit sibi domum; excîdit columnas septem, | 188 |
| | 189 | *Immolauit victimam suam, miscuit vinum suum, etiam apparauit mensam suam.* | Vers. 2. | Immolauit victimas suas, miscuit VINVM, & proposuit mensam suam. | 189 |
| | 190 | *Misit puellas suas, vocauit: super summitates excelsorum ciuitates; dicendo,* | Vers. 3. | Misit ancillas suas, vt vocarent ad Arcem, & ad mœnia ciuitatis. | 190 |
| SAPIENTIA ad se inuitat omnes. | 191 | *Quisquis est simplex, declinet huc. Carenti corde dixit quoque* | Vers. 4. | Si quis est paruulus, veniat ad ME: & insipientibus loquuta est, | 191 |
| | 192 | *Venite, comedite panem meum, & bibite de vino quod miscui.* | Vers. 5. | Venite, comedite panem meũ, & bibite VINVM, quod miscui vobis. | 192 |
| | 193 | *Relinquite simplices viam vestram, & viuetis: & incedite per viam Intelligentiæ.* | Vers. 6. | Relinquite (ergô) infantiam, & viuite, & ambulate per vias PRVDENTIÆ. (Quas Ego fideliter monstraui, & paternè commendo vobis.) | 193 |



V. GRADVS

# V.
# GRADVS PROLOGETICVS QVINTVS.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 194 | Qui BONVS est, hauriet gratiam à DOMINO: qui autem confidit in cogitationibus suis, insipiens est. | Prou. 12 Vers. 2. | *Bonus hauriet beneplacitum à JEHOVAH; & virum malarum cogitationum condemnabit DEVS.* | 194 | |
| 195 | Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt DOMINVM, animaduertunt OMNIA. | Prou. 28 Vers. 5. | *Viri mali non intelligunt iudicium: quærentes autem JEHOVAM intelligunt omnia.* | 195 | |
| 196 | Benedictio DOMINI super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. | Prou. 10 Vers. 6. | *Benedictiones sunt super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem.* | 196 | |
| 197 | Abominatio DOMINI est omnis illusor, & cũ SIMPLICIBVS sermocinatio eius. | Prou. 3. Vers. 32. | *Abominatio JEHOVÆ est peruersus: & cum Rectis secretum Eius.* | 197 | |
| 198 | IPSE deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. | Vers. 34 | *Profectò illusoribus IPSE illudit, & humilib. dat gratiã.* | 198 | |
| * | Abominabile DOMINO cor prauum, & voluntas eius in iis q simpliciter ambulãt. | Prou. 11. Vers. 20. | *Abominabile JEHOVÆ sunt peruersi corde: & perfecti via beneplacitum eius.* | * | |
| 199 | Qui peruersi cordis est, non inueniet BONVM, & qui vertit linguam, incidet in malum. | Prou 17. Vers. 20. | *Peruersus corde non inuenit bonum: & qui vertitur in lingua sua, cadet in malum.* | 199 | |
| 200 | Melior est pauper ambulãs in simplicitate sua, quàm diues in prauis itinerib⁹ suis. | Prou. 28 Vers. 6. | *Præstantior est pauper, qui ambulat in perfectione sua, quã peruersus viis, & ipse diues.* | 200 | Prou. 19. v. 1. |
| 201 | Quid prodest stulto habere diuitias, cum SAPIENTIAM emere non possit? | Prou 17 Vers. 16. | *Vt quid est pretium in manu stulti, vt emat SAPIENTIAM, & cor non est ei.* | 201 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 202 | *TIMOR JEHOVÆ, eruditio SAPIENTIÆ: & ante gloriam humilitas.* | Prou. 15. Verſ. 33. | TIMOR DOMINI Diſciplina SAPIENTIÆ: & gloriam præcedit HVMILITAS. | 202 |
| 203 | *Quum venit ſuperbia, venit & ignominia: & cum humilibus Sapientia:* | Prou. 11. Verſ. 2. | Vbi fuerit ſuperbia, ibi fuerit & cõtumelia: Vbi autem eſt *Humilitas*, ibi & *Sapientia*. | 203 |
| | *Prouerb. 16. v. 5. Abominatio JEHOVÆ eſt omnis elatº corde.* | | Prou. 16. ℣. 5. Abominatio .n. DOMINI eſt omnis arrogãs. | |
| 204 | *In corde intelligentis requieſcit SAPIENTIA: at in medio ſtultorum ipſe cognoſcitur.* | Prou. 14. Verſ. 33. | In corde Prudẽtis requieſcit SAPIENTIA: & indoctos quoſque erudiet. | 204 |
| 205 | *Qui graditur cum Sapientibus, ſapiens erit: ſed qui eſt amicus ſtultis, conteretur.* | Prou. 13. Verſ. 20. | Qui cum Sapiẽtibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. | 205 |
| 206 | *Etiam abſque ſcientia, deſiderium non eſt bonum.* | Prou. 19. Verſ. 2. | Vbi non eſt SCIENTIA ANIMÆ, non eſt BONVM. | 206 |
| 207 | *Neque verò cum eo qui inuidia contabeſcit iter habebo: quoniam huiuſmodi non erit Sapientiæ particeps.* | Sap. 6. Verſ. 25. | Neque (etiam) cum inuidia tabeſcente iter habebo, (inquit Sapiens) quoniã talis homo non eſt particeps Sapientiæ. | 207 |
| 208 | *Deriſorem efficit vinum, tumultuantem efficit Sechar: & omnis qui ſe oblectat in ea, non erit ſapiens.* | Pro. 20. Verſ. 1. | Luxurioſa res eſt VINVM, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens. | 208 |
| 209 | *Cor intelligens quærit SCIENTIAM, & os ſtultorum paſcetur ſtultitia.* | Prou. 15. Verſ. 14. | Cor ſapientis quærit DOCTRINAM: & os ſtultorum paſcitur imperitia. | 209 |
| 210 | *TIMOR JEHOVÆ principium SCIENTIÆ: Sapientiam & Eruditionem ſtulti deſpiciunt.* | Prou. 1. Verſ. 7. | TIMOR DOMINI principium SAPIENTIÆ. SAPIENTIAM atq; DOCTRINAM ſtulti deſpiciunt. | 210 |
| 211 | *TIMOR JEHOVÆ velut vena vitæ, vt recedatur à laqueis mortis.* | Prou. 14. Verſ. 27. | TIMOR DOMINI fons vitę, vt declinet à ruina mortis. | 211 |
| 212 | *Principium SAPIENTIÆ Timor JEHOVÆ: & ſcientia ſanctorum, intelligentia* | Prou. 9. Verſ. 10. | Principium SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI: & SCIENTIA ſanctorũ PRVDENTIA. | 212 |
| 213 | *Ne æmuletur cor tuum pec-* | Prou. 23. Verſ. 17. | Non (igitur) æmuletur cor | 213 |

tuum

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | tuum peccatores, ſed in Timore DOMINI eſto tota die. | | *catores, imo potius in Timore JEHOVÆ eſto tota die.* | | |
| 214 | Quia habebis ſpem in nouiſſimo, & prętolatio tua non auferetur. | Verſ.18. | *Quia reuera eſt merces: & ſpes tua non ſuccidetur.* | 214 | |
| 215 | Sentite (ô mortales) de DOMINO in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illũ: | Sap. 1. Verſ. 1. | *Sentite (ô homines) de DOMINO in bonitate, atque in ſimplicitate cordis eũ quærite:* | 215 | |
| 216 | Quoniã inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem iis, qui fidem habent in illum. | Verſ.2. | *Quoniam inuenitur ab iis, qui non tentant eum, & illis patefit, qui ei non diffidunt.* | 216 | Deut. 4, 29. 2 Paralip. 15 ỳ 4. Quomodo DEVS quęrendus, & a quibus inueniatur. |
| 217 | Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à DEO: probata autem virtus corripit inſipientes. | Verſ.3. | *Cogitationes namque peruerſæ ſeparant à DEO, eiuſque potentia dum tentatur, inſipientes arguit.* | 217 | |
| 128 | Quoniam in maleuolam animam non introibit SAPIENTIA: nec habitat in corpore ſubdito peccatis. | Verſ.4 | *Quoniam in animam malitioſam non introibit Sapientia, nec in corpore peccatis obnoxio habitabit.* | 218 | |
| 219 | Si enim SAPIENTIAM inuocaueris, & inclinaueris cor tuum PRVDENTIÆ, | Prou. 2. Verſ. 1. | *Imò, ſi ad Intelligentiam clamaueris, & intelligentiæ dederis vocem tuam:* | 219 | |
| 220 | Si quęſieris Eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam: | Verſ.4. | *Si quæſieris eam tanquam argentum, & ſicut theſauros ſcrutatus fueris eam.* | 220 | |
| 221 | Tunc intelliges Timorem DOMINI, & Scientiam DEI inuenies. | Verſ.5. | *Tunc intelliges TIMOREM JEHOVÆ, & cognitionem DEI inuenies.* | 221 | |
| 222 | NOSSE enim TE (ô DOMINE) conſummata IVSTITIA eſt, & ſcire IVSTITIAM & VIRTVTEM tuam, radix eſt immortalitatis. | Sap. 15. Verſ. 3. | *Nam noſſe TE, conſummata eſt Iuſtitia, & tuam intelligere potentiam, radix immortalitatis.* | 222 | |
| 223 | Propter hanc OPTAVI, & datus eſt mihi ſenſus: & INVOCAVI, & venit in me SPIRITVS SAPIENTIÆ. | Sap. 7. Verſ. 7. | *Quapropter optaui, & prudentia mihi data eſt: inuocaui, & ſpiritus Sapientiæ obuenit mihi.* | 223 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 224 | *Sceptris ac solijs illum anteposui, præ eaque diuitias pro nihilo æstimaui.* | Vers. 8. | Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. | 224 |
| 225 | *Nec verò ei Lapidem pretiosum comparaui, quoniam aurum cum ea collatum arena pauca: & lutum æstimabitur argentum, cum illa comparatum.* | Vers. 9. | Nec comparaui illi lapidē pretiosum: quoniam omne aurum, in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. | 225 |
| 226 | *Supra sanitatem ac formæ pulchritudinem dilexi illam: atque ea malui quàm luce frui, vt cuius splendor non potest supprimi.* | Vers. 10 | Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro *Luce* habere illā: quoniā inextinguibile est *Lumen* illius. | 226 |
| 227 | *Facilè perspicitur ab iis qui eam diligunt, & inuenitur ab illis, qui illam quærunt.* | Sap. 6. Vers. 13. | Facilè (equidem) videtur ab his, qui diligunt Eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. | 227 |
| 228 | *Anteuertens, suis studiosis se offert cognoscendam.* | Vers. 14 | Præoccupat qui se cōcupiscunt, vt illis se prior ostēdat. | 228 |
| 229 | **Qui manè surrexerit ad illam, non laborabit: assidentem enim suis foribus eam inueniet.* | Vers. 15. | Qui de LVCE vigilauerit ad illam, nō laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. | 229 |
| 230 | **Nam de illa suscepta cogitatio, prudentiæ est perfectio: & qui propter eam vigilauerit, continuò securus erit.* | Vers. 16 | COGITARE ergô de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit. | 230 |
| 231 | *Quia se dignos ipsa quærit, circumeundo, atque in viis beneuolè se illis ostendit, in omnique cogitatione eis occurrit.* | Vers. 17. | Quoniam dignos SE, IPSA circuit quærens, & in viis ostendet SE illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. | 231 |
| 232 | *Initium enim ipsius est verissima eruditionis cupiditas: cura verò eruditionis, amor.* | Vers. 18. | Initium enim illius verissima est DISCIPLINÆ concupiscentia. | 232 |
| 233 | *Amor autem, obseruatio legum ipsius: rursum legum ob-* | Vers. 19. | Cura ergò DISCIPLINÆ, dilectio est: & dilectio | 233 |

custodia

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | custodia LEGVM illius est: custoditio autem legũ, consummatio incorruptiōis est. | | seruatio est immortalitatis conseruatio. | | |
| 234 | Incorruptio autem facit proximum esse DEO. | Vers.20. | Porrò immortalitas facit vt proximè ad Deum accedamus. | 234 | |
| 235 | CONCVPISCENTIA itaque SAPIENTIÆ, deducit ad REGNVM PERPETVVM. | Vers.21. | Sapientiæ igitur cupiditas ad regnum perducit. | 235 | |
| 236 | Intrans (itaque) in domum meam, conquiescam cum Illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. ✠.18. Circũibam quærens, vt mihi Eam assumerem. | Sap 8. Vers.16. | *In hac domum meam, ingressus conquiescam, nullam enim acerbitatem habet consuetudo ipsius, nec vllã molestiam eius conuictus, sed lætitiam & gaudium. Vers.18. Circumeundo quærebam, vt eum apud me reciperem.* | 236 | |
| 237 | Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferẽdum sermonem corã DEO: DEVS enim in Cælo, & tu super Terrã; iccircò sint pauci sermones tui. | Eccl.5. Vers.1. | *Ne festines ore tuo; neque cor tuum acceleret proferre verbum ante DEVM: quia DEVS est in Cælo, & tu super Terram, iccircò sint verba tua pauca.* | 237 | Non temerè apud DEVM pronuntiandum. |
| 238 | (Et) Si quid vouisti DEO, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcunque voueris, redde. | Vers.3. | *Quum voueris votũ DEO, ne tardes reddere illud; quia non est beneplacitum DEO in stultis: quæ igitur voueris, redde.* | 238 | VOTVM. Deut.23,21. |
| 239 | Multoque melius est non VOVERE, quàm post VOTVM promissa non reddere. | Vers.4. | *Melius est vt non voueas, quàm vt voueas, & non reddas.* | 239 | |
| 240 | Victimæ impiorum abominabiles DOMINO: VOTA iustorum placabilia. | Prou.15. Vers. 8. | *Sacrificium impiorum est abominatio JEHOVÆ: Oratio aũt rectorum beneplacitũ eius.* | 240 | Eccl.34,23. |
| 241 | Eruditus in VERBO reperiet Bona: & qui SPERAT in DOMINO, beatus est. Prou.28. ✠.25. Qui SPERAT in DOMINO, sanabitur. | Prou.16 Vers.20. | *Intelligens rem inueniet bonum: & confidens in JEHOVAH, beatus est. Prou.28. v.25. Qui fidit JEHOVÆ, impinguabitur.* | 241 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 242 | *Qui fiduciam suam in eo habent, veritatem intelligent: & fideles in charitate, in eo permanebunt: quoniam gratia & misericordia erga sanctos eius, & ratio electorum eius habebitur.* | Sap. 3. Vers. 9. | Qui CONFIDVNT in Illo, intelligent VERITATEM: Et fideles in dilectione acquiescunt Illi; quoniam donum & pax est electis eius. | 242 |
| 243 | *Longinquus est JEHOVAH ab impiis: sed orationem iustorum exaudit.* | Prou. 15. Vers. 29. | Longè est DOMINVS ab impiis, & ORATIONES iustorum exaudiet. | 243 |
| 244 | *Qui remouet aurem suam, ne audiat legem, etiam oratio Eius erit abominatio.* | Prou. 28 Vers. 9. | Qui declinet aures suas, ne audiat LEGEM, ORATIO eius erit execrabilis. | 244 |
| 245 | *Qui tegit scelera sua nunquam aget prospere: qui verò confitetur, & derelinquit, misericordiam consequetur.* | Vers. 13. | Qui ābscōdit scelera sua, non dirigetur: qui autē confessus fuerit, & relinquit ea, MISERICORDIAM consequetur | 245 |
| 246 | *Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore JEHOVÆ receditur à malo.* | Prou. 16 Vers. 6. | Misericordia & veritate redimitur iniquitas; & in TIMORE DOMINI declinatur à malo. | 246 |
| 247 | *Nonne errant cogitantes malum? misericordia autem & veritas cogitantibus bonum.* | Prou 14 Vers. 22. | Errant (igitur) qui operantur malum, *Misericordia* autē & *Veritas* præparant *Bona:* | 247 |
| 248 | *Qui sectantur iustitiam & misericordiam inueniet vitam, iustitiam & gloriam.* | Prou. 21. Vers. 21. | Qui (ergò) sequitur *Iustitiam* & *Misericordiam*, inuenient vitam, iustitiam & gloriam. | 248 |
| 249 | *Eram autem puer, eximii ingenii indole præditus, bonamque animam sortitus.* | Sap. 18. Vers. 19. | Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. | 249 |
| 250 | *Imò vero cum essem bonus, in corpus introiui impollutum.* | Vers 20 | Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. | 250 |
| 251 | *Quum autem intellexissem, me non aliter eius compotem fore, quàm si DEVS eam daret,* | Vers. 21. | Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi DEVS det; & hoc | 251 |

ipsum

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | ipſum erat Sapientia, ſcire eius eſſet hoc donum: adii DOMINVM, & deprecatus ſum Illum, & dixi ex totis præcordiis meis. | | *quod ipſum erat Prudentia intelligere cuius hoc eſſet beneficium, adii* DOMINVM *eumque oraui, ac dixi toto corde meo,* | | SAPIENTIA ergo vera precibus & votis aſſiduis cęlitus eſt accerſenda. |
| 252 | DEVS patrum meorum, & DOMINE miſericordiæ, qui feciſti OMNIA VERBO tuo, | Sap 9. Verſ.1. | DEVS *patrum ac* DOMINE *Miſericordiæ, qui omnia creaſti Verbo tuo,* | 252 | ORATIO Salomonis pro Sapientia habenda. |
| 253 | Et SAPIENTIA tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturę, quæ à te facta eſt, | Verſ.2. | *Atque hominem tua Sapientia effeciſti, vt rebus abs te conditis dominaretur,* | 253 | |
| 254 | Vt diſponat orbem Terrarum in Æquitate & Iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet: | Verſ.3. | *Et adminiſtraret mundum in Sanctitate ac Iuſtitia, rectitudineque cordis iudicium exerceret:* | 254 | |
| 255 | Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem SAPIENTIAM, & noli me reprobare à pueris tuis: | Verſ.4. | *Da mihi aſſidentem thronis tuis* SAPIENTIAM, *& ne me numero ſeruorum tuorum ſummoueas.* | 255 | 3.Reg 3. v 9. |
| 256 | Quoniã ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum Iudicii & Legum. | Verſ.5. | *Quoniam ego ſeruus tuus ſum, ac filius ancillæ tuæ, homo imbecillus, ac vitæ breuis, & minor quàm vt iudicium ac Leges poſſim intelligere.* | 256 | Pſal.115. v.16. |
| 257 | Et ſi quis conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit SAPIENTIA tua, in nihilum computabitur. | Verſ 6. | *Nam etiamſi quis fuerit perfectus inter filios hominum, tamen ſi Sapientiá abſit tua, nihili æſtimabitur.* | 257 | |
| 258 | Tu elegiſti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuarum, & filiarum: | Verſ.7. | *Tu me elegiſti regem populi tui, & iudicem filiorum tuorum, ac filiarum.* | 258 | 1 Paral. 28. v.5. 2. Paral.1,9. |
| 259 | Et dixiſti me ædificare Templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ad ſimilitudi- | Verſ 8. | *Juſſiſti me ædificare Templum in monte ſancto tuo, & in vrbe habitationis tuæ altare inſtar tabernaculi ſancti,* | 259 | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | *quod præparasti ab initio.* | | nem Tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio. | |
| 260 | *At tecum est Sapientia, quæ tua nouit opera, quæque tunc affuit cum Mundum efficeres, quæ scit quid in oculis tuis gratum sit, ac rectum in præceptis tuis.* | Vers. 9. | Et tecum SAPIENTIA, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum fingeres, & sciebat quod esset placitũ oculis tuis, & quid directum in præceptis. | 260 |
| 261 | *Hanc demitte è Cælis sanctis, atque à solio gloriæ tuæ eam mitte, vt præsens mecum laboret, atque intelligam quid acceptum sit apud te.* | Vers. 10. | Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede Magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecum LABORET, vt sciam quid acceptum sit apud TE. | 261 |
| 262 | *Nouit enim ac intelligit omnia, ac me deducet in actionibus meis moderatè, atque in gloria sua custodiet.* | Vers. 11. | Scit enim illa OMNIA & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia. | 262 |
| 263 | *Et erunt accepta opera mea, ac rectè populum tuum diiudicabo, eroque dignus solio patris mei.* | Vers. 12. | Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium Patris mei. | 263 |
| 264 | *Quis enim homo consilium DEI intelligit? aut quid velit DEVS animo comprehendet?* | Vers. 13. | Quis enim hominũ poterit scire Consilium DEI? aut quis poterit cogitare quid velit DEVS? | 264 |
| 265 | *Nam cogitationes mortalium timidæ sunt, ac nostræ opiniones fallaces.* | Vers. 14. | Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. | 265 |
| 266 | *Corpus enim corruptioni obnoxium aggrauat animam, ac terrenum domicilium plenum curarum mentem deprimit.* | Vers. 15. | Corpus enim, quod corrũpitur, aggrauat Animam; & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantẽ. | 266 |
| 267 | *Ac vix quæ in terra sunt, coniectura assequimur, & quæ in manibus versantur, cum labore inuenimus, quis autem ea peruestigauit quæ sunt in cælis?* | Vers. 16. | Et difficile ęstimamus quę in terris sunt: & quæ in conspectũ sunt inuenimus cum labore, quæ autem in Cælis sunt, quis inuestigabit? | 267 |

Sensum

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 268 | Sensum autem tuum quis sciet, NISI TU DEDERIS SPIRITUM SANCTUM de ALTISSIMIS: | Vers.17. | *Consilium autem tuum quis nouit, nisi tu dederis SAPIENTIAM, ac de altissimis Spiritum sanctum tuum miseris?* | 268 |
| 269 | Et si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in Terris, & quæ tibi placent didicerint homines? | Vers.18. | *Nam ita viæ eorum qui Terram incolunt, directæ fuerunt, ac quæ tibi placent, didicerunt,* | 269 |
| 270 | Nam per SAPIENTIAM sanati sunt quicunque placuerūt tibi DOMINE à principio. | Vers.19. | *Et sunt SAPIENTIA conseruati.* | 270 |
| 271 | DUO (insuper) rogaui TE, ne deneges mihi antequam moriar, | Prou.30 Vers.7. | *Duo postulaui à te, ne prohibeas à me, antequam moriar,* | 271 |
| 272 | Vanitatem & verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victus mea necessaria. | Vers.8. | *Vanitatem & verbū mendax remoue à me: paupertatem & diuitias ne dederis mihi: ale me cibo qui conuenit mihi:* | 272 |
| 273 | Ne fortè satiatus illiciar ad negādum, & dicam, Quis est DOMINUS? aut egestate compulsus, furer, & periurem NOMEN DEI mei. Ecce. | Vers.9. | *Ne fortè satier, & abnegem, dicamq; quis est JEHOVAH? & ne fortè efficiar pauper, & furer, assumamque in vanum nomen DEI mei.* | 273 |
| 274 | Post INDUSTRIAM (hanc verò tandem) sequitur SAPIENTIA! | Eccl.10 Vers.10. | *At excellentia rectificationis est Sapientia.* | 274 |

Verùm tu DOCTRINÆ fili, qui, IEHOVÆ gratiâ, sic adeptus es SAPIENTIAM Eiusve DONA quædam singularia,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 275 | Da (quoque) Sapienti occasionem, & addetur ei SAPIENTIA: doce iustum, & festinabit accipere. | Prou.9. Vers.9. | *Da Sapienti increpationem, & sapientior erit: doce iustum, & addet doctrinam.* | 275 |
| 276 | In auribus (autem) insipientium ne loquaris: quia despicient Doctrinam eloquii tui. | Prou 23 Vers.9. | *In auribus stulti ne loquaris: quia condemnet prudentiam eloquiorum tuorum.* | 276 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 277 | *Exultando exultabit pater iusti: & generans sapientem, lætabitur in eo.* | Vers.24. | Exultat gaudio pater iusti: qui Sapientem genuit, lætabitur in eo. | 277 |
| 278 | *Auris, quæ audit increpationem vitæ, in medio Sapientum commorabitur.* | Prou.15. Vers.31. | Auris quæ audit increpationes vitę, in medio Sapientum commorabitur | 278 |
| 279 | *Qui negligit Disciplinam, spernit animam suam: sed qui audit increpationem, possidet cor.* | Vers.32. | Qui abiicit *Disciplinam*, despicit animam suam: qui autē acquiescit increpationibus, possessor est cordis. | 279 |
| 280 | *Paupertas & ignominia erit deserenti correctionem: sed qui custodit increpationem, honore afficietur.* | Prou.13. Vers.18. | Egestas & ignominia ei, qui deserit *Disciplinam*: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. | 280 |
| 281 | *Corripiens derisorem, accipit sibi ignominiam: & increpans impium, accipit maculam suam.* | Prou.9. Vers.7. | Qui enim erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit: & qui arguit impium, maculam sibi generat. | 281 |
| 282 | *Ne increpes igitur derisorem, ne fortè odio habeat te: increpa sapientem, & diliget te.* | Vers.8. | Noli arguere derisorem, ne oderit te, argue sapientem, & diliget te. | 282 |
| 283 | *Quærit derisor Sapientiam, & non inuenit: at scientia intelligenti est facilis inuentu.* | Prou.14 Vers.6. | Quærit (quidē) derisor SAPIENTIAM, & non inuenit: doctrina prudētium facilis. | 283 |
| 284 | *In conspectu intelligentis apparet SAPIENTIA: & oculi stulti sunt in extremo terræ.* | Prou.17 Vers.24. | In facie prudentis lucet SAPIENTIA; oculi stultorum in finibus Terræ. | 284 |
| 285 | *Etenim operibus suis cognoscitur puer, an mundum & an rectum sit opus eius.* | Pro.20. Vers.11. | Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. | 285 |
| 286 | *Qui ambulat fraudulenter, reuelat secretum: fidelis autem spiritus, celat rem.* | Prou.11. Vers.13. | Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. | 286 |
| 287 | *Qui reuelat secretum, incedit fraudulenter: & cum eo qui allicit labiis suis, ne misceas te.* | Pro.20. Vers.19. | Qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. | 287 |

Multi

288 Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis (facilè) inueniet?

Verſ. 6.

*Multitudo hominum prædicat vnuſcuiuſque miſericordiam: virum autem veracem quis inueniet?* 288

289 Ne (igitur) moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

Prou. 3. Verſ. 29.

*Ne cogites contra amicum tuum malum, quum ipſe habitet ſecurè tecum.* 289

290 Qui (enim) reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

Prou. 17 Verſ. 3.

*Eſt conflatorium argento, & camino, at probat corda* I E H O V A H. 290



# VI. GRADVS PROLOGETICVS SEXTVS.

291 V E N E R V N T mihi (Vir ſapiens atteſtatur) O N N I A B O N A, pariter cum (S A P I E N T I A) illa, & innumerabilis honeſtas per manus Illius.

Sap. 7. Verſ. 11.

*Acceſſerunt autem mihi bona ſimul omnia cum illa, diuitiæque per manus illius innumerabiles.* 291

292 Et lætatus ſum in omnibus: quoniam antecedebat me iſta S A P I E N T I A, & ignorabam, quoniam horum omnium mater eſt.

Verſ. 12.

*Lætatus autem ſum in omnibus, quoniam eorum author eſt Sapientia: ego verò ignorabam eorum ipſam eſſe matrem.* 292

293 Infinitus enim theſaurus eſt hominibus; quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt Amicitiæ D E I, propter D I S C I P L I N Æ dona commendati.

Verſ. 14.

*Inexhauſtus enim hominibus theſaurus eſt: quo qui ſunt vſi amicitiam cum* D E O *coierunt, propter dona diſciplinæ commendati.* 293

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 294 | *Mihi enim dedit* D E V S, *eorum quæ ſunt in Natura veram cognitionem, vt Mundi conſtitutionem, vimque Elementorum intelligam:* | Verſ. 17. | I P S E enim dedit mihi horum quæ ſunt S C I E N T I A M veram: vt ſciam diſpoſitionem orbis Terrarum, & virtutes Elementorum, | 294 |
| 295 | *Initium, exitum, mediumque temporis, ſolſtitiorum viciſſitudinem, ac tempeſtatum varietatem,* | Verſ. 18 | Initium & conſummationem & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & conſummationes temporum, | 295 |
| 296 | *Annorum circuitus, ac ſitus ſtellarum:* | Verſ. 19. | Morum mutationes, & diuiſiones temporũ, Anni curſus, & ſtellarũ diſpoſitiones, | 296 |
| 297 | *Naturas animalium iraſque beſtiarum, ventorum vim, & cogitationes hominum, differentias plantarum, radicumque facultas,* | Verſ. 20 | Naturas Animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, | 297 |
| 298 | *Omnia denique quæ ſunt recondita & aperta cognoui: nam omnium Artifex Sapiëntia me docuit.* | Verſ. 21. | Et quæcunque ſunt abſconſa & improuiſa didici. Omnium enim Artifex docuit me S A P I E N T I A. | 298 |
| 299 | *Quum autem vnica ſit, omnia poteſt: in ſeipſaque manens innouat omnia, ac ſingulas per ætates in ſanctas ſe transferens animas, amicos* D E I, *Prophetasque efficit.* | Verſ. 27. | Et cum (S A P I E N T I A) ſit vna, O M N I A poteſt: & in ſe permanens omnia innouat: & per nationes in Animas ſanctas ſe transfert, Amicos D E I & Prophetas conſtituit. | 299 |
| 300 | *Neminẽ enim diligit* D E V S, *niſi qui cum Sapientia conſuetudinem habeat.* | Verſ. 28. | Neminem enim diligit D E V S, niſi eum, qui cum S A P I E N T I A inhabitat. Et, | 300 |
| 301 | *Quum placuerint* J E H O V Æ *viæ viri, etiam inimicos eius pacatos reddit ei.* | Prou. 16 Verſ. 7. | Cum placuerint D O M I N O viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. | 301 |
| 302 | *Eſt enim perita Scientia* D E I, *atque ei initiata, eiuſque operum electrix.* | Sap. 8. Verſ. 4. | Doctrix (etiam) eſt D I S C I P L I N Æ D E I, & electrix operum illius. | 302 |

Et ſi

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 303 | Et ſi diuitiæ appetuntur in vita; quid SAPIENTIA locupletius, quæ operatur OMNIA? | Verſ. 5. | *Quod ſi diuitiarum eſt in vita poſſeſſio deſiderabilis: quid* SAPIENTIA, *omnia operante locupletius?* | 303 |
| 304 | Si autem ſenſus operatur: quis horum quæ ſunt: magis quàm illa eſt artifex? | Verſ. 6. | *Si autē Prudentia agit, atque opera efficit: quid illa in rerum natura artificioſius eſt?* | 304 |
| 305 | Et ſi IVSTITIAM quis diligit; labores huius magnas habent virtutes: Sobrietatem enim & PRVDENTIAM docet, & IVSTITIAM & VIRTVTEM, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. | Verſ. 7. | *Si verò* IVSTITIAM *quis diligit: labores huius virtutes ſunt: Temperantiam enim docet, & Prudentiam, Iuſtitiam ac Fortitudinem, quibus nihil eſt hominibus in vita vtilius.* | 305 |
| 306 | Et ſi multitudinem SCIENTIÆ deſiderat quis: ſcit præterita; & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonū, & diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & euentus tēporum & ſeculorum. | Verſ. 8. | *Præterea ſi quis multarum vſum rerum deſiderat, hæc antiqua nouit, & futura coniectat, ſermonum verſutias atque ænigmatum explicationes intelligit, ſigna & prodigia prænoſcit, euentuſque tempeſtatum ac temporum.* | 306 |
| 307 | Propoſui ergô HANC adducere mihi ad conuiuendum; ſciens quoniam mecum cōmunicabit de bonis, & erit allocutio tædii mei. | Verſ. 9. | *Itaque hanc decreui mihi ad vſum vitæ ac conſuetudinem adiungere, certò ſciens eam bonorum conſultricem mihi fore, curarumque ac moleſtiæ conſolatricem.* | 307 |
| 308 | Habebo propter HANC claritatem ad turbas, & honorē apud ſeniores iuuenis: | Verſ. 10. | *Gloriam in vulgus propter hanc adipiſcar, & honorem apud ſeniores iuuenis.* | 308 |
| 309 | Et acutus inueniar in iudicio, & in cōſpectu potentium admirabilis ero, Et facies principum mirabuntur me. | Verſ. 11. | *Acutus inueniar in iudicio, in conſpectuque potentum ero admirabilis.* | 309 |
| 310 | Tacentē me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient, | Verſ. 12. | *Me tacentem expectabunt, loquētemque attentè audient,* | 310 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *atque dum pluribus disseram, ori suo manus opponent.* | | & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. | |
| | 311 | *Propter hanc, immortalitatem obtinebo, ac reliquam memoriam posteris sempiternam.* | Vers. 13. | Præterea habebo per Hãc immortalitatem; & memoriam æternam his qui post me futuri sunt relinquam. | 311 |
| | 312 | *Populos gubernabo, nationesque mihi subditæ erunt.* | Vers. 14. | Disponam populos: & nationes mihi erũt subditæ. | 312 |
| | 313 | *Tyranni formidabiles quum audierint, me extimescent, in multitudine bonus videbor, in bello strenuus.* | Vers. 15. | Timebunt me audientes Reges horrendi; in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. | 313 |
| | 314 | *Hæc apud me reputans, summaque animi cura perpendens esse immortalitatem in cognatione Sapientiæ.* | Vers. 17. | Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cogitatione SAPIENTIÆ. | 314 |
| | 315 | *Et bonam in amicitia illius delectationem, diuitiasque inexhaustas in laboribus manuum eius, atque in congressione collocutioneque eiusdem prudentiam, atque in communicatione sermonum gloriam.* | Vers. 18. | Et in amicitia Illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ Illius SAPIENTIA, & præclaritas in communicatione sermonum IPSIVS. | 315 |
| SAPIENTIÆ laus. | 316 | *Beatus homo, qui inuenit Sapientiam, & homo qui producit in lucem intelligentiam:* | Prou. 3. Vers. 13. | Beatus homo qui inuenit SAPIENTIAM, & qui affluit PRVDENTIA. (Legitur &, effluit Prudentiam.) | 316 |
| | 317 | *Quia melior est negotiatio eius negotiatione argenti: & auro melior est prouentus eius.* | Vers. 14. | Melior est acquisitio Eius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus eius. | 317 |
| | 318 | *Pretiosior est margaritis, & omnia desiderabilia tua non æquantur ei.* | Vers. 15. | Pretiosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic nõ valent comparari. | 318 |
| | 319 | *Longitudo dierum in dexte-* | Vers. 16. | Longitudo dierũ in dexte- | 319 |

ra Eius,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ra Eius, & in sinistra Illius diuitiæ & gloria. | | *ra illius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* | |
| 320 | Viæ eius pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. | Vers.17. | *Viæ eius, viæ delectabiles: & omnes semitæ eius pax.* | 320 |
| 321 | Lignum VITÆ est his qui apprehenderint Eam: & qui tenuerit Eam, beatus. | Vers.18. | *Hæc lignum vitæ est apprehendentibus eam: & qui tenent eum beati.* | 321 |
| 322 | SAPIENTIA (etenim) aperuit os mutorum, & linguas infantium facit disertas. | Sap.10. Vers.21. | *Quoniam Sapientia os mutorum aperuit, linguasque infantium fecit disertas.* | 322 |
| 323 | Mecum (vlterius inquit SAPIENTIA ipsa) est CONSILIVM & ÆQVITAS, mea est PRVDENTIA, mea est FORTITVDO. | Prou.8. Vers.14. | *Penes me est consilium & Sapientia, Ego sum Intelligentia, mea est fortitudo.* | 323 |
| 324 | Per me Reges regnant, & Legum conditores iusta decernunt. | Vers.15. | *Per me Reges regnant, & Principes decernunt Justitiam.* | 324 |
| 325 | Per me Principes imperant, & potentes iusta decernunt. | Vers.16. | *Per me Principes dominantur, & principes & omnes iudices Terræ.* | 325 |
| 326 | Mecū sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. | Vers.18. | *Diuitiæ & gloria mecū sunt, substantia stabilis, & iustitia.* | 326 |
| 327 | Melior est fructus meus auro & lapide pretioso: & genimina mea argento electo. | Vers.19. | *Melior est fructus meus auro & obrizo: & prouentus meus argento electo.* | 327 |
| 328 | Vt ditē diligentes me, & thesauros eorum repleam. | Vers.21. | *Vt diligentes me hæreditare faciam esse perpetuum; & thesauros eorum repleam.* | 328 |
| 329 | Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à DOMINO. | Vers.35. | *Nam qui inueniet me, inuenit vitam: & haurit voluntatem à JEHOVAH.* | 329 |
| 330 | Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. | Vers.36. | *Qui autē peccat contra me, spernit animam suam: omnes qui odio habent me, diligunt mortem.* | 330 |
| 331 | Per me (verò) multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. | Prou.9. Vers.11. | *Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* | 331 |
| 332 | Fili mi, (iterum paternè admonet | Prou.3. Vers.21. | *Fili mi, ne recedant hæc ab o-* | 332 |

| Note | No. | Latin | Ref. | Latin | No. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *culis tuis: custodi Legem & cogitationem.* | | Sapiens noster) ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi LEGEM atque CONSILIVM. | |
| | 333 | *Et erunt vita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo.* | Vers. 22. | Et erit vita Animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. | 333 |
| | 334 | *Tunc intelliges Iustitiam, & iudicium, & rectitudines, & omnem semitam bonam.* | Prou. 2. Vers. 9. | Tunc intelliges *Iustitiam* & *Iudicium*, & *Æquitatem*, & omnem semitam bonam. | 334 |
| | 335 | *Tunc ambulabis cum fiducia viam tuam, & pes tuus non impinget.* | Prou 3. Vers. 23. | Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus nō impinget. | 335 |
| | 336 | *Si accubueris, non timebis: quum quiesces, suauis erit somnus tuus.* | Vers. 24. | Si dormieris, nō timebis; quiesces, suauis erit somnus tuus. | 336 |
| | 337 | *Non timebis à pauore repentino, & à desolatione impiorum quum venerit.* | Vers. 25 | Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. | 337 |
| | 338 | *Quia IEHOVAH erit fiducia tua, & custodiet pedem tuum à captione.* | Vers. 26. | DOMINVS enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. | 338 |
| | 339 | *Cultores suos Sapientia arumnis liberauit.* | Sap. 10. Vers. 9. | SAPIENTIA hos, qui se obseruarūt, à doloribus liberauit. | 339 |
| Tob. 4, 7. Luc. 14, 13. | 340 | *Honora IEHOVAM de diuitiis tuis, & de primitiis omnium prouentuum tuorum.* | Prou 3. Vers. 9. | Honora (ergò) DOMINVM, de tua substātia, & de primitiis omnium frugū tuarum. | 340 |
| | 341 | *Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino nouo torcularia tua sese rumpent.* | Vers. 10. | Et implebuntur horrea tua, & vino torcularia tua redundabunt. | 341 |
| Propriis laborib vult nos viuere, eosque aliis impertiri. | 342 | *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei tui.* | Prou. 5. Vers. 15. | Bibe aquā de cisterna tua, & fluenta putei tui. | 342 |
| | 343 | *Deriuentur fōtes tui foràs, & in plateis & aquas tuas diuide.* | Vers. 16. | Dispergant sese fontes tui foras: in plateis, riui aquarū. | 343 |
| | 344 | *Sint tibi soli, & non alienis tecum.* | Vers. 17. | Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. | 344 |
| | 345 | *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus: nec radix Prudentiæ decidit.* | Sap. 3. Vers. 15. | Bonorum enim (enim) laborum gloriosus est fructus, & quæ non condidit radix SAPIENTIÆ. | 345 |

VII. GRA-

VII.

# GRADVS PROLOGETICVS SEPTIMVS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 346 | Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. | Prou. 4. Verſ. 14. | *Per ſemitam impiorum ne ingrediaris: & ne ingrediaris in via malorum:* | 346 |
| 347 | Fuge ab ea, nec tranſeas per illã; declina & deſere eã. | Verſ. 15. | *Deſere eam, ne tranſeas per eam; declina ab illa, & tranſi:* | 347 |
| 348 | Eſt (enim) via, quæ videtur homini recta; & nouiſſima eius deducunt ad mortem. | Prou. 14 Verſ. 12. | *Eſt via recta coram viro: & exitus eius, viæ mortis:* | 348 |
| 349 | Iuſtorũ autẽ ſemita quaſi Lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectã diem. | Prou. 4. Verſ. 18. | *Semita autem iuſtorum veluti lux luciferi: progreditur & illuminatur vſq; ad perfectum diem.* | 349 |
| 350 | Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. | Verſ. 19. | *Via autem impiorũ ſicut caligo: neſciunt in quid impingant.* | 350 |
| 351 | SENECTVS (quidem) venerabilis eſt, non (tamen) diuturna; neq; annotũ numero cõpulata. Canities autẽ ſunt ſenſus hominis. Verſ. 9. Et ætas ſenectutis vita immaculata. Prou. 16. ℣. 31. Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis IVSTITIÆ reperitur. | Sap 4. | *Honorata enim eſt ſenectus, non diuturnam adepta vitam, neque numero annorum definita: verſ. 9 Sed canities hominibus Prudentia eſt, & ætas ſenectutis vita nulla labe maculat. Prou. 16. verſ. 31. Corona gloriæ eſt canities: in via iuſtitiæ inuenietur.* | 351 |
| 352 | Prouerbiũ eſt, Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Ib. 27. ℣. 22. Si contuderis ſtultũ in pila quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. Siquidẽ Eccleſ. 1. ℣. 15. Peruerſi difficilè corrigantur, & ſtultorum infinitus ſit numerus. | Prou. 22 Verſ. 6. | *Imbue puerum iuxta viam ſuam: etiam quum ſenuerit, non recedet ab ea. Ibid. 27. v. 22. At ſi contuderis ſtultum in mortario in medio triticorum contuſorum piſtillo, non recedet ab eo ſtultitia eius. Siquidem Eccleſ. 1. v. 15. peruerſum non poteſt dirigi, & defectus non poteſt numerari.* | 352 |
| 353 | Illuſor nõ audit eũ arguit. | Prou 13. Verſ. 1. | *Deriſor non audit increpationem.* | 353 |
| 354 | Reſponde igitur ſtulto | Prou. 26 Verſ. 5. | *Reſponde ſtulto ſecundum* | 354 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | *ſtultitiam ſuam, ne fortè ſit ſapiens in oculis ſuis.* | | iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. | |
| 355 | *Occurrere vrſæ orbatæ, ſatius eſt viro, quàm ſtulto in ſtultitia ſua.* | Pro. 17. Verſ. 12 | Expedit (certè) magis vrſæ occurrere fœtibus raptis, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. | 355 |
| 356 | *Via ſtulti recta eſt in oculis eius: & qui obtemperat conſilio, ſapiens eſt.* | Prou. 12. Verſ. 15. | Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. | 356 |
| 357 | *Qui increpat hominem retrocedentem, gratiam inueniet magis quàm is qui blanditur lingua.* | Prou. 28 Verſ. 23. | Qui (iuſtè) corripit hominem, (meritò) gratiā (quandoque) poſtea inueniet apud eū magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. | 357 |
| 358 | *Vir increpatus qui indurat ceruicem, repente contèretur, nec erit illi ſanitas.* | Prou. 29 Verſ. 1. | Viro, qui corripientē dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interit*, & eum ſanitas nō ſequetur. | 358 |
| 359 | *Qui ambulat in rectitudine ſua timet* JEHOVAM; *ſed peruertēs vias ſuas, deſpicit eū.* | Prou. 14 Verſ. 2. | Ambulās recto itinere, & timens DEVM, deſpicitur ab eo qui infami graditur via. | 359 |
| 60 | *Abominatio iuſtorū eſt vir iniquus: abominatio autem impii eſt rectus via.* | Pro. 29. Verſ. 27. | Abominantur iuſti virum impiū: & abominātur impii eos, qui in recta ſunt via. (Sed) | 360 |
| 361 | *Perfectio rectorum deducit eos: peruerſitas autem præuaricatorum perdit eos.* | Prou. 11. Verſ. 3. | Simplicitas iuſtorum diriget eos: & ſupplātatio peruerſorum vaſtabit illos. | 361 |
| 362 | *Fortitudo perfecto eſt via* JEHOVÆ: *& pauor operantibus iniquitatem.* | Prou. 10 Verſ. 29. | Fortitudo ſimplicis via DOMINI: & pauor illis, qui operantur malum. | 362 |
| 63 | *Timor hominis ponit laqueum, & qui fidit* JEHOVÆ, *exaltabitur.* | Prou. 29 Verſ. 25 | Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in DOMINO, ſubleuabitur. | 363 |
| 364 | *Omnis ſermo* DEI *velut igne purgatus, clypeus eſt ſperantibus in ſe.* | Prou. 30 Verſ. 5. | Omnis (enim) ſermo DEI ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe: | 364 |
| 365 | *Ne addas verbis eius, ne fortè increpet te, & mendax deprehenderis.* | Verſ. 6. | Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniariſque mendax. | 365 |

INTERPRE-



# INTERPRETATIONES & ANNOTATIONES

*HENRICI KHUNRATH LIPS. THEOSOPHIÆ amatoris fidelis, & MEDICINÆ utriusque DOCTORIS.*

Quibus TEXTUS PROLOGI præcedentis, non solùm à Verborum, quod quidem per alios sufficienter factum, verum potiùs à RERUM, in Theosophicis sublimioribus, obscuritate, quod hactenus per neminem ITA præstitum, (demonstra, quæso, nasute, contrarium!) veritatis Theosophicæ normâ Catholica triunâ, (quæ est SSª. Scriptura Biblica; Liber Naturæ macrocosmicus; & Testimonium Conscientiæ in microcosmo:) IEHOVAH auxiliante triuno, seculo demum hoc igneo, & orthodoxè & summoperè necessariò vindicatur.





# I
# GRADVS
## PROLOGETICVS PRIMVS EXPOSITVS.



*Hic inferatur figura Gradus primi.*

NOVA

NOVA PROVERBIORVM ex Hebræo; SAPIENTIÆ ex Græco TRALATIO.

VERSIO vetus, seu vulgaris.

# LOCA
## SS^æ. SCRIPTVRÆ.

1 AVDI, fili mi, inquit, SALOMON, filius DAVID, Prophetæ & Regis ISRAEL, Rex Sapiens; SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, solius veræ præco magnificus; omniūque longè spectabilis; AVDI, fili mi, inquit, PARABOLAS meas, ad sciendum SAPIENTIAM & ERVDITIONEM, ad intelligendum eloquia INTELLIGENTIÆ,

Prouer. vers. 1.

Ibidem vers. 2.

1 *AVDI, fili & mi, inquit SALOMON, filius DAVID, Prophetæ & Regis ISRAEL in Ierusalem, Rex Sapiens; SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, solius veræ, præco magnificus, omniumque longe spectabilis, AVDI, fili mi, inquit, parabolas meas & ad sciendam SAPIENTIAM & DISCIPLINAM, ad intelligenda verba PRVDENTIÆ.*

SOLOMON SAPIENTIÆ DIVINÆ oraculum.

VIS, VSVS & FRVCTVS studii SAPIENTIÆ veræ.

Sequuntur Prologi EXPLICATIONES.

AVDI] Auribus tam rationis, intellectus & mentis, quam sensuum siuè corporis: ne in numero reperiaris istorum, qui aures habent & non audiunt, oculos & non vident, quos surdastros, mutos ac cæcos reddidit princeps Mundi huius immundi malitiosa superbia cæcus. *Fili*] Filius perinde est Hebræis, atque Latinis HOMO, siue VIR: hinc, cum Rex sapiens alloquatur omnes, voce hac Catholica vtitur. Vocat enim SAPIENTIA omnes, Prou. 8, vers. 4. & 9, 4. Hæc incarnata dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: ego reficiam vos. κατ' ἐξοχὴν*, hoc est, secundum præstantiam, Filius, puta, DOCTRINÆ, & DISCIPLINÆ, SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, hæres fidelis dilectus intelligitur. *Præco magnificus*] Quia Rex, Regis filius, & à IEHOVAH IPSO, SAPIENTIÆ DIVINO SPIRITV, (3. Reg. 3.) illuminatus, doctus ac ductus. Cui, vt experto, nec non à SOPHIA SVPERCELESTI in hunc vsum, sapienter electo; constitutoq;, maximè credendum. *Ad sciendam* SAPIENTIAM, &c.] Omnia hæc, quorum hoc loco fit enumeratio, Bona &

Dona ſunt D E I Miſericordis atque Benigni, qui ex mera Bonitate ſua per S A P I E N T I Æ Spiritum ſanctum, ſuis diuerſimodè, hoc eſt, vel mediatè, vel immediatè, largitur, pro tempore & loco (ſecundum quod viderit conferre ad gloriam nominis ſui diuini, & prodeſſe illis proximoque eorum, quibus diſtribuit aut dono dat) diuerſis. Nec vni dat cuncta D E V S; Doctrinæ filiis, hoc eſt, fidelioribus & dexteritate præditis debita, certisq́; quibuſdam electis, (qui pauciores) meliora, ſecretiora, certa & ſelectiora vt conueniunt, ita communicantur. Vnde Lilium, de Lapide Philm. verba faciens, *Si*, inquit, D E V S *sciret in homine mentem fidelem, vtique ei veritatem intimaret*. Sis ergò in Timore D E I (indutis veſtimentis Chriſtiano-Cabaliſticis D E C E M, figura Amphit. huius ſecunda annotatis) totus reiiciendo Binarium, & Ternarium per Quaternarium ad Monadis ſimplicitatem, pro viribus Diuinitus conceſſis, reducendo, quærens Regnum D E I & Iuſtitiam eius ex toto corde, totâ animâ, totis viribus, totâ mente, aut quærere ſaltem Theoſophicè ſtudens; nō reſpuit I E H O V A H tuum velle: quia in bonis (inſtinctu optimi) benè voluiſſe ſat eſt. *Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur vltrà: Cumq́; deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.* Gott gefält der gehorſam wol. Nec ſolet D E V S, teſte D. Paullo, extinguere ellychnium candens. Si ſcopus tibi gloria D E I, & phy diaboli; proderitque tibi & proximo tuo, (eſt enim cur, cui, quando & quantum) aſcendēdo per Scalam Coniunctionis & Vnionis, necnon deſcendendo per Gradus Decem Cognitionis, à I E H O V A H quod petis, Orando & Laborando, feliciter impetrabis; imò ad cognitionem O M N I V M, quæ ſunt verè, aut ſenſu, aut ſcientia, aut fide, ab imò ad ſummum aſcendere poteris. Faciet enim D O M I N V S (nihil certius) voluntatem tuam, qui times eum, Pſal. 145, 19, vide verſſ. 169. & 334. Secedat igitur à te dubitatio (conceptus diaboli in te) omnis: Sapienter adlaborans crede D E O & in D E V M, fiducia firma, non hæſitans fide, inuenies, quod quæris; dabitur tibi; accipies; fiet. O beſtiam incredulitatem! Ora D E V M, vt augeat tibi fidem. Fides D E I Donum. Hanc à me ne auferas, obſecto Domine!

2 ☞ Et ſuſcipiendam E R V D I T I O N E M D O C T R I N Æ, I V S T I T I A M, & I V D I C I V M & Æ Q V I T A T E M:

Ibid. verſ. 3.

*Ad ſuſcipiendum* E R V D I T I O N E M  I N T E L L I G E N T I Æ; I V S T I T I A M, & I V D I C I V M & R E C T I T V D I N E S: 2

*Et ſuſcipiendam*] Eruditio, quæ Diuinitùs contingit, magna ſolertia, cæleſti & ſancto deſiderio amplectenda venit. Notanda etiam hîc eſt erudita Intelligentia; non vulgaris illa, communis & cuiuis obuia; ſed quæ cæleſtem eruditionem ſapiat, Theologicam, macro & microcoſmicam. Hanc diſtribuit in *Iuſtitiam*, quæ animam hominis concernit; in *Iudicium*, quod corpus; in *Rectitudinem*, quæ ſpiritum, mores, & cuiuſque officium ac vocationem conformat: vt ſanctè agat in diuinis, iuſtè in humanis, rectè in propriis, erga Deum, homines, ac ſeipſum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 3 | Vt detur paruulis astutia, adolescenti SCIENTIA & INTELLECTVS. | Vers. 4. | *Ad dandum simplicibus calliditatem, puero* SCIENTIAM *&* COGITATIONEM. | 3 |

*Vt detur paruulis* ] Paruulos hîc vocat (quemadmodum & vers. 39.) simplices, qui se consiliis suis expedire non possunt, proinde auxilium expectant à DOMINO & Adiutrice DEI SAPIENTIA; qui non apud semetipsos sunt prudentes, Prouerb. 3, 7. vt sunt sapientes huius seculi, Roman. 12, 16. his enim abscondit DEVS Sapientiam suam: quo nomine Saluator noster Patri suo cælesti agit gratias. Matth. 11, 25. *Paruulis*, inquit, *reuelasti hæc.* *Astutia* ] Astutia hîc significat circumspectionem & cautionem, ne dolis mundi capiamur & seducamur: sed vt simus prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Matth. 10, 16. hoc est, (quemadmodum interpretatur D. Paullus Roman. 16, 19.) *sapientes in bono, simplices in malo.* Intelligite igitur, ô paruuli, Astutiam, & insipientes animaduertite. *Scientiam*, &c.] Scientia & cogitationes hîc coniunguntur, vt discamus meditari, meditando inuestigare scientiam, inuestigando precari DEVM, & precando laborare.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 4 | Audiet Sapiens, & addet Doctrinam, & intelligens, consilia possidebit. | Vers. 5. | *Audiens Sapiens, & sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.* | 4 |

*Sapientior erit* ] Vt enim dies posterior, præceptor est prioris; sic sapiens sapientis. Sunt gradus inter Doctrinæ filios; vnus præcellit alium: nullus tamen horum contemnendus. *Laudato ingentia rura, exigua colito*; rectè monuit Virgilius. Quasi diceret Solomon: Intelligentiâ præditus, seruans mandata mea, artes nō solum vulgares, sed & secretiores ac reconditiores artes acquiret, sicque sapientior erit: & tum, iudicio, sapientiâ experientiaque confirmatus, pollens, ingeniosa de die in diem consilia subtiliaque inuenta; in quouis scibili, Theosophicè consequetur. Qui autem SAPIENTIÆ operam dant, accipere EAM oportet, à Sapientiori, à SAPIENTISSIMO DEO; Orando TheoSophicè, & PhysicoChemicè Laborando. *Consilium* ] Est ratio rerum agendarum, respiciens semper ad DEVM, ad Hominem, ad seipsum. Hoc Diuinitus Orando accipitur, vt salutaris exitus sequatur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 5 | Animaduertet parabolas & interpretationem, verba Sapientum & ægnigmata eorum. | Vers. 6. | *Ad intelligendum parabolam, & elocutionem, verba Sapientum, & ænigmata eorum.* | 5 |

*Parabolas* ] Sermones occultos plenos mysteriorum & rerum absconditarum nemo intelliget, nisi SAPIENTIA DEI reuelante.

Talibus tentasſeRegina Sabæa Solomonem legitur. Has Diuinitùs edocti fuerunt Ioſeph Patriarcha,& Regius Propheta Dauid: talia multa habent Prophetæ & Apocalypſis Iohannis: hiſce celebres fuerunt Ægyptii, qui myſteria ſua hieroglyphicis notis occultarunt. Hinc imagines illæ myſticæ, quibus Magi Myſteria Diuina, Theologica, Politica, Naturalia, & reconditam rerum naturam, admirando artificio, depinxerunt. Hinc illa, Tabulæ Smaragdinæ Hermeticæ, ænigmata, & inſignes lapidis Philoſophorum picturæ. Diſce hîc (qui ſitis veritatis nectar,ex Sapientum inuolucris) viam ac methodum perueniendi ad intellectum ænigmatum, parabolarum, allegoriarum, myſticorumque ſermonum, veterum Sapientum, in Cabaliſticis, Magicis, Chemicis; OMNIBVS. Si SAPIENTIAM ſororem habes; & PRVDENTIAM, amicam, (vt eſt verſ.106.) Theoſophicè intelliges ac diſces OMNIA. *Interpretationem.*] Menſuram, vt loquuntur Hebræi, & pondus verbi. Huc pertinet Cabaliſtarum Gimetria; *Temosrasche*; & *Neoteriken*. Siuè, (vt Ioannes à Dee Londinenſis exprimit, in ſuis ad Pariſienſes Aphoriſmis, & in Præfatione ad Regem Maximilianum Monadi Hieroglyphicæ præfixâ) Geometria, *Notariacon* & *Tzyruph*. Et hanc quidem ex ſignatura vocat *Cabalam Realem*, ſiue τῶν ὄντων; illam autem vulgarem, *Cabaliſticam Grammaticam*, ſiuè τῶν λεγομένων; quæ notiſſimis literis, ab homine ſcriptibilibus inſiſtit. Huc apponere lubet verſus quos ante annos viginti ſeptem, vir Clariſſimus Iohannes Olearius Theologiæ Doctor, & Linguæ Hebraicæ in Illuſtri Academia Iulia Profeſſor, in laudem Cabalæ, ad Paulum à Pragâ ſcripſit:

*Nullus apex, nullum de lege peribit Iota,*
*Nulla Prophetali litera ſcripta ſtylo.*
*Autor id aſſeruit Chriſtus. Quis credere poſſet*
*Exiguis tantum pondus ineſſe notis:*
*Aſpice Chriſtigena Rabbi, de nomine IESV*
*Fontibus Hebræis eruta; certius eris.*
*Nil equidem tota reperiri crede Cabala*
*Pulchrius: aut animis hoc mage dulce piis.*
*Ergò faue ſancto ſtudio, & myſteria plura*
*Offerat vt Chriſto Paullus hic, adde preces.*

6 Audi, fili mi, & ſuſcipe eloquia mea, & ☞ multiplicabantur tibi anni vitæ. | Prou. verſ. 10. | *Audi, fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.* 6

*Multiplicabuntur.*] Mediante PHYSICOCHEMIA, (quæ SAPIENTIÆ veræ, in hoc ſeculo, pediſſequa eſt fidelis, & virgo quaſi cubicularis à ſecretis naturalibus) filio Diſciplinæ induſtrio, DOMINA benignè largitur Vegetabilium, Animalium, partiumque eorundem, Mineralium, Lapidum, Gemmarum, Margaritarum, & Metallorum eſſentias pretioſas, ſubtilitateſque ſalutariter efficaciſſimas: imò & LAPIDEM PHILOSOPHORVM reſtaurationis ac conſeruationis noſtræ veriſſimam Medicinam Catholicam: ex quorum vſu legitimè Medico longitudo dierum. Prou. 3, 2. Et cap. 9. v. 11.

☞ Viam

7 ☞ Viam SAPIENTIÆ mõstrabo tibi, ducam te per semitas ÆQVITATIS.

Vers. 11.

*Per viam SAPIENTIÆ docui te incedere: calcare feci te semitas rectas.* 7

*Viam* SAPIENTIÆ] Via SAPIENTIÆ Regia est TIMOR DOMINI, qua itur ad astra Diuinitatis. Semitæ Æquitatis sunt LEGES atque MANDATA VERBI DIVINI. Hæc lux & lucerna Menti, Spiritui ac Corpori, ad BONVM HOMINIS (DEI DONVM) ter triunum, catholicon, SVMMVM, de quo in Amphitheatro agitur hoc, feliciter adipiscendum. Felix, terque quaterque felix, rectâ incedens.

8 Quum ambulaueris, non artabitur gressus tuus: & si cucurreris, non impinges.

Vers. 12

*Quas cũ ingressus fueris, non artabũtur gressus tui, & ☞ currẽs ☞ nõ habebis offendiculum.* 8

*Currens.*] In stadio siue curriculo totius vitæ tuæ; tam actiuæ, quàm contemplatiuæ. *Non habebis*, &c.] Nec seducêris, per philosophiam & inanem fallaciam, à veritatis Theosophicæ centro, ad lubricam sophismatum mundanorum mendaciorumvè diabolicorum circumferentiam. In centro, veritas: in circumferentia mendacium. Centralis esse studeto; nam: *Medio tutissimus ibis.*

9 Quando filius fui patri meo tener, & vnicus inter filios matris meæ.

Ibid. Vers. 3.

*Nam & Ego filius fui patris mei, ☞ tenellus & vnigenitus coram matre mea:* 9

*Tenellus*] Etiam pueros, tenellos, iuuenes, ab ineunte statim ætate, instituendos, educandosque in SAPIENTIÆ VERÆ DISCIPLINA, exemplum atque mandatum huius loci clarè docent. Omnesne? Vtinam: sed nõ ex quouis ligno Mercurius fingitur: & ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν, hoc est, *Lignum prauum, haud vnquam rectum*: quod hemistichium apud Galenum legitur. Quosnam igitur quæso? Eximii ingenii indole præditos, sicuti est vers. 249. bonamque animam sortitos. Non expectanda cum iis senectus annorum. Nam, vt verè inquit Horat. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.* Adeò *à teneris assuescere multum.* Prouerbium est, inquit Sapiens, Prouerb. 22,6. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Possunt enim, nisi in tempore adhibeatur institutio, etiam deprauati & seduci indoles bonæ. Admonetur quòque iuuentus, vt exemplo Regis, cum tenelli sint, obœdientes atque morigeri sint parentibus, & parentum loco præceptoribus fidelibus.

10 ☞ Sum quidẽ & Ego mortalis homo, ☞ similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in vẽtre matris figuratus sum caro.

Sap. 7. Vers. 1.

*Sum quidem & Ego mortalis homo, similis omnibus, atque ab homine, qui primus ex terra formatus est, procreatus.* 10

Eadem in vitâ introitus & exitus omniũ hominum cõditio,

Sum

*Sum quidem & Ego mortalis homo.*] Diceret aliquis; quid DEVS reuelaret mysteria sua; quid communicaret Naturæ secreta mihi? Mihine? Quis ego sum? nonne peccator, atque ob id mortalis? &, per consequens, tantis DEI Bonis atque Donis, hoc est, thesauris SAPIENTIÆ Æternæ infinitis, quorum in hoc Prologo fit mentio, indignus. Fateor quidem, respondeo, talibus, quod sim indignus, attamen indigus. Audi Regem Sapientem, qui nondum perfectè ambulans in præceptis Dauidis patris sui, (immolabat enim in excelsis, & accēdebat thymiama) tamē in vnius noctis somnio, omnium superiorum & inferiorum Sapientia repletus est à DEO. 3. Reg. 3. Simul atque rerum gerendarum prudentia, adeo, vt nullus ei par extiterit: Sum, inquit ille, & ego mortalis homo, similis omnibus, &c. Talis etiam (dicere pergo) fuit Bezeleel; impletus nihilominus Spiritu DEI. Sapientiâ, Intelligentiâ, & Scientiâ in omni opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri posset ex auro & argento, ære, marmore, gemmis, & diuersitate lignorum: cui datus socius Achaliab: & in corde omnis eruditi posita à DOMINO SAPIENTIA, vt facerent cuncta, quæ præcepit Moséh, Exod. 31. 3. Talis quoque Dauid, qui cum literas non didicerat, tamen vnctione Spiritus DEI, ex pastore effectus est Vates, & Diuinarum rerum Doctor præcipuus; quibus adeo suos compleuit Psalmos, vt omnes, quamuis exquisitissimi Poëtæ, ipsi longo cedant interuallo. Peccator erat, scortator, homicida: attamen iusti nomen non amittebat, quoties per pœnitētiam semper resurgebat. Helias, inquit Iacob. 5, 17. (obiectioni præsenti rēspectiuè occurrens) homo erat SIMILIS NOBIS (seipsum, quamuis Apostolus, minimè eximens cœtui communi) affectionibus obnoxius: & oratione orauit, vt non plueret super terram, & nō pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra fructum suum. Hæc ille. Instares obiiciendo: Noli, amice, te cōparare hisce; ad singularia organis istis singularibus singulariter DEVS est vsus: Vocationes considerans horum & tuam diuersas, diuersum ipse iudicabis. Est aliquid, respondeo, bone vir, quod dicis: & reuerà me deterruisset, nisi iam SAPIENTIÆ ipsius, quàm Sapientis obstarent tot, tales ac tantæ vocationes, inuitationes, admonitiones, adhortationes Catholicæ; imò comminationes, etiā sub pœna iræ Diuinæ grauissima, passim in hoc Prologo, me reuocarent: VERITATIS QVE Æternæ obstaret refocillaretq; Promissio Catholica; inuitans omnes, excludens neminem, toties repetita, paullò post annotata. Huic vni plus credo soli veraci, quam dubitationum tuarum plaustro fallaci. SAPIENTIAM igitur & Sapientem sapienter sequar vocantes, Diuinitus me ad Diuina patienda stimulantes. Cur memetipsum excludere, si non excludar à DEO? Iterum quis dubitaret: Iuuenis sum, dicens, nondum incanui. Oppono: DEVS non est acceptor personarum, &c. versf. 38, 184, 299. nec in sola multitudine annorum DEO grata consistit & docta senectus, sed, &c. vt vers. 351. Sit quoque solatio tibi atque exemplo iuuentus Ioseph, Dauidis, Solomonis, Danielis, Hieremiæ, Timothei, &c. aliorumque (etiam nostro seculo) innumerorum, non insipientium, thesaurorum SAPIENTIÆ inexhaustorum (DEI gratia) possessorum. Idem sit responsum ad obiectionem defectus vel carentiæ linguarum variarum, puta, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, &c. Solet enim DEVS excitare quoque

Sapientes

Sapientes & Doctores ex iis, qui solam & vnicam callent linguam maternam. Exempla in promptu sunt innumera, ex omni gente. IEHOVAH est, qui dat os & SAPIENTIAM, Exod. 4, 11. Matth. 10, 19. Marc. 13, 11. Luc. 12, 11, & 12. *Spiritus Domini locutus est per me*, inquit Dauid, 2. Sam. 23, 2. & sermo eius per linguam meã. Spiritu S. inspirati locuti sunt sancti DEI homines. 2. Pet. 1, 21. Non est, igitur, cur diffidas de gratia DEI, cuius misericordia ab æterno in æternum, super timentes eum, Psalm. 103, 17. Exceptiones istæ tam caluæ non possunt patrocinari pigritiæ ac diffidentiæ tuæ, versf. 216. & 324. Bone DEVS, quàm prolixum possem ab antiquis recensere catalogum (etiam Ethnicis non exclusis) Scientiarum & Artium inuentorum, inter quos pars maxima linguarum expers variarum; nostroque seculo Earum instauratorum & excultorum, omnium Diuinitus excitatorum Theosophiceq; doctorum & ductorum, nisi inhiberet calamũ Lex præfationis. Hi omnes, inquã, fuêre mortales, sicuti ego, tu, nos sumus; quin & peccatores. DEVM nos hodie habemus eundem, quem tum illi: Vnius eiusdemque ELOHIM Creatoris (ad cuius imaginem & similitudinem formati omnes) sumus fabrica: Eorundem, quorum illi, Spirituum bonorum vtimur (mittente eos DEO) ministerio, consolatione, defensione, custodia & directione viarum nostrarum: Eâdem in Mundo eodem fruimur Naturâ: Eadem quæ cæteris, vnius eiusdemque SAPIENTIÆ ÆTERNÆ in plenitudine temporis incarnatæ PROMISSIO veracissima, Catholica, & Nobis data. Quænam, dices, est illa, de qua tantopere gloriatis? cui tantum fidis? Probè respondeo: SAPIENTIA, quam incarnandam audisti & audies in Prologo hoc; eadem incarnata, ipsissima VERITAS, inquit Iohan. 14, 12. *Amen, Amen, dico vobis*, hoc est, Omnibus, cunctis, singulis, ac vniuersis; *qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet: quia ego ad Patrem vado.* Et, *quicquid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in filio. Si quid petieritis me in nomine* (vers. 17 4.) *meo, hoc faciam*. Matth. 17, 19. accesserunt discipuli ad IHESVM secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere dæmoniũ illud? dixit illis IHSVH, PROPTER INCREDVLITATEM VESTRAM. (Reuera & hodie!) *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, illuc: & transibit*, ET NIHIL IMPOSSIBILE ERIT VOBIS. *Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium*. Lucæ 17. 6. dixit DOMINVS: *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro: eradicare & transplantare in mare: & obediret vobis*. En habes. Clamemus igitur cum CHRISTI discipulis (ex eodem cap. v. 5.) ô DOMINE, adauge nobis fidem. Modo tu, qui Christo dedisti nomen, Theosophico exercitio didiceris, rogare Patrẽ in nomine IHSVH CHRISTI CRVCIFIXI, & CREDERE, poteris OMNIA. Vlterius instas, dubitator, inquiens: Dixit hæc Christus Apostolis tantum, sicut & illud, Marc. 16, 17. *Signa eos, qui in me crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia eiicient*, &c. Nõ igitur vniuersaliter pertinent ad omnes Ecclesiæ Catholicæ ministros (nedum Christianos) nec omni vel tempore, vel loco. Quæro Domine mi, nonne hæc quoque Apostolis? *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt*. Ioh. 20, 22. Et, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & ba*

*ptizatus fuerit*, &c. Marc. 16, 15. Maximè. Si igitur illa tantum Apostolis, cur non & hæc? si illa vos excludunt, cur hæc potius (quemadmodum dicitis) includunt? Mãdatum separatorium exhibete. Si promissiones de fidei virtute non sint Catholicæ, cur consolatoriè iis vtimini pro concione ad vniuersos? sin autem, cur ne dicam durius) fabulamini? ô capita sinistra! Cap. 11. Epist. ad Hebr. mecum est contra vos. Vereor, si rediret omnium Christianorum magister, ne incredulitatem & duritiẽ cordis egregiè vobis exprobraret; quia iis, quæ (Conscientiæ testimonio conuicti veritatis) scitis eum vobis quoq; dixisse, non credidistis. Non igitur desperet quisquam, de Bonis ac Donis SAPIENTIÆ Æternæ Theo-Sophicè adipiscendis: nõ est abbreuiata manus DOMINI omnibus in fide ac veritate inuocantibus eũ. Historiam claudi sanati per fidem, Act. 3. tibi commendo. Oculis nunc, mi frater, & Mente contemplare Amphitheatrum hoc nostrum totũ, in luce æterna te inuenire docebit Lucem veritatis OMNIS. At Spiritu SAPIENTIÆ illuminatũ esse oportet spectatorem, qui vult pertingere ad cẽtrum. Aliâs, hæc Diuinitus per nos Theosophica, nox erunt. Hoc addo: Blasphemum ẽst, primitiuâ suam pigritiam (vers. 93.) & diffidentiam non Christianam, giganticè velle excusare Ecclesiâ, miraculis confirmanda. VERITATIS habemus promissionem Catholicam, semel datam pro semper, Æternæ, quæ non deficit in æternum: incredulitas tua est (teste Christo Matth. 17, 20.) quæ Bonis ac Donis DEI mirificis obstat. DEI Opt. Max constans, firma ac rata semper fuit, est, & erit promissio, sigillo DEI (quod est EMES VERITAS, figura Amphitheatri huius prima) roborata atq; firmata: videas modò tu, ne malitia diffidentiaq; tua illius leuiter excutias aut impedias operationem atque effectum. Multi Theologorum (sic dictorum) multa è suggestis historicè blaterant de Fide; qui ne atomo virtutis fidei operosæ præsentiam effectu demonstrant. Negant isti (de bonis non loquor) vitã & factis, quod ore aiunt. Contrarium patrum, & nostra memoria factum à Theologis nõ contemnendis scio, scitis ipsi, sciunt ac testabuntur alii. Mira ac rara per Fidem operari ac impetrare debes, non pro Religionis Doctrina confirmanda, quam (etiã absq; tuo monitu) satis superq; confirmatam esse scio: sed (notes hoc velim) pro Fidei virtute (vt decet Fidelem, à Fide sic dictum) Charitatisq; officio in proximum egenum Christianè exercendo. Idcirco velim credat omnium nemo, quod ii sint verè Theologi, quantumcunq; senes, quantumcunq; prędıti contentiosa loquacitate, qui vitiorum quolibet genere fœdati, superbiâ, hypocrisi, auaritiâ, odio, inuidiâ, inebriatione, & sæpè (tectâ religione) luxuriâ, neglecto Fidei dono operosæ, mentisq; lumine, affectiones sequuntur animales. AXIOMA: *Quãtum quisque patitur Diuini, tantum habet & Fidei: quantum fidei, tantum mirificæ virtutis.* Fidem intelligo non mortuam illam, Iacob. 2. (quæ non magis Fides est, quam diabolus sanctus, aut homo mortuus, homo) sed viuam & operosam, qualis describitur 2. Pet. 1. SVMMA: Christianè crede; Theo-Sophicè viue; ieiunans Ora in Spiritu ac Veritate, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, DEVM testor, Sapienter collaborando, fiet. quod à IEHOVAH (in honorem sui, Proximi egeni, Tuiq; ipsius vtilitatem honestam, & phy diaboli) Christianè peris. Vide vers. 335. *Similis omnibus*] Ex Adam protoplasto, hoc est, primùm formato, qui comedit malum,

propagatus

propagatus terrigena, eadem conditione ac Lege, qua cæteri: Quapropter, Hodie Rex, cras cadauer. *Mors sceptra ligonibus aquat.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 11 | ☞Decem mensiū tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. | Vers. 2. | *In vtero matris caro decem mēsium tempore formatus sum, in sanguine cagulatus, ex semine viri ac voluptate somnum comitante.* | 11 | Iob 10. Vers. 10. |

*Decem mensium*, &c.] Vt plebeius, in vtero materno, cuius situs inter vesicam & intestina. Hinc exclamatio Realdi Columbi anatomici Romani: *ô homo quid inani fastu superbis, inter vrinam & stercora natus!* Considera, quæso, mi frater, quid sis, & superbire desines: nonne fœtor in exortu, bulla in omni vita, esca vermium in morte? Aliâs etiam in sacris homo vocatur *lutum*, Gen. 2, 7. Iob. 10, 9. *puluis*, Gen. 3, 19. *cinis*, Gen. 18, 27. *Quid ergo superbis terra & cinis?* Ecclesiast. 10, 9.

*Cum fimus & limus, cum fax turpissima simus:*
*Quare superbimus, nescimus quando perimus.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 12 | Quin etiam natus communem hausi aerem, atq; in terram iisdem incommodis malisque obnoxiam decidi, ac ☞primam vocem eandem quàm omnes, plorans emisi. | Vers. 3. | *Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & ☞ primam vocem similem omnibus, emisi plorans.* | 12 |

*Primam vocem.*] Quæ illa? fortassis A masculorum; E femellarum: quemadmodum annotauit Nobilis ab Eib, I. V. D. de coniugio agens; & affirmant quæ obseruarunt, obstetrices. *Plorans.*] Estque sic, (vt inquit Augustinus) propheta suæ calamitatis futuræ. Vnde Iob 13, 1. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Rationem addit Syracides cap. 40. Est enim, teste Seneca, *Vnius mali finis parasceue alterius.* Quod egregiè expertus Iob inquit cap. 7. vers. 3, & 4. *Habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam: quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad vesperam. Melior ergò est dies mortis, die natiuitatis.* Eccles. 7. 2.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 13 | In inuolumentis nutritus sum, & in curis magnis. | Vers. 4. | *In fasciis curisque sum educatus.* | 13 |
| 14 | ☞Nemo enim ex Regibus aliud habuit ☞Natiuitatis initium. | Vers. 5. | *Nullus enim Rex aliud nascendi initium habuit.* | 14 |

*Nemo ex Regibus,*] &c. Quare Petronius Arbiter: *Heu! Heu! quàm totus ho-*

*muncio nil est* ] *Initium habuit.* ] Ne vllam superbiendi causam haberet. Ex vna corrupta massa omnes sumus conflati.

Iob. 1, 21. 1. Timoth. 6, 7.

15 Vnus ergò introitus est omnibus ad vitam, & ☞ similis exitus.

Vers. 6.

*Sed vnus in vitam introitus est omnium, & idem exitus.* 15

*Similis exitus* ] Lex Catholica omnibus posita, semel mori. Hebr. 9, 27. *Calcanda omnibus via lethi:* Horat. 1. Carm. Rectè Cornelius Gallus:

*Omnibus est eadem lethi via, non tamen vnus*
*Est vita cunctis exitiiq; modus.*

Perpende propterea, mi frater, quàm sit hæc vita fumo fugacior, vmbrâ inanior. *Siquidem dies vitæ nostræ ceu vmbra fugiunt.* 1. Paral. 29, 15. Iob. 8, 9. & 14, 2. Psalm. 109, 23. & 144, 4. Eccles. 7, 1. Sap. 2, 5. & 5, 9. *Sicut fumus deficiunt.* Psalm. 102, 4. *velocius transeunt, quàm à texente tela succiditur.* Iob. 7, 6. *cursore velociores sunt.* Iob. 9, 25. *meditantur, sicut aranea.* Psal. 90, 9. *custodia sunt in nocte.* Psalm. 90, 4. & 6. *Vita nostra est ventus*, Iob. 7, 7. *vapor ad modicum parens, & postea exterminatur.* Iacob. 4, 14. *sicut nubes pertransit.* Psal. 7, 9. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri manè florens, & vespere decidens.* Esa. 40, 6 & 7. Iob. 14, 2. Psalm. 90, 4 & 6. Eccles. 14, 18. Hanc vitæ humanæ fragilitatem ex vna parte, ex altera verò infinitam Diuinæ maiestatis amplitudinem, considerans Propheta Regius, ad stuporem rapitur, & quasi attonitus in hanc erumpit vocem: *Quid est homo, quod memor es eius?* Psalm. 8, 5. Quod idem etiam Xerxi & duci strenuo & potentissimo Regi, cum aliquando de sublimi celsoq; loco infinitam hominum multitudinem & innumerabilem vidisset exercitum, lachrymas extorsit, eò quod nullus eorum, quos tunc cernebat, post centum annos superfuturus esset. Hanc ergo vitæ breuitatem bonitate & integritate compensâ, tu, qui Christianum te profiteris; nec quàm diu, sed quàm benè viuas, cogita. Et cum nihil certius sit morte, at nihil horâ mortis incertius, sanctè in Timore DEI viuendo, benè mori discito.

16 Et docebat Me (Pater meus,) atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, ☞ & viues.

Prou. 4. Vers. 4.

*Ipse docebat me, dicebatque mihi: Teneat eloquia mea cor tuum: custodi præcepta mea, & viues.* 16

*Et viues* ] Longæuus eris super terram, vitâque fruêris posthac in æternum, in Iobilæo vltimo. Ex verbo vitæ, vita promanat. Verbum DEI est Spiritus & vita: Ergò custos verbi viuifici, mercedèm habebit vitam.

Sapientiam eiusque fructum & viam quærendam præcipit.

17 ☞ Posside SAPIENTIAM, posside PRVDENTIAM: ne obliuiscaris; ☞ neque declines à verbis oris mei.

Vers. 5.

*Compara SAPIENTIAM, cōpara INTELLIGENTIAM: ne obliuiscaris, neque declines ab eloquiis oris mei.* 17

*Posside* SAPIENT. ] Neminem enim diligit DEVS, nisi qui cum SA-

PIENTIA inhabitat; aut consuetudinem cum ea habet, inquit Sapiens; vers. 300. *Ne declines.*] Qui ab eloquiis DEI discedit, nunquam ad DEVM ipsum, ad fontem SAPIENTIÆ accedere potest.

8 ☞ Ne dimittas Eam, & custodiet te: ☞ dilige Eam, & conseruabit te. | Vers. 6. | *Ne dimittas Eam, & custodiet te: dilige Eam, & conseruabit te:* 18

*Ne dimittas Eam.*] Nam qui dimittit SAPIENTIAM, ipsum SAPIENTIA iure vicissim dimittit: qui spernit eam, dignus est, vt ab eadem rursus spernatur. *Dilige illam.*] Dilige, & diligeris. Sapiens, quod obseruatione dignum, filium instituens ad SAPIENTIAM veram, tantum operæ sumit (passim in hoc prologo) in hortando ad SAPIENTIÆ amorem, quantum in docendo: quasi SAPIENTIAM amasse, propemodum præparasse sit. O vim magnam amoris! Amor in vera fide viuentis potest Omnia. vide vers. 230.

9 Principium SAPIENTIÆ, acquire igitur SAPIENTIAM, & ☞ omni substantia tua acquire INTELLIGENTIAM. | Vers. 7. | ☞ *Principium SAPIENTIÆ, posside SAPIENTIAM, & in omni possessione tua acquire PRVDENTIAM.* 19

*Principium* SAPIENTIÆ.] Prora & puppis consilii, in omni actione tua, theoretica & practica, sit Spiritus SAPIENTIÆ DEI, RVACH HHOCHMAH-EL, magni consilii Angelus. A Ioue, hoc est, IEHOVA, SAPIENTIA IPSISSIMA; Musa Musarum, Principium Musæ, etiam Ethnica sapienter dixit antiquitas. *Omni substantia.*] Bonis Corporis, Animi atque Fortunæ dictis, præ vniuersis quæ possides:* toto corde, tota animo, omnibus viribus, tota Mente, DEO eam inspirante ac dante. Vnde Sapiens vers. 251. *Adii* DOMINVM, *eumq; oraui, ac dixi ex toto corde meo.*

20 Exalta eam, & exaltabit te: glorificabit te quum amplexatus fueris eam: | Vers. 8. | *Arripe illam, &* ☞ *exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* 20

*Exaltabit te.*] Vt præsis, thesaurarius, gazophylacio eius: constituêt is enim thesaurorum ipsius (qui quales sint, ex sequentibus latius patebit) inexhaustorum hæres in hac vita, & possidebis Regnum perpetuum, Sabbatho Sabbathorum, in vltimo Iobilæo.

21 Dabit capiti tuo ☞ augmentũ gratiarũ, & ☞ corona inclyta proteget te. | Vers. 9. | *Dabit capiti tuo augmentum gratiæ, coronam decoris tradet tibi.* 21 Prouerb. 1. 9

*Augmenta gratiarum.*] Sertum gratiæ elegans. Laurea coronaberis gratiæ diuinæ, non tantum coram populo, sed & creatura vniuersa: scies enim præ multis aliis multa. Vide vers. 25. & 308. cum aliquot sequentibus.

Ornamentum gratiæ, Doctrinæ & Disciplinæ filiis, SAPIENTIA sui hæredibus fidelibus dilectis, nō solum sanctè in prologo hoc promittit, sed & realiter in vita vtraque præstat. *Corona inclyta.*] Honoris propter timorem DEI, qui fons est omnium virtutum. Seneca: *Nunquam stygiis mergitur vndis Inclyta Virtus.*

Disc. 22 O ☞ fili mi, ne obliuiscaris LEGIS meæ, & Præcepta mea cor tuum ☞ cūstodiat. | Prou. 3. Vers. 1. | *O, fili mi, LEGIS meæ ne obliuiscaris, & Præcepta mea custodiat cor tuum.*

*Fili*] Suauissimi filii nomen, paternum fideliter instituentis affectum indicat. *Custodiat*] Ne loco Legis meæ, spiritus malignus, impostor, fallax, occupet cor tuum, & sedem ibi figat.

Sapientia vera, eiusq; studium indefessum, annus vitæ & pacem aferūt. Deut. 8, 1. Et, 30, 16.

23 Quia longitudinem dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. | Vers. 2. | *Longitudinem enim dierum, & annos vitæ & ☞ pacem apponent tibi.*

*Pacem*] Vtramque: externam, temporalem & mundanam; vnde Sapiēs, (Prou. 16, 7.) cum placuerint DOMINO viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem: Et, internam, animi, æternam ac superc̨ęlestem, quam SAPIENTIA incarnata, vna & sola, dono dat, mundus dare non potest inmundus. Ad hanc perueniēdi vera ratio est, si cum nobismetipsis bellum geramus, tam corporale, quàm spirituale, externum & internum: si BINARIVM (vt est figura Amphitheatri huius secunda) Christianè reiicimus, quod est, cum vitiis nostris acriter depugnemus, eaque in SAPIENTIA vincamus. Cum ergô militia sit omnis vita nostra super terram, Iob. 7, 1. *milita bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam.* 1. Tim. 1, 18 & 19. Pugnæ huius spiritualis arma describit Paulus Ephes. 6, 13. & seqq. Vincet in hoc certamine, qui seipsum prius vicerit: nemo autē vincet, nisi qui est Israëlita. Vide vers. 320. IEHOVAM cum DAVIDE, Psalm. 144, 1. inuocemus, qui docet manus nostras ad prælium hoc, & digitos ad bellū erudiat, nobisque ad vincendum vires suppeditet, noxiam DVALITATIS bestiam. Vera pax animi in solo IHSVH CHRISTO, pace nostra consistit, ac in vera fide, quæ nititur merito Christi, Rom. 5, 1. Pax DEI, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda nostra & intelligentias nostras in Christo Iesu.

Misericordiæ & Veritatis inueniendi ratio.

24 ☞ Misericordia & Veritas te non deserēt: ☞ circūda eas gutturi tuo, & describe in ☞ tabulis cordis tui: | Vers. 3. | *Misericordia & Veritas ne deserant te, liga eas ad guttur tuum, scribe eas in tabula cordis tui:*

*Misericordia*, &c.] O hominem beatum, circumfusum Misericordia & Veritate diuina, in omnibus actionibus & laboribus suis! hic quæcunque vult, feliciter impetrat (*Orando & Laborando*) à IEHOVAH. In hisce vt sitis toti, moneo vos, qui quæritis SVMMVM BONVM. *Circunda eas*, &c.] sint Leges meæ semper in ore, corde, gutture, & lingua: præfige eas oculis,

tum

tum animi tum corporis, inque eis meditare, lege, ſtude, die ac nocte, tota vita. Eructet cor tuum verbum DOMINI, non diaboli. *In tabulis cordis tui* ] Quibus Lex Diuinitus inſcripta nobis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 25 | ☞ Et inuenies gratiam ac Diſciplinam coram DEO & hominibus. | Verſ. 4. | *Et inuenies gratiam & intellectum bonum in oculis DEI & hominum.* | 25 |

Gratia & ſucceſſus ante oculos DEI & hominũ, quomodo inueniendus.

*Inuenies gratiam,* &c. ] Vt virtus magna, placere magnis, hoc eſt, bonis; nam ſolum verè magnum, quod bonum: ſic maxima, placuiſſe opt. max. Vox audita de cælo, Matth. 3, 17. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacitum eſt. Hunc audite.* Hunc ſi audieris, Chriſtianéque (tanquam Archetypum) imitatus fueris, etiam tu filius eris DEI adoptiuus in filio genuino; dilectus in dilecto; Sapiens, in SAPIENTIA, placebis DEO, quoniam inhabitas cum SAPIENTIA, verſ. 300. eris amicus DEI, verſ. 293. & 299. inueniesq; gratiam, &c. vt eſt in textu. Vide verſ. 21. & 308. cum aliquot ſequentibus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 26 | Ne recedant ab oculis tuis, ſed cuſtodi ea (eloquia mea) in medio cordis tui: | Prou. 4 Verſ. 21. | *Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea (eloquia mea)* ☞ *in medio cordis tui.* | 26 |

Adhortatio ad cuſtodiã & contemplationem illius Doctrinæ, Legis vel Præceptorum.

*In medio cordis tui.* ] In extrema ac ſolitaria Mẽtis à ſenſibilib. ſeparatæ, in DEVM retractione; in profũdiſſ. ſuæ ſublimationis aut exaltationis receſſu, obſeruẽtur ante oculos tibi. Si.n. ex intimis cordis tui receſſerit, memoria & reuerentia DEI: ſuccedẽt phantaſiæ diabolicæ, carnales atq; mundanę.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 27 | Vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſuæ ſanitas. | Verſ. 22. | ☞ *Vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ* ☞ *carni ſanitas.* | 27 |

*Vita ſunt* ] Verba vitæ ſunt, prodeuntia è vitæ fonte, dantia vitam. Sciunt hoc non niſi experti. Turba Leuitarum dulcedinem vitæ non guſtauit, nec guſtabit vnquam. Oret DEVM omnis homo, vt ſui miſereatur, ſeque recipiat in numerum SAPIENTIÆ filiorum; fruaturque vita, DEO. *Carni ſanitas.* ] Caro noſtra, affectibus, deſideriis & concupiſcentiis carnalibus ſeu putidis, ac purulentis vulneribus lethaliter (proh dolor!) vulnerata, non niſi per viuum DEI verbum cuncta viuificans ſanari poteſt. Quod fit, reiectione Binarii, vt eſt in figura Amphitheatri huius ſecunda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 28 | ☞ Cum ambulaueris, gradiantur tecum, cum dormieris, cuſtodiant te, & ☞ euigilans loquere cum eis. | Prou. 6. Verſ. 22. | *Quum deambulaueris, deducet (illa Doctrina Legis vel Præceptorum) te: quum dormieris, cuſtodiet te, & quum expergefactus fueris, ipſa colloquetur tecum.* | 28 |

*Cum ambulaueris,* &c. ] Vbiuis locorum; omni tẽpore, die, ad Lampadem Solarem, nocte etiam ad Lunarem, aut artificioſè ardentem, in LEGE & VERBO DOMINI, Biblicè, Macro & Micro-Coſmicè tradita & ſcripto meditare, SAPIENTIAM ſolius SAPIENTIS alloquere; ore ac corde colloquia cũ IEHOVAH Theoſophicè exerce: Votis fidelib. precibusq; piis RVACH HHOCHMAH-EL, hoc eſt, Spiritum SAPIENTIÆ

DEI inuita, vt ſit familiaris tibi, auctor & præceptor omnium conſiliorum, laborum, totiusque vitæ; conſule in Oratorio SAPIENTIAM DEI, quæ optimè tibi conſultum vult eſſe; inque Laboratorio, ſapienter ſequere conſilia eius, vtroque, publico atq; ſecreto: te non pœnitebit. Afflari enim Numine; Diuinitus affici; rapi; transfigurari; doceri te, Spiritus ſancti vnctione, experieris: ſi primùm & ante omnia (vt diximus) religiosè, ſi cum veneratione debita, ſi meditationibus & ſoliloquiis IEHOVAM Theoſophicè adieris. Remouebuntur ſignacula, aperieturque tibi LIBER SS^æ. Scripturæ, Naturæ, & Tuipſius, ter triunus, Catholicus, ſigillis ſeptem (de quibus aliàs) ſigillatus: oculis Mentis & Corporis videbis ſponſæ beatæ delitias: habebis ex SAPIENTIÆ Laboribus Chriſtiano-Caballiſticis, Phyſico-Magicis & Phyſico-Chemicis opes ditiſſimi Solomonis: poſſidebisque Phyſicè, Phyſico-Medicè, Phyſico-Chemicè, &c. vt eſt figuris Amphitheatri huius ſecunda, tertia, & quarta, infinitos SAPIENTIÆ veræ Theſauros. Dies enim eructabit diei verbum; Liber librum aperiet, & nox nocti indicabit ſcientiam. Hic verè philoſophandi modus Sapientum. Hac methodo Sapienti, ſe tibi videndum exhibebit in Libro DEI Catholico, tertriuno, Omnipotentia, Miſericordia, infinitaq; Bonitas ſupremi; cui nomen IEHOVAH, cuius Gloriæ Maieſtate pleni ſunt Cæli, plena eſt Terra, plenum Mare, plena OMNIA, *Hallelu jáh: Hallelu-jáh: Hallelu-jáh.* O viſionem beatam, OMNIA videntem. *Euigilans.*] Primò à ſomno ſenſibili, ſummo manè, etiamnum lecto decumbens: deindè, à ſopore peccatorum, nocte tenebrarum mentis pœnitentialiter diſcuſſa, vt exoriatur in te SOL veritatis OMNIS. Vide verſ. 160.

29 Quia vt lucerna eſt MANDATVM, & LEX vt lux: & via vitæ ſunt increpationes eruditionis. — Verſ. 23. — ☞ *Quia* MANDATVM *lucerna eſt, &* LEX *lux, & via vitæ increpatio* DISCIPLINÆ. 29

*Quia* MANDAVM *lucerna eſt.*] Sit quæſo, ô IEHOVAH, VERBVM tuum, Biblicè, Macro & Microcoſmicè ſcriptum, lucerna, non tantum pedibus meis, ſed & Menti, Intellectui, rationi ac ſenſibus, in omnibus actionibus meis: vtque ex eo ſolo triuno, omnium rerum venet veritatem, benignè largire mihi, ô *Hhochmah el!* QVI ES VIA, VERITAS & VITA Amen.

30 Acquirere SAPIENTIAM, multo præſtantius eſt, quam acquirere aurum pretioſum: & acquirere intelligentiam multò prçſtantius eſt quàm acquirere electum argentum. — Prou. 16. Verſ. 16. — ☞ *Poſſide* SAPIENTIAM, *quia auro melior eſt; & acquire* PRVDENTIAM, *quia pretioſior eſt argento.* 30

*Poſſide* SAP.] Huc quadrat vetus hoc:

*Auro quid melius? Iaſpis: quid Iaſpide? Virtus:*
*Quid virtute?* DEVS: *quid* DEITATE? *nihil.*

DEVM; virtutem; Lapidem Philm. per Iaſpidem (ob viriditatem & ſanguineum eius colorem) aptiſſima ratione, myſterio non carente, philoſophicè deſignatum, Aurum; OMNIA; dat in Oratorio & Laboratorio; SAPIENTIA DEI. Vide verſ. 45. Venerunt mihi OMNIA BONÂ pariter cũ illa, verſ. 291. SAPIENTIAM igitur, quantò melior Auro; & PRVDENTIAM, quantò pretioſior Argento; tantò ardentius quærito. Nil proderunt diuitiæ pecuniariæ (quæ vmbra & res caducæ fumo ſimiles) impio, nil proderunt theſauri iniquitatis, in die vltionis: SAPIENTIA lignum vitæ eſt; & Iuſtitia (quam SAPIENTIA ÆTERNA incarnata, cuius theſauri infiniti, quare & inexhauſti, nobis dono dat) ſola liberat à morte: Prou. 10,2. 11,4. Pſal. 49. Eccleſiaſt. 5,10. Sophon. 1,13. Zach. 9.

31 ☞ Nunc ergô, fili mi, audi me; & ne recedas à verbis oris mei; ne gemas in nouiſſimis: & (nimis ſerò) dicas, (ah) cur deteſtatus ſum DISCIPLINAM, & increpationibus non acquieuit cor meũ;

Prou. 5. ỷ. 7. ỷ. 11. ỷ. 12.

*Nunc, igitur, filii, parete mihi, & ne recedatis ab eloquiis oris mei: Ne rugias in nouiſſimis tuis; & (nimis ſerò) dicas (ah.) Quomodo odi ERVDITIONEM, & increpationem ſpreuit cor meum,* 31

*Nunc.*] Toties admonitus, præmiis inuitatus, & blandimentis quaſi allectatus. Quemadmodum Sapientiæ acquiſitio, Gloria, Vita & gaudium: ita Sapientiæ contemtus, ignominia, mors, & luctus rugituſq; perpetuus.

32 Et non obtemperaui voci inſtruentium me, & docentibus me non inclinaui aurem meam? (Amen, amen, dico tibi.)

Verſ. 13.

☞ *Nec audiui vocem docentium me, & ☞ Magiſtris non inclinaui aurem meam? (Amen, amen, dico tibi.)* 32

*Nec audiui vocem, &c.*] Non obſeruaui DEVM loquentem atq; docentem, in Natura, SS.ª Scriptura, & Conſcientia mea. *Magiſtris.*] Hoc eſt, Iis, qui verè Magiſtri ſunt, docentibus Scientias & Artes bonas, myſteriorum DEI, ſecretorumq; Naturæ Bonis ac Donis inſtructiſſimas: Opus, inquam, de Bereſith, & de Mercaua, verſ. 162. ad Legem & Teſtimonium SS.ª Scripturæ, Libri Naturæ magni, Conſcientiæ rectæ, Chriſtiano-Cabaliſticè, Phyſico-Magicè & Phyſico-Chemicè: non Ethnicè, ſophiſticè, fabuloſè. Docemur autem à SAPIENTIÆ Spiritu, tam per Magiſtros viuos, Sapientes atque peritos, Diuinitus nobis conceſſos; & mutos, qui libri Sapientum, claue Spiritus ſancti eos aperiente; quàm inſpiratione nuda ac ſola; aut, reuelatione ſecreta. Scientias bonas, Artes ſecretas, Lapidem Philm. eiuſq;, quo apud vulgus nominatur, proprium nomen, necnõ præparandi modum; quæ duo Artis ſecreta, OMNIA, ſic diſcere poteſt Theo-Sophus. Quapropter ſiuè Princeps, ſiuè Nobilis, ne inſipiens ſis ſtultusq; dicaris in conſpectu DEI veréq; Sapientum, & aliquando inſipientiæ huius te pœniteat, obtempera benè monẽti; (ἀγαθὴ γὰρ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου, vt inquit Homer. Iliad. μ.) Præceptori, te Theo-Sophicè corrigere, & à vitiis erroribuſq; quaſi regenerare, ſtudenti. Iuuenal. Satyr. 7.

*Dii Præceptorem sancti voluêre Parentis*
*Esse loco.*

Laude dignus Alexander Magnus, egregiè dicens, *se Aristoteli Præceptori non minus debere, quàm Patri: quòd à Patre viuendi, à Præceptore benè viuendi initium accepisset.* Totum tamen hoc à volunrate DEI depender. *Non enim est humanitus volentis aut per se currentis, sed miserentis* (& præcurrentis) DEI. *Velle,* inquit Paulus Rom. 9,16. & 7,18. *adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio* (Cooperatore igitur DEO opus est.) Er paullò post vers. 22. *Condelector enim Legi* DEI, *secundum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem Legi Mentis meæ, & captiuantem me in Lege peccati, quæ est in membris meis,* (Perficiente igitur DEO opus est:) Sic DEVS à seculo cooperatus est, Ecclesiast. 51.11. Sic Christus Apostolis, in vniuersum mundum, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ, missis, cooperatus est, & sermonem eorum sequentibus signis confirmauit. Marc. 16. vers. vlt. Vt ergô tui misereatur DEVS, MISERICORDIAM Misericordis animo fideli implora.

33 Fili mi & si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum.

Prou. 23. Vers. 15.

*Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum, etiam ego lætabor:* 33

*Si sapiens fuerit,* &c.] Vers. 277. rectè inquit Sapiens noster: Qui Sapiêtem genuit, lætabitur in eo. Idem & hoc loco: Exultant præ gaudio parentes, exultant præceptores, vid entes se doctrinam bonam benè collocasse, margaritasq; boum calcibus non conculcari. Dico hæc & ego omni bus, quibus Amphirheatrum hoc hostrum videte contingir.

34 Exultabunt etiam renes mei, quum labia tua loquentur quæ recta sunt.

Vers. 16.

*Et exultabunt renes mei, & cum recta loquuta fuerint labia tua.* 34

*Cum recta loquuta fuerint,* &c.] Hoc est, cum fassus fueris veritatem, de vtili & fideli institutione mea. Quod si astutia malitiosa reticueris verum, me non enecat reticentia tua ista, sed dico cum Cicerone; *Vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Conscia mens recti famæ mendacia ridet.* Solo mea placeant bono. Consolatorium Tertulliani hoc: *Cum damnamur à mundo, absoluimur à* DOMINO.

Sed age!

SAPIENTIA seipsam cômendat, & ad sese vocat omnes.

35 Nonne (חָכְמוֹת CHOCHMAH) SAPIENTIA clamat, & INTELLIGENTIA dat vocem suam?

Prou. 8. ℣. 1.

*Nunquid nô* (חָכְמוֹת *HHOCHMAH*) & SAPIENTIA *clamat,* & (בִּינָה *BINAH*) PRVDENTIA & *dat vocem suam? (En, illa ipsa est! vel, illa ipsa sunt!)* 35

SAPIENTIA *clamat.*] Vbinam? in toto Vniuerso; puta, in Libris Naturæ atque Creaturæ, SS.æ Scripturæ, & Conscientiæ propriæ, quinimô in omnibus sese offert conspiciendam: clamant Astra lucendo, & ad Lucem Æternam nos inuitanr; clamant Venti, & Spiritum DOMINI annuntiant, qui in omnibus habitat; clamant Aquæ, & ad Crystallinum

flumen Paradysi nos vocant, & ad occultas illas Philosophorum lymphas; clamat terra, mille vocibus, & floribus & fructibus, & tot colores Naturæ & Philosophicos depingit; clamat terra, quando tremit, & concutitur, vt ruinam intelligamus mundi. *Dat vocem suam*] Quamnam? Triunam: Naturæ; SS.ª Scripturæ; & Legis conscientiæ, quæ scintillæ Iustitiæ Diuinæ. Vocem hanc Catholicam auribus haurimus sensuum, rationis, Intellectus ac Mentis: in Oratorio, Orando; in Laboratorio Laborando, Micro & Macro Cosmicè, Physicè, Physico Medicè, Physico Chemicè, &c. Vt est figuris Amphitheatri huius secunda & quatta. Vox DEI, in Omnibus, per Omnia, de Omnibus, ad Omnes. Vide expositionem vers. 185.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 36 | In summis excelsisq; verticibus ☞ supra viam, ☞ in mediis semitis stans. | Vers. 2. | *In summitate locorum excelsorum, iuxta viam, in loco semitarum stat:* | 36 |

*Supra viam*] Totius Vniuersi, hoc est, per Omnia, quæ sunt in toto Vniuerso, quemadmodum annotauimus in quarta huius Amphitheatri figura. *In mediis semitis*] Coram omnibus, cunctis, singulis ac vniuersis; vbiuis locorum: coram Deo; Angelis; Hominibus; Mundo.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 37 | ☞ Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus ☞ loquitur, dicens: | Vers. 3. | *In loco portarum in ostio ciuitatis, in ingressu ostiorum clamat:* | 37 |

*Iuxta portas*] Tanquam in publico, omniumque conspectu, palàm omnibus, per totum Vniuersum creatum, vt nemo se possit excusare. In portis enim ciuitatum veteres ius dicebant, vers. 49. *Loquitur*] Qua voce? certè mirabili: nec mirum, si, vt inquit Hugo, *Mirabilis mirabilia operetur.* Voces SAPIENTIÆ has, linguas vè varias, vide annotatas, figura Amphitheatri huius quarta: &, præfatione in *Zebelem*, à me publicatum. Notatu dignum, quod SAPIENTIA Altissimi, amore nostri amoris, vt se nos amemus, è throno Celsitudinis suæ ad profundum humilitatis nostræ, sese tam alte demittat, coniungat ac vniat lumen immortalitatis suæ, cum limo mortalitatis nostræ. Vide expositionem vers. 157. Hæc fermentatio mirabilis, mortalem reddit immortalem. Lapis Philos. hîc hyperphysico Magicus, & verè Diuinus, solis Christiano-Cabalistis cognitus. O SAPIENTIA, mentis meæ aperi oculos, vt te videã; aures, vt te audiam; sensus purga, Rationem & Intellectum, vt te intelligam; cordis tange linguam, vt te gustem; deniquefac, quæso, Magnetis tui tractu leuer, Spiritus tui igne sublimer, coniungat & vniat tecum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 38 | Ad vos, ô viri clamo, & vox mea ad filios hominũ. | Vers. 4. | ☞ *O viri, ad vos clamito; & vox mea ad filios hominum.* | 38 |

*O viri*, &c.] Viri, hoc est, secundum Hebræos, genere & Doctrina Nobiles: & filii hominum, id est, humiles, obscuri atque plebei. Non est DEVS acceptor personarum, sed in omni genere, ordine, ætate ac statu, qui timet DEVM, & operatur Iustitiam, acceptus est illi. Actor. 10, 35. Quapropter

SAPIENTIA sine discrimine vocat omnes vers. 1. In conspectu DEI, rusticus æquipollet Nobili: ratio est, quod vno eodemque pretio ex diaboli sint potestate ambo redemti. Tanti hic, quanti ille. Imò μηδὲ γρῦ, hoc est, ne gry solo genere Nobilis melior plebeio probo atque honesto: etiam in hac vita. Humilitas nobilitat virtus. Scis quæ vera sit Nobilitas? Audi Iuuenal. Satyr. 7. *Nobilitas sola est atque vnica virtus. Virtute decet, non sanguine niti. Contempta res est homo, nisi virtutem curet.* Propter genus, diuitias, officia, honores, superior quidem aut maior est & dicitur homo: melior, ob solam virtutem. Hac etiam ex plebe infimus præditus esse potest; carere, generis Nobilitate summus. De nomine solo Nobilibus Italus quidam non inconcinnè dicit: *Gentilis est bestia, sedens super bestiam, habens bestiam supra manum; bestias circumcirca sese cursitantes; persequens & infectans bestiam.* O propriam istorum nobilium descriptionem! Et *Regem indoctum,* Rex Alphonsus dixit *asinum esse coronatum.* Et alius contra iactantiam ex diuitiis, stemmate, nobilitate ac prole venientem, sic cecinit:

*Sis licèt ingenuus, clarisque parentibus ortus,*
*Esse tamen vel sic bestia magna potes.*
*Adde decus patris, claros tibi sume propinquos,*
*Esse tamen vel sic bestia magna potes.*
*Sint tibi diuitiæ; sit longa & munda supellex,*
*Esse tamen vel sic bestia magna potes.*
*Denique quicquid eris, nisi sit prudentia tecum,*
*Magna quidem dico, bestia semper eris.*

Audi nunc, quem DEVS, parens & auctor nobilitatis, velit nobilitare, 1. Reg. 2, 30. *Propterea ait* DOMINVS DEVS *Israël: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsq. in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*

| | | |
|---|---|---|
| 39 Intelligite simplices astutiam, & stolidi intelligite corde. | Vers. 5. | *Intelligite ☞ paruuli ☞ astutiam, & insipientes animaduertite.* 39 |

*Paruuli*] Simplices, qui facilè huc & illuc impelluntur, malè persuasi atque seducti. Ita & vers. 3. Oremus SAPIENTIAM vetam, vt quæ paruulos & verè humiles mirifica veritatis dulcedine reficere, inenarrabilique gaudio ac lumine exhilarare consueuit, nos totos nostrosque in Oratorio & Laboratorio labores, cælesti benedictione gratiaque sua Diuina teplere dignetur. Obseruandum: Cum successus continuæ felicitatis totus à voluntare deriuetur Diuina, videat ne defectiuè peccet in puncto Impetrationis hoc, Cabalam, Magiam & Alchimiam exercens. Vt tibi faueat IEHOVAH, solis supercælestis radius tibi, laboribusque tuis affulgeat, studere memento. *Astutiam*] subintelligitur, bona. Calliditas, solertia. In bonam namque partem hoc Prologo vocabula hæc accipiuntur.

| | | |
|---|---|---|
| 40 Audite, quoniam honorabilia loquar, & apertio | Vers. 6. | *☞ Audite, quoniam ☞ de rebus magnis loquutura sum,* 40 |

labio-

labiorum meorum erit recti-tudines: | *& aperientur labia mea, & vt recta prædicent.*

*Audite*] AVDITE, videre, obseruate SAPIENTIÆ sermones, cum attentione accurata, non oscitanter. *De rebus magnis*] Reuera magnis, & SAPIENTIA Maximi maxima dignis, quæ expiato à perturbationibus animo diligenter sunt auscultāda, expurgatoque Theosophicè Intellectu, & veritati veluti clauis (illuminationis Diuinæ manu) cum sera coaptato, timanda, percontanda & obseruanda. Quod si feceris, fructus SAPIENTIÆ nancisceris, theoricè & practicè insignes. *Vt recta prædicent*] Quicquid igitur cum SAPIENTIÆ Æternæ VERBO, Biblicè, Macro & Micro-Cosmicè scripto, de Physicis, Hiperphysicis, atque Diuinis, harmonica ratione non concordat, rectum aut verum esse nōn potest: fucet de fendatque mundus immundus diaboli sophismata, vtut possit ac velit.

41 ☞ VERITATEM meditabitur guttur meū, & labia mea detestabuntur impium. | Vers. 7. | *Quia VERITATEM loquetur palatū meū: & abominatio labiorum meorum est impietas.* 41

*Veritatem*] Veritas ipsa, non nisi meram proferre vult ac potest veritatem. Hæc incarnata: EGO SVM, VIA, VERITAS & VITA. In huius ore non inuentus dolus. Ad imitationem SAPIENTIÆ veræ, omnes alumni eius meditabuntur veritatem, & labia illorum detestabuntur impium, derisorem, stultum, quantumuis etiam siue generis, siue doctrinæ mundanæ nobilitate præcellentem. Ego, DEVM testor, nauci & nihili æstimo istos Centauros, Thrasones; sibi suique similibus tantum nobiles; DEO & sapienti, ignobiles. Abominatio sunt in conspectu meo tales. Veræ nobilitati ne gry detractum volo. Scis ipse, quod ollæ contritæ, repetiantur vbique. Iohan. 14. Vers. 6.

42 In Iustitia sunt omnia eloquia oris mei: non est in eis prauum nec peruersum. | Vers. 8. | ☞ *Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.* 42

*Iusti sunt*, &c.] SAPIENTIÆ sermones, vt omnes, ita & hosce oracula mera (sicuti sunt) esse putato, de Diuinæ mentis adyto Sapienter profecta, veracia, iusta, recta. A fonte enim Iustitiæ, Bonitatis, Sapientiæ, Vitæ, nihil aliud quam iustum, bonum, Sapientia plenum, viuificum, dimanare potest.

43 Vniuersa ipsa recta sunt intelligenti, & recta inuenientibus scientiam. | Vers. 9. | ☞ *Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus Scientiam.* 43

*Recti*, &c.] Plani, obuii, intellectu faciles. At quibus? Intelligentibus, hoc est, Sapientibus, siue sectantibus SAPIENTIAM veram; à qua sola intelligendi modus nobis inest, & fruendi possessio. Non nominat Sapiens hoc loco Intelligentes eos, qui Etymologi, secundum idiomata linguarum, Hebraicè, Græcè, Latinè, &c. ad literam aliquid intelligunt, sed

qui nucleum mentis percipiunt, & assequuntur medullam. Intelligentes ab Intelligentia, quæ SAPIENTIA dicitur, vocantur. De his loquuntur Philosophi Physico-Chemici, dicentes: *Nos scribimus intelligentibus & sci entibus, non ignorantibus.* Addo: Cui SAPIENTIÆ luminis radius (Micro, vel Macro Cosmicè) non affulsit, aut in Oratorio, aut Laboratorio, aut per Magistrum Sapientem, ignorans est, cæcus, & nihil veri de SAPIENTIÆ veræ laboribus sciens; nihil intelligens; opinans omnia. Quapropter vanæ omnes theoriæ, vanique labores eius.

44 ☞ Accipite DISCIPLINAM meam, & non pecuniam: DOCTRINAM magis quam aurum eligite: | Verſ. 10. | *Accipite Eruditionem meam, & non argentum: & Scientiam potius, quàm aurum electum.* 44

*Accipite disciplinam, & non,* &c.] Sapiens hortatur, vt venemur SAPIENTIAM, non pecuniam; Regnum DEI & Iustitiam eius, non opulentiam. Quam artem calluit & exercuit Regius Propheta Dauid: quemadmodum inquit Psalm. 119, 14. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Ausim ego sanctè affirmare, φιλαργυρίαν aut πλεονεξίαν, hoc est, auaritiam, non minimum esse obstaculum, cur tam pauci (inhiantes toti diuitiis tantùm pecuniariis) adipiscantur Lapidem Philm.: quasi principalis Philosophi scopus sit, auro atque argento abundare! Erras, erres; Tertia & quarta huius Amphitheatri figuræ, de altioribus te admonebunt SAPIENTIÆ, per Cabalam, Mageiam, & Physico Chemicam vsuum fructibus. Aurum & Argentum inter Lapidis Philm. fructus infimum occupant locum: at nostri laborantes quærunt SAPIENTIÆ thesauros propter solas diuitias, vanosque mundi honores; hic scopus illorum, cum tamen nihil minus, quàm hoc, deberent cogitare. Si quærerent primum Regnum DEI & Iustitiam eius, cætera omnia (inter quæ & aurum & argentum) adiicerentur illis. Cum igitur faciant ὕστερον πρότερον, daß sie die Roß hinder den Wagen spannen, & legitimum sibi non proponant finem, deuiant à veritatis linea rectà, longeque errantes, miserè euanescunt in vanitatibus suis. Rectè igitur Philosophus: Si DEVS inueniret cor fidele, vtique reuelaret ei Scientiam & artem.

SAPIENTIA auro præferenda.

45 Quia melior est SAPIENTIA margaritis: & omnia desiderabilia non equabuntur ei. | Verſ. 11. | ☞ *Melior est enim SAPIENTIA cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari.* 45

*Melior est,* &c.] Quia dat OMNIA, vt est versſ. 30, 314, & 315. Quare & auro atque argento, negotiatione mundana, quantumuis etiam pecuniosa, totiusque mundi immundi gloria vana, longè pretiosior, eligibilior; optabilior; quod minimè credunt mundani immundi; Die reichen Schindhund glauben solches nicht. At qui se moriturum esse seriò cogitat, facilè omnia contemnit mundana immunda. Vt sanctè olim moriaris, benè viuere disce; vtq; piè possis viuere; disce mori. Vide versſ. 324, 317, 318, & 127.

Nunc

| | | |
|---|---|---|
| 46 Nunc igitur filii obtemperate mihi: & beati qui vias meas custodient. | Ibid. Vers. 32. | ☞ *Nunc ergò filii audite me, beati ☞ qui custodiunt vias meas.* 46 |

*Nunc*] Posteaquam audistis, quæ, qualis & quanta sim EGO, SAPIENTIA. *Qui custodiunt vias meas.*] Hoc est, qui seruant aut faciunt mandata mea. Vos, inquit Christus, SAPIENTIA incarnata, Iohan. 15, 14. amici mei estis, si FECERITIS ea, quæ ego præcipio vobis. Et ibidem cap. 13. 17. Beati eritis, si FECERITIS ea. Luc. 8, 21. *Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum* DEI *audiunt &* FACIVNT. Facere quæ præcepit SAPIENTIA DEI, est ambulare in viis eius. Quare emendet vitam, vt induatur vita, qui vult acquirere vitam. Christus, Archetypus; hunc, qui nouit, induit & imitatur, & Sapiens, Beatus, vereque Christianus. Notandum: Quamuis dum in cute hac hæremus, nos oporteat esse ac viuere in Mundo, debemus tamen fugere quotidie & derelinquere mundum immundum. Quomodo hoc? Si, inquam, corde, verbis ac factis, mundanis non adhæremus immundis, hoc est, mundanè cum mundo immundo non viuimus: tunc induimur Christo, & imitamur, vita Theo-Sophica, Archetypum. Hoc; approximare est DEO. Qui approximauit, illuminatur, iungitur atque vnitur. Spiritualis, bonus & mente sublimis fiat in Spiritu Opt. Max. necesse est, qui spirituum bonorum consortium, sublimiores contemplationes, DEIFICAMque optat vnionem. Similium enim fit coniunctio & vnio, non dissimilium. In circumferentia mundana se ita amittere, est in Centro, hoc est, DEO se inuenire, DEVMque in se reperire. Vide vers. 132. Hac SAPIENTIÆ via, cum Christo secedis è mundo, quamuis viuas & conuerseris quotidiè in Mundo, etiam in medio inter mundanè viuentes: Tu non mundanè, sed Theosophicè in & cum Christo. Cum peccatoribus, publicanis, Pharisæis, hæreticis, &c. conuersabatur ac comedebat Christus; poteris & tu, modo non vt peccator enormis, Publicanus, Pharisæus, hæreticus, &c. In centro maneto: hoc sibi vult Cabalisticum illud, Nunquam tam bonum est exire, quin sit intus manere melius. O IEHOVAH mane in me, vt maneam in te, Christophorumque me constitue, vt è vadis mundi huius immundi emergam, & scopulos prætergressus, in portu stem pede læto ac firmo salutis tutus, custodiens vias tuas. Amen.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Audite ERVDITIONEM, & sapientes estote, & ne repellatis eam. | Vers. 33. | ☞ *Audite* DISCIPLINAM, *& estote Sapientes, & nolite abiicere eam.* 47 | Disciplinā audientes, sunt Sapientes. |

*Audite* DISCIPLINAM] Quàm sit SAPIENTIÆ Diuinæ studium Nectare quouis atque Ambrosiâ dulcius, nonnisi intelligunt, qui iam inde à pueris Sapientum parere monitis didicerunt, atque ita DISCI-

PLINÆ amaritudinem prius deguſtârunt. Hinc tanto ſtudio, tantaque fidelitate nos admonet Sapiens, vt propria voluntate Diuinæ ſubiectâ, quid Spiritus DEI RVACH HHOCHMAEL præceptor noſter fideliſſimus, in aures Mentis noſtræ ſuauiter inſuſurret, diligenter auſcultemus. O ſancta DISCIPLINA.

48 Beatus homo qui auſcultat mihi, excubando iuxta fores meas quotidie; obſeruando poſtes oſtiorum meorum,

Verſ. 14.

*Beatus homo, qui audit me, ☞ qui vigilat ad fores meas quotidie: & obſeruat ad poſtes oſtii mei.* 48

*Qui vigilat ad fores meas* ] Fores & poſtes SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, ſunt numero tres, puta, Biblia SS^a. Creatura atq; Natura, hoc eſt, Macro-Coſmus cũ tota cæleſtis exercitus Spiritualis militia, totus; & Micro-Coſmus, ſecundum corpus ac Spiritum: deniq;, Mens ſiuè anima in homine Diuina. O felix terq; quaterq; felix, & tam in vita hac, quàm futura beatus, qui ad fores SAPIENTIÆ haſce manè (vt eſt verſ. 170.) vigilat, quotidiè (verſ. 28, 158.) audit, Theo-Sophicè videt, per totam vitam ad poſtes eius ſapienter obſeruat ſapientiam veram, mirabiliter loquentem, reſpondentem, atque docentem. Hic, ſic reſciſcet, ſi velit, OMNIA. verſ. 5. Vide fig. Amph. huius.

Conquetitur SAPIENTIA ſeſè Sophiſtis contemni: & exitium cõtemptorum prædicit.

49 ☞ SAPIENTIA (inſuper etiam, iterum inquit Rex Sapientiſſimus) ☞ foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam:

Prou. 1. verſ. 20.

*SAPIENTIA (inſuper etiam, iterum inquit Rex Sapientiſſimus) foris clamitat, in plateis ipſis dat vocem ſuam:* 49

SAPIENTIA ] Hebraicè ad verbum, SAPIENTIÆ. Legitur enim ***Hhochmoth***, quod eſt plurale: ratio eſt, quod illa ſit Spiritus multiplex, Sap. 7,22. & πολυποικίλος, hoc eſt, multiformis, Epheſ. 3,10. Vide tertiam Amphitheatri huius partem, Quæſt. quarta. *Foris prædicat.* ] Publicè, & palam omnibus, in Macro & Micro-Coſmo, (verſ. 37.) vt non ſint excuſabiles, in die iudicii, mortales. Rom. 1,20. Non tantum SS.^a Scriptura, verùm quoque tota Creatura atque Natura, (præſentemque DEVM quælibet herba docet, rectè cecinit Poëta Chriſtianus) Hominisque conſcientia Creatorem & Conditorem omnium mirificè loquitur Triunum; Semetipſam, hoc eſt, SAPIENTIAM, Bonitatem & Potentiam eius infinitam, Theo-Sophicè, Phyſicè, Phyſico-Medicè, Phyſico-Chemicè, Phyſico-Mageicè, Hyperphyſico-Mageicè atque Cabalicè nobis ob oculos ponit in toto Vniuerſo, tanquam in loco editiore, ex quo poſſit ab omnibus, omni tempore & loco, audiri, videri, obſeruari atque agnoſci.

50 In capite turbarũ clamitat ☞ in foribus portarũ vrbis profert verba ſua, dicens:

Verſ. 21.

*In capite tumultuantium clamat, in oſtiis portarum, in vrbe ipſa eloquia ſua dicit.* 50

*In foribus portarum.* ] More iudicum, qui apud veteres ius dicebant in portis vrbium, tanquam in loco publico, in omnium conſpectu, & inter turbas hominum. Ibi SAPIENTIA diſtinguit perſonas, ordinat iudicia,

figit leges, administrat iustitiam, exercet vindictam; vt admiranda DEI iusti iudicia appareant & manifesta fiant; omniumque oculis patescat, non humana, sed Diuina Prouidentia & Sapientia, Mundum regi. Quando enim iustus iudex, è Throno suo, indiciū emittit, & sententiam suam, iustissima & inopinata vindicta, promulgat; contremiscit terra, & silet.

51 Vsquequo simplices diligetis simplicitatem: & derisores derisionem desiderabunt, & stulti odio habebunt Scientiam?

Vers. 22.

*Vsquequo ☞ paruuli diligitis ☞ infantiam, & ☞ stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt Scientiam?* 51

Esa. 65, 12. Es 66, 4. Iere. 7, 13.

*Paruuli*] Paruuli hoc loco sunt, qui vers. 3. *Infantiam*] Imperitiam, stoliditatem & ignauiam. *Stulti*] Vt verss. 201 & 205. malitiam; superbi, a nimi elationem, DEI Proximique contemptum: detractores, derractionem. Est querela SAPIENTIÆ, ex iusta condolentia profecta. O insipientes & stulti, quò ruitis?

52 Conuertimini ad increpationem meam, en depromam vobis Spiritum meum, scire vos faciam verba mea,

Vers. 23.

*& Conuertimini ad correptionem meam: en ☞ proferam vobis SPIRITVM meum, & ☞ ostendam vobis verba mea.* 52

*Conuertimini*] Resipiscite, ô stulti, quorum plena omnia, & malè sani. *Proferam vobis Spiritum meum*] Effundam, aut efflabo super vos Spiritum meum, qui vena est Intellectus; SAPIENTIÆ fons, Scientiæ flumen, diuitiarumque tam Corporalium quàm Spiritualium thesaurus inexhaustus, omnem longè superans Persarum gazam. Verss. 106. & 223. *Ostendam*] Quomodo? Bibliciè, Macro & Micro-Cosmicè: scireque vos faciam de Omnibus (quæ proderunt vobis) mentem, voluntatem & sententiam meam, per Christiano Cabalam, Diuino Mageiam, & Physico Chemiam: quod studium Triunum, vera THEOSOPHIA Catholica. Vers. 142.

53 Quia vocaui, & renuistis: ☞ extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret,

Vers. 24.

*Propterea quod vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui attenderet.* 53

*Extendi manum*] More indicantis silentium & attentionem, aut digito vocantis. Manus Sapientiæ, mystico quoque sensu sunt omnes creaturæ, quibus ad Creatorem trahimur. Porrigit nobis SAPIENTIA manum, quocunque nos vertimus, & ambit amicitiam nostram, monstrando & offerendo nobis Bonitatis ac Beneuolentiæ suæ riuulos,

54 ☞ Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. | Vers. 25. | *Et cessare fecisti omne consilium meum, & increpationem meam noluistis.* 54

*Despexistis consil.* ] Amore & illecebris Mundi huius immundi capti & excæcari, deludendo Legem atque Doctrinam meam; Meipsam, hoc est, DEVM delusistis, & Spiritus sancti ductum neglexistis. O vesani corde! Certè quemadmodum malum consilium consultori pessimum; ita derisio, derisori.

55 Etiam ego in contritione vestri ridebo: subsannabo, cum venerit timor vester. | Vers. 26. | *☞ Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* 55

*Ego quoque*, &c. ] Horrendum profectò, à DEO irrideri: nihil miserius homine à DEO deserto: quod exempla Pharaonis, Saulis, Francisci Spieræ, aliorumq; quamplurimorum testantur. Quemadmodum fama, oculus & conscientia, ita nec DEVS potest ferre iocum. Inuiolabile Numen.

56 Quum inquam venerit sicut desolatio, timor vester: & contritio vestri veluti turbo venerit, quum venerit super vos tribulatio & angustia. | Vers. 27. | *Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos ☞ tribulatio & angustia.* 56

*Tribulatio & angustia* ] Tribulationes & angustias patiuntur etiam fideles; at exitu aut fine longè diuerso: quia DOMINVM habent, qui liberat eos à malo, amicum: euius auxilio prorsus destituuntur impii, derisores & stulti, non cognoscentes diem visitationis suæ: ideò miserè pereunt, & portio fiunt tartaro, furiis vltricibus destinati.

57 Tunc inuocabũt me, & non exaudiam: mane quærẽt me, & nõ inuenient me: | Vers. 28. | *Tunc inuocabunt ME, ☞ & non exaudiam: manè consurgẽt, ☞ & non inuenient ME:* 57

*Non exaudiam* ] Quia post festum veniunt. In tẽpore venire est omnium optimum. Admonemini, quæso, similitudine de virginibus decẽ, quinque prudentibus, & quinque fatuis, Matth. 25. Oleum Spiritus sancti pro lucernis mentium vestrarum, Doctrinam pro animabus, gratiæ tempore gratis comparare: vt nutrimentum habeat, vobisque fructuosè luceat lampas Mentis vestræ Diuinitus accensa, à luce Patris luminum lucente in tenebris mundi, & fugante tenebrarum potestates, à quo omne Bonum ac Donum perfectum. Manè, igitur, cum audieritis veræ SAPIENTIÆ vocem, nolite obturare aures vestras. *Non inuenient* ] Quia non insistentes viæ vnicæ ac soli ad SAPIENTIAM Regiæ, (quæ TIMOR DOMINI) non rectè quærunt nec inueniunt eam: in sophismatibus ambulant, fanaticisque sapientiæ mundanæ insipientis deliriis; quare per

vias

vias tenebricosas hasce, seducentes à veritate, deuiant à linea recta ad sinistram, nihilque prodest iis, quamuis summo surrexerint manè. Discamus igitur, impossibile esse, DEVM sinè DEO quærere, inuenire & nosse; aut, loqui de DEO sinè DEO. Vnde illud; *Non loquaris de DEO absque lumine.* Nam sinè eius Numine, sinè eius Lumine, nihil est in homine, nihil est innoxium, vt canit Ecclesia.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 58 | ☞ Eò quod exosam habuerint DISCIPLINAM, & TIMOREM DOMINI non susceperint. | Vers. 29. | *Eò quòd oderunt Scientiam, & TIMOREM JEHOVÆ non elegerunt.* | 58 |
| 59 | Nec acquieuerint CONSILIO MEO, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. | Vers. 30. | *Nec acquieuerunt consilio meo, spreuerunt vniuersam increpationem meam.* | 59 |

Causa, cur deuiëtmortales à veritatis linea recta, in quouis scibili.

*Eo quòd*, &c.] Quapropter, qui aures habet ad audiendum, audiat, quid Spiritus veritatis dicat filiis hominum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 60 | Comedent igitur de fructu viæ suæ, & consiliis suis saturabuntur. | Vers. 31. | ☞ *Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.* | 60 |

*Comedent igitur*, &c.] Fruantur igitur studiorum laborumque suorum fructibus, pugnantibus è diametro cum fructibus Theo-Sophiæ. At quinam sunt isti? Egregii scilicet, puta, vanitas, dolositas, sophisinata, auaritia, (radix omnium malorum) superbia, (cui resistit DEVS) confidentia mendax, stultitia, desperatio, ignominia, tristitia, conscientiæ malæ stimulus, (cuius vermis nō moritur) cōfusio, & mors æterna, quæ infernus. Ad satu ritatem, imò ad nauseam vsque vtantur consiliis suis peruersis. Cum noluerint obœdire SAPIENTIÆ veræ, dantur (iusto DEI iudicio) in sensum reprobum, vt obœdiant spiritui tenebrarum, mendacii, errorum atque seductionis, abeuntque toti in pus corruptum. Nec fit volenti iniuria: deseruerunt DEVM, quapropter &, contra, DEVS iure deseruit illos, vt suo se consilio peruerso, peruersè regant ac perdant. Perditio illorum ex ipsis. Voluerunt; habeant.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 61 | Quia requies simplicium interficiet eos: & prosperitas stultorum perdet eos. | Vers. 32. | ☞ *Auersio paruulorum interficiet eos, & ☞ prosperitas stultorum perdet eos.* | 61 |

*Auersio paruulorum*, &c.] Defectus siue rebellio hæc, deducit eos ad interitum: nam, malum consilium, consultori pessimum. *Prosperitas stult.*] Rebus mundanis coram mundo benè succedentibus, excæcantur corda impiorum, quo minus possint admittere correctionem salutarem. Crux & tribulatio, vox DEI ad pœnitentiam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 62 | ☞ Qui autem ME audierit, absq; terrore quiescet, & ☞ abundantia perfruetur, timore malorum sublato. | Vers. 33. | *Qui autem obœdit mihi, habitabit confidenter, & requiescet à timore mali.* | 62 |

*Qui me audierit*, &c.] Vide versſ. 336. & 337. cum aliquot tam præcedentibus, quàm ſubſequentibus. Pietas nullum poteſt afferre timorem mali, ſed ſpem & præmium vitæ: eſt enim arbor vitæ, cuius fructus pax & gaudium Spiritus. *Abundantia perfruetur* ] Dominus pauperes implet bonis, & diuites dimittit inanes. Gloria & diuitiæ in domo timentium Dominum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Prou. 16, 32. Eccleſ. 9, 18. Eccleſiaſt. 7, 20. | 63 | Quapropter, rectè ac ſapienter vir ſapiens concludit & admonet: ☞ Melior eſt SAPIENTIA, quàm vires: & vir prudens quàm fortis. | Sap. 6. Verſ. 1. | *In Græco non extat Codice.* |

*Melior eſt* SAPIENTIA, &c.] Eſt enim fons omnis Boni, quemadmodum à Sapiente ſapienter paſſim in Prologo hoc docemur. Vide verſſ. 45. & 327. Et certè SAPIENTIA Diuina præſtat omni robore: nam vnica ſæpe ſeria piaque precatione magna frangitur potentia. Sic Moſes, eleuatis manibus, fregit potentiam Amalek, Exod. 14, 11. Ioſaphat vnico hymno fregit robur filiorum Ammon & Moab, diſſipauitque exercitum eorum, 2. Paralip. 20, 22. Quoties Dauid ſæuitiam Saulis, aliorumque hoſtium, hymnis ſuis, fregit? Qui occultam rerum Naturam intelligunt, multa poſſunt edere talia documenta, quæ vulgus pro miraculis habet. Et naturalibus viribus multos adiutos eſſe heroas, reſtantur hiſtoriæ. Quoties verò inſigni prudentia obtinetur victoria aut cauſa aliqua, aut ſeruatur populus? nonne Ioſephi Sapientia ſeruata Ægyptus? Danielis, Perſia? Moſis, populus Iſraëliticus? Hîc certè Sapientia melior fuit, quàm vires.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Magnates ad iuſtitiam & Sapientiam adhortatur Sapiens. | 64 | ☞ Audite igitur Reges, & attendite, & diſcite iudices finium terræ. | Verſ. 2. | ☞ *Audite ergo (quoque) Reges, & intelligite, diſcite iudices finium Terræ.* | 64 |

*Audite ergò Reges* ] Qui omnia veſtra præſidia collocatis in arma & milites; cur non potius conducitis milites Sapientiæ, qui Diuinæ Cabalæ & Cæleſti Mageiæ incumbunt, qui armis Sapientiæ & Prudentiæ pugnent, & regiones veſtras ſoſpitent? Ioſephos & Danieles conquirite, qui præſidia firmiſſima, & arma habent in virtute, Diuina & Naturali Sapientia. Intelligit hîc quoque Sapiens per Reges, Magiſtratus omnes; Rectores ac gubernatores Eccleſiaſticos, Politicos atque Scholaſticos, è quorum nutu ac gubernatione adminiſtratio pendet totius Orbis Terrarum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 65 | Præbete aures vos, ☞ qui continetis ☞ multitudines, & placetis vobis in turbis Nationum. | Verſ. 3. | *Aures præbete moderatores populi, quique Nationum multitudine gloriamini.* | 65 |

*Qui continetis*, &c.] Tam in statu Ecclesiastico & Scholastico, quàm Politico. Vos SAPIENTIÆ veræ, Bonorum & Donorum eius, qui gaudetis appellari interpretes & possessores, in Vniuersitatibus, Academiis, &c. Vos, inquam, qui continetis, hoc est, regitis ac gubernatis multitudines iuuentutis, vos (dico, & ipsi, officiorum nominibus attestantibus, dicitis) Reges quoque, id est, Rectores populorum estis: & vos, inquit Sapiens, discite atque docete SAPIENTIAM: non tantum ex Ethnicorum quorundam malè sanorum (inter quos tenebrio ille Aristoteles princeps & antesignanus) fanaticis deliramentis; verùm potius ex fontibus librorum SS.æ Scripturæ atque Naturæ, & ex DEO ipso, loquente in vobismetipsis Theosophicè purgatis Diuinitusque illuminatis. Ad legem igitur & testimonium dictorum librorum probet ac iudicet SAPIENTIÆ veræ amator OMNIA; IGNIS professor DEI Physicus Physico Chemicè Veritati testimonium perhibebit; Experientia, quæ refutar syllogismum, Praxeos suo sigillo Veritatem confirmabit. Non igitur hominis mendacis in Scholis regnet auctoritas, sed sola Diuinæ voluntatis, iuxta SS.m Scripturam, Naturam & Conscientias vestras rectas, VERITAS. *Multitudines*] Non gloriandum est de multitudine populi, sed de prudenti administratione, quæ fit ope Sapientum virorum, qui animos hominum flectere, vobis conciliare, & in officio continere possunt, qui vtilia prospicere, damna præuidere, aduersa profligare possunt, pietate, virtute, oratione, prudentia.

| | | |
|---|---|---|
| 66 Quoniam à DOMINO vobis dominatio data est, & potestas ab Altissimo, q in opera inquiret vestra, & consilia perscrutabitur. | Vers. 4. | *Quoniam data est à DOMINO potestas vobis, & virtus ab ALTISSIMO, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur.* 66 Rom.13,1. |

*Virtus ab* ALTISS. &c.] Nec enim sufficit habere regiones, populorum multitudines, in eosdemque potestatem, sed necesse est Sapientiam quoque & prudentiam regendi populum, à DOMINO petere, petendo inquirere; inquirendo apprehendere, apprehendendo exequi. A Summo enim rerum omnium gubernatore potestas in populos, & Sapientia rectè eâ vtendi, dimanat. Non igitur vestris & solis humanis consiliis populum regite, sed consiliis diuinis, quæ per Sapientiam Theo-Sophicam inquirenda & apprehendenda est. *Qui interrogabit*, &c.] Videte ergò Tyranni, vt habeatis quod respondeatis pro tyrannide, tam erga peregrinos, quàm subditos vestros: Theosophistæ, defanatico, impio, blasphemo & insanabili, quo insolenter laboratis, disputandi cacoëthe: iureperuersi, pro iniustitia, quàm strenuè exercetis: Pseudo-Medici & Academici nonnulli (reperiuntur enim Orthodoxi) pro in Naturæ secretis cæcis & claudicantibus, Antesignanis patronisvè vestris quibusdam, quorum auctoritates pestilentissimæ (malitiosè à vobis postpositis SS.æ Scripturæ atque Naturæ libris; DEO ipso, SAPIENTIÆ suæ Spiritum non audientes, IGNE, Naturæ artificiosissimo ac sagacissimo interprete; EXPERIENTIA, denique, Veritati testimonium acclamante) peruersè imprægnant ac regunt

sensus,rationes,mentesque vestras:quibus imbuti atque seducti,in Doctrinæ saluraris capitibus summè necessariis, & vos (reclamantibus interdum conscientiis nonnullorum propriis) sinistrè imbutis,pernitiosissimè seducitis, ac delirare facitis blandissimum iuuenturis florem. Væ,væ,in die iudicii vobis qui talia & tanta perpetratis. Non fingo hæc; ante me, super malo isto diabolico,ex animo conquesti sunr multi sancti Patres, conqueruntur mecum viri anteriotis nostræque ætatis Doctissimi, inter quos *Reuchlinus, Erasmus, Lutherus, H. C. Agrippa, Philippus Theophrastus Paracelsus, Vigelius*,aliique studio SAPIENTIÆ veræ incliti, fere innumeri; imò omnes,qui veritatem ex animo sartam tectam volunt. Resipiscite ergò aliquando toties admoniti, & conuertimini ad melius,emendateque peruersum & docendi & discendi methodum vestram, ac veritati palmam tandem concedite. Sed vereor, vt canes rabidi ferant lorum. O tempora! ô mores!

67 Quoniam cum essetis ministri Regnorum ☞ nō rectè iudicastis, nec custodistis ☞ LEGEM IVSTITIÆ, neque secūdum ☞ voluntatem DEI ambulastis.

*Vers.* *Quoniam quum essetis ministri Regni ☞ eius, non rectè iudicastis, neque legem conseruastis, nec consilium* DEI *estis sequuti.* 67

*Ministri Regni eius*] Hinc patet clarè, Regna esse DEI, & principibus personis ad tempus solummodo concessa. Cum ergò, ô Reges & Principes omnes, ministri solum sitis DEI Regnorumque eius; nolite ex vestra, sed DEI, DOMINI vestri, voluntate, Regnum administrare. Iustitia DEI, est voluntas DEI, quā per SAPIENTIÆ Spiritum inquirite: si secus, non dum rectè iudicare didicistis. *Non rectè iudicastis*] Non rectè docuistis, vos qui estis mancipia Græcorum quorundam mendacium: fuistis & estis seductores & depravatores teneræ iuuentutis. O audaciam pestilentem! Quocirca admoniti à Sapiente nostro SAPIENTIÆ que tot ac tantis interpretibus fidelibus dilectis, Ethnicorum quorūdam non illuminatorum falsiratum luminis derelictis, & vltra montes Caspios in exilium relegatis, ad veritatem tandem conuertimini, & ad SOPHIÆ supercęlestis Fontem anhelantes Theo Sophicè, Christiano Cabalisticè, Diuino-Magicè, & Physico Chemicè, secundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, Orando ac Laborando, properate catholicon, triunum, ad libros, inquam, SS. Scripturæ, Naturæ, & vosmetipsos pœnitentię methodo regeneratos, Theosophiæque radio illustratos: illic laticem haurite æthereum, & bibite pro saturitate mentium vestrarum. Huius venas non Sophisticè, sed Theosophicè scrutemini: reperietis ibi SAPIENTIÆ Mineram; & ex hac aquas viuas salientes in veritatem Physicam, Physico-Medicā, Physico-Chemicam, Physico Mageicam, Hyperphysico Mageicā, Ethicam, Politicam, Cabalisticam, Theosophicam; OMNEM. Physice & Ethice Christianæ Danæi, (vt taceam aliorum in hoc argumento labores & scripta) pudefacient Veritatis antagonistas. *Legem iustitiæ*] Diuinæ: In SSª. Scriptura, Natura & Conscientiis vestris Diuinitus collocatam, triunam.

*Voluntatem*

*Voluntatem* DEI ] Reuelatam & traditam in prædictis Biblicè, Macro & Microcosmicè.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 68 Horrendè & citò ☞ apparebit vobis: quoniam ☞ iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. | Vers. 6. | *Horribiliter superueniet vobis & repente, quoniam iudicium in proceres seuerissimum exercebitur.* | 68 |

*Apparebit* ] Veniens enim veniet, & non tardabit DOMINVS. Habac. 2, 3. *Iudicium durissimum* ] Quemadmodum timent faciem Regis ministri: ita vos timete Regem summum, cuius ministri estis. Nam vis illata populo, & iniuria, quâ læditur Iustitia, magnam vim contra se excitat: & Iustitia stringit gladium aduersus eum, qui eam iniustè administrat.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 69 ☞ Exiguo enim cōcedetur Misericordia, ☞ potētes autē potēter tormēta patiētur. | Vers. 7. | *Nam infimi homines digni sunt misericordia: in potentes verò inquiretur acriter.* | 69 |

*Exiguo concedetur*, &c. ] Nam, cui plus datum est, plus ab eo requiretur. *Potentes autem*, &c. ] Quemadmodum procera arbor cæsa, aut fulmine icta, magnum edit strepitum: ita tragicos & horrendos exitus habent, qui abusi sunt magna potentia. Igitur Spiritu sapientiæ opus est, qui consilia gubernet, auxilia præstet, euentum dirigat.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 70 Nec enim personæ cuiusquam parcet omnium DOMINVS, nec magnitudinem verebitur, quoniam tam infimum quàm summū IPSE creauit, & pariter prouidentiam habet omnium. | Vers. 8. | *Non enim subtrahet ☞ personam cuiusquam DEVS, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, ☞ quoniam pusillum & magnum IPSE fecit, ☞ & æqualiter cura est illi de omnibus.* | 70 | Deut. 10, 17. 2. Par. 19, 7. Iob. 34, 19 Eccl. 35, 16. Actor. 10, 34 Rom. 2, 11. Galat. 2. 6. Ephes. 6, 9. Coloss. 3. 25. 1. Pet. 1, 17. |

*Personam* ] Nemo DEO placet, quantumuis magnus & illustris, qui non est cultor SAPIENTIÆ, in quo Timor IEHOVÆ sedem suam non habet. A quo recessit Spiritus IEHOVÆ, ille cum Saule ruit in exitium. In quo nihil est Diuini, hunc deserit DEI Consultrix SAPIENTIA. *Pusillum & magnum*, &c. ] Pauperem & diuitem, vt habet Sapiens in Prouerbiis. *Æqualiter est illi cura*, &c. ] Hæc est vera Sapiētia, intelligere, DEVM, curam agere omnium hominum, & radios beneuolentiæ suæ in omnes spargere: Bonitatem omnibus communicare, inuidere nemini. Ergo nemo contemnendus, nemo opprimendus, nemo abominandus. Magnum DEVS non plus curat quàm pusillum: nec nauci præferet nobilem (vt magis ei parceret tempore computationis, wen er heisset / redde rationem villicationis tuæ) plebeio. Er schenckt es keinem / er tastet einem so wol auff die schwarten als dem andern. Vide versf. 38. & 41.

71 Potentibus verò vehemens instat inquisitio. | Vers. 9. | ☞ *Fortioribus autem fortior instat cruciatio.* 71

*Fortioribus*, &c.] Fortem DEVS fortius prosternit, quicumque fortitudine sua contra DEVM & homines abutitur. Quia magna fortitudine fortes prosternendi, & pusilli erigendi veniunt. Non audiatur illud: Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Er braucht vnd administriret das rechte Recht.

72 Non (enim) est Sapientia, nō est prudentia, non est cōsiliū ☞ contra DOMINVM. | Prou. 21 Vers. 30. | *Non est Sapientia, neque intelligentia, neque consilium contra IEHOVAM.* 72

*Contra* DOMINVM] Cum omnis vera Sapientia sit à DEO; contra DEVM, vera Sapientia militare non potest: Sapientia autem, quæ contra DEVM est, non est DEI Sapientia, sed mundi, nec habet DEVM auctorem, sed diabolum. Stultitia igitur est, si tenebræ militant aduersus Lucem, sicut muscæ contra elephantem. SAPIENTIA DEI Lux est, quam nulla humana Philosophia obfuscare potest; Lucidior est omni humana & serpentina calliditate: ideo penetrabit, perrumpet, & palmam obtinebit contra omnem sophisticam. Quando illucescet hora & dies veræ Sapientiæ, euanescent omnes laruæ vmbratilis philosophiæ. Quemadmodum, orto Sole Iustitię Iesu Christo, omnes vmbræ & laruę profanarum religionum euanuerunt; & adhuc Solem illum splendentem extinguere frustra nituntur tenebræ falsarum religionum; (Quod enim DEVS decreuit, non potest ab hominibus mutari.) Et sicut Iudæi frustra conantur extruere & instaurare templum Hierosolymitanum: Ita veniet propediem tempus, quo emergit NOVA LVX THEOSOPHICA, quam Sapientuli nostri, frustrà extinguere conabuntur.

Etiā CREATVRA vindictam exercet iustā in malos. Sap. 5 ℣. 18. & vsque in finem. & cap. 19.

73 (Nam) Tuam verò manum vt quis effugiat, fieri non potest: quippe Mundus ipse iustorum vindex est. | Sap 16. Vers. 15. Vers. 17. | *(Nam) Tuam, ô DOMINE, manum effugere impossibile est: etiam vindex est ORBIS iustorum.* 73

*Tuam manum*, &c.] Manus DEI in omnibus creaturis. Estque duplex: Auxiliatrix, & Vltrix. Auxilium manus DEI sentimus, quando Sol nobis fulget; quando nobis spirat Aer; quando vernat Terra; quando humectat aqua. Vltricem verò DEI manum sentimus, quando Sol negat influxum; violentia ventorum ingruit; terra sterilescit; aquæ inundant; omnes creaturæ vindictam in nos exercent; & quando totum Macro Cosmum DEVS in nos concitat, vt Cælum fundat fulgura, pestes, fames. Et quia DEVS manu suâ Cælum & Terram concludit, ideo effugere ipsius manum, impossibile est. Si Microcosmum respicias, quam facilè est DEO, auferre

mentem,

mentem, immittere, huius loco, insaniam ac furorem; auferre Sapientiam, & in brutum conuertere, vti testatur exemplum Nebucadnezaris. Auxiliatrix ergò DEI manus IN OMNIBVS Agnoscenda: Vltrix verò IN OMNIBVS Timenda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 74 | Ad vos igitur spectant sermones mei, ☞ ô tyranni, vt discatis SAPIENTIAM, neque offenſcetis. | Sap. 6. Vers. 10. | *Ad vos ergò Reges (non abs re Sophus noster iterum acclamat) sunt hi sermones mei, & vt discatis* SAPIENTIAM, *& non excidatis.* | 74 |

*O Tyranni*] Tyrannos appellat Reges ac Principes, in bonam partem. Τύραννος, *Dominus*, vel *Rex*: Sic enim Trogus, *Reges*, inquit, *ad huiusmodi fastigium maiestatis, spectata inter bonos moderatione prouecti, Tyranni ob fortitudinem vocabantur.* τυραννέω, *regno.* Hinc Euripidis illud, Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, hoc est, *Sapientes fiunt Reges Sapientum consuetudine.* Et sic nomen illud apud veteres contumeliosum non fuit, nec magis inuidiosum, quàm Regum. Postea verò, malitiâ crescente, cum superbi regnare cœpissent Reges, Tyranni nomen ad illos tantùm translatum est, qui non iure & legibus æquis, sed vi & animi libidine dominabantur, fecitque crudelitas eorum, vt nomen illud malè audierit. vers. 64. Græcus textus eos βασιλεῖς, hoc est, *Reges* appellauit. Intelligit autem non tantum Magistratum Politicum, verum quoque (vt ante dictum) inclusiuè Ecclesiasticum atque Scholasticum. *Vt discatis Sapientiam,*] Discite, quemadmodum decet Philosophos genuinos; SAPIENTIAM VERAM: nā (certum est) maior pars vestrum in vestibulis potius hæret & corticibus, viisque versatur labyrintheis Scientiarum & Artium earum, quæ riuuli sunt Bonorum & Donorum SAPIENTIÆ, quàm Scientiis & Artibus ipsis; nedum circa SAPIENTIÆ nucleum, aut SAPIENTIAM IPSAM: cum Sophiæ pedissequas & Virgines quasi cubiculares ne vix è limine salutetis extremo, nedum labia earum, osculo theoriæ aut praxeos, Theosophicè osculemini mellita: imò, pedibus conculcetis, anathematis fulmine diabolicè percutiatis; ob solum, quod dolendum, abusum!) & adamatores illarum Christianos, non Christianè damnetis: Vide vers. 113. Hoc maiores nostri quamplurimi questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, euersum esse vetustissimorum CABALISTARVM & MAGORVM, hoc est, SAPIENTVM, philosophandi modum Sapientem: regnate sophismata, in deterius & in omne nefas lapsos sapientes mundi huius immundi insipientes omnes, secumque trahere (ô DEVS!) ad interitum, qui sequuntur eos. Vide vers. 112. cum aliquot sequentibus; Item 28. & 187.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 75 | Qui enim iura officiaque Sanctitatis sanctè conseruauerint ☞ sancti censebuntur, hisque instituti, habebunt quod respondeant. | Vers. 11. | *Qui enim custodierint &* IVSTITIAM, *iustè iudicabuntur, & & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant.* | 75 |

IVSTITIAM] Diuinam: in SS.[a] Scriptura, Natura & Conſcientiis noſtris Diuinitus traditam ac ſcriptam. Qui hanc Iuſtitiam cuſtodierint, iuſtè iudicabuntur: quia SAPIENTIA ipſa, coram patre ſuo teſtimonium perhibebit illis, ipſos fuiſſe ac eſſe Doctrinæ ac Diſciplinæ filios, SAPIENTIÆ fideles dilectos. *Sancti cenſebuntur* ] Non qui vmbram iuſtitiæ & ſanctitatis ſectati ſunt, μόρφωσιν ἔχοντες τῆς εὐσεβείας, Die nur einen ſchein haben der Gottſeligkeit: ſed qui fuerunt vera iuſtitiæ, pietatis & ſanctitatis, organa, per quæ fides viua, & Spiritus ſanctus, vera exercuit iuſtitiæ & pietatis opera: ſancti iudicabuntur, hoc eſt, habebunt viua pietatis & fidei ſaluificæ teſtimonia, quæ pro ipſis reſpondebunt. *Didicerint iuſta* ] Quæ vera, recta & iuſta ſunt, in OMNISCIBILI. At vnde? Ex libro DEI Catholico, triuno, videlicet, SS.æ Scripturæ, Naturæ, Mentiſque noſtræ purgatæ Diuinitus illuminatæ. Eſt enim Mens mentis IEHOVAH. Et quomodo? TheoSophyſicè, Phyſicè, Phyſico Medicè, Phyſico Chemicè, &c. vt docet Amphitheatrum hoc: Orando ac Laborando. verſ.187.

| | | |
|---|---|---|
| 76 Concupiſcite ergò ſermones meos, diligite illos, ☞ & habebitis DISCIPLINAM. | Verſ.12. | *Expetite itaque ſermones meos ac deſiderate, & Eruditionem conſequimini.* 76 |

*Et habebitis* DISCIP.] Et, per conſequens, omnes Diſciplinæ vtilitates atque fructus, paſſim in hoc Prologo à Sapiente noſtro enumeratos.

Num.27,16
2.Reg.14,11.
3.Reg.3,9.

| | | |
|---|---|---|
| 77 Si delectamini ſedibus & ſceptris ô Reges populi, diligite SAPIENTIAM ☞ vt in perpetuum regnetis. | Ibidem Verſ.22. | *Si itaque ſoliis ſceptriſq; delectamini, Reges populorum, honorate* SAPIENTIAM, *vt perpetuum regnetis.* 77 |

*Vt in perpetuum regnetis*] Vt ſitis hæredes SAPIENTIÆ æternæ, Solius enim pietatis atque virtutis flos (qui SAPIENTIÆ) perpetuus.

| | | |
|---|---|---|
| 78 Diligite, (ô diligite) ☞ LVMEN SAPIENTIÆ omnes, qui præeſtis populis. | Verſ.23. | *In Græco non habetur.* |

*Lumen* SAP.] Omnes qui (ſiuè Politicè, Eccleſiaſticè aut Scholaſticè) præeſtis populis, LVMEN SAPIENTIÆ Æternæ diligite: Lumen, inquam, Veritatis Diuinæ Diuinum, Diuinitus ortum & lucens in SS.[a] Scriptura, Libro Naturæ, & Anima aut Mente, hominis Theoſophicè purgati, mundata. Mundus noctua ad Lucem hanc. O Lumen de Lumine æterno æternum, illumina (quæſo) mentē meam radio Lucis tuæ Diuinæ, luceas, oro, in Mineruæ templo Micro-Coſmico meo, vt cognoſcam te in me, & me in te, in SAPIENTIA ÆTERNA, ſola vera, Amen, verſ.170. In tuo enim Lumine videbo Lumen triunum, SS.æ Scripturæ, Naturæ Mentiſque meæ ignorantiæ ac ſuperfluitatum tenebris (ah turpiter!) obſcuratum. Vide verſ.226.

Sapien-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 79 | Sapientum autem multitudo est Mundi salus, & Rex prudens stabilimentum populi: | Vers. 26. | *Multitudo enim Sapientum & sanitas est orbis Terrarum, & & Rex Sapiens stabilimentum populi sui.* | 79 |

***Sanitas orbis Terrarum*** ] Quærunt multi, cur mundus totus in malignitate positus? Respondeo, loci huius doctrina monitus: Quia stultorum plena sunt omnia: aliâs, mundus non esset immundus. Nam multitudo Sapientum, sanitas est orbis terrarum. Vndè autem tot insipientes? Propter ea quod non obœdiunt monitis Sapientum, vers. 32. Cur non obœdiunt? Propria malitia, quæ etiam arguet eos, Ierem. 2. 19. Voluerunt, habeant. ***Rex sapiens***, &c.] Væ populo, exclamat Solomon, Eccles. 10, 16. Væ populo cuius Rex, (Politicus, Ecclesiasticus aut Scholasticus) puer est: (hoc est, insipiens, vers. 205. & cuius Principes manè comedunt. Beata Terra, cuius Rex (virtute) Nobilis est, & cuius Principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, non ad luxuriam. Firmus enim populi status consistit in Sapientia & Prudentia Regis: debilis, in luxuria helluonum, quos perdit crapula. Est certè anima sicca, prudentissima. Notate hoc vos, qui estis amphoræ Bacchi; & emendate sinistrum hunc viuendi ac bibendi modum: Sonsten sauffet jhr euch zu Narren/ franck/ arm/ vnd endlich zum teuffel gar in die Helle. Vers. 305.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 80 | Ergò accipite DISCIPLINAM & per sermones meos, & proderit vobis. | Vers. 27. | *Quapropter sermonibus meis erudimini, & vtilitatem percipietis.* | 80 |

***Per sermones meos*** ] Per Legem atque Doctrinam meam, quam vobis trado; quæ in Amphitheatro hoc, ex fonte catholico triuno, dextrè proponuntur. Qui SAPIENTIÆ fructus desiderat, arborem eius, quæ est Verbum & Eloquium DEI, plantet in corde tuo, & tunc vescetur fructibus eius.

# Discite igitur, ô mortales, SAPIENTIAM!

## Et,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 81 | Diligite & IVSTITIAM, & qui iudicatis Terram. | Sap. 1. Vers. 1. | *Diligite IVSTITIAM, qui iudicatis Terram.* | 81 | 3 Reg. 3, 3. Esaiæ 56, 1. |

***Iustitiam*** ] Id quod iustum & æquum est, in SS.a Scriptura, Libro Naturæ, & Conscientiis vestris rectis. ***Qui iudicatis*** ] Ecclesiasticè, Politicè atque Scholasticè.

*Hic inseratur figura secundi gradus.*



# II.
# GRADVS PROLOGETICVS SECVNDVS EXPOSITVS.

Sapientiam eiusque fructum & viā quærēdam; inque illa constanter perseuerandum docet ac admonet Sapiens.

82 Audite filii Disciplinam Patris: & attendite ad sciendam Intelligentiam. | Prou. 4 Vers. 1. | *Audite filii* DISCIPLINAM *patris, & attendite, vt sciatis* PRVDENTIAM. 82

*Audite filii*] Viam legitimam ad SAPIENTIAM eiusque fructum feliciter adipiscendum, monstrat hic Sapiens disciplinam nempe Patris audire, qua vitiosi inprimis corriguntur affectus, vt luminis diuini fiant capaces. Quò enim magis caro domatur, eò plus Spiritus illuminatur. Audire doctrinam, & audiendo obœdire, & obœdiendo gubernationem à DEO petere, est initium veræ ILLVMINATIONIS.

83 Quia doctrinam bonam do vobis: Legem meam ne derelinquatis. | Vers. 2. | DONVM *bonū tribuam vobis,* LEGEM *meam ne derelinquatis.* 83

DONVM *bonum*] Bonum, idque Donum. Quodnam? Summum, quo nihil maius, Catholicon, Tettriunum, videlicet, IEHOVÆ, Creaturæ atque Naturæ, & vestri ipsius Agnitionem, Cognitionem, Cognationem, Vnionem atque Fruitionem: de quo feliciter adipiscendo, agit Amphitheatrum hoc nostrum. Sed quomodo hoc? Respondet SAPIENTIA ipsa: Legem meam, inquiens, ne derelinquatis. Quasi diceret, ah, rogo, vos filii charissimi, ne derelinquatis Legem meam: ecce, si fideliter adhæseritis mihi, si permanseritis in Lege mea, tribuam vobis mea Bona & Dona infinita, abscondita in VERBO meo, Biblicè, Macro & Micro-Cosmicè tradito ac scripto.

Correctio DEI cum lætitia ferenda.

84 DISCIPLINAM DOMINI, fili mi, ne abiicias, | Prou. 3. Vers. 11. | CORRECTIONEM IEHOVÆ, *fili mi, ne abiicias, & ne ta-* 84

*nec*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ☞ nec deficias cum ab eo corriperis. | | *dio afficiaris propter increpationem eius:* | Hebr.12,5. Apoc.3,17. |

*Nec deficias*,&c.] Omnis enim afflictio vox DEI ad pœnitentiam. Hinc Psal.119.71.*Bonum mihi,quia humiliasti me,vt discerem iustificationes tuas.* Consolatoriè inquit IEHOVAH Psal.50,15. *Innoca me in die tribulationis, & ego eripiam te.* Orate igitur, ieiunantes, sine ira & hæsitatione: sinè ira, ne irascimini, existimantes vos aut sinè DEI consilio, aut iniustè affligi: (ò quàm sæpè sic tentantur etiam pii! expertis crede) sinè hæsitatione, firmiter credentes, DEVM vobis opitulaturum. Disciplinam igitur accipite, tanquam beneficium paternum, quo vocemini ad pœnitentiam, & cognitionem misericordiæ Diuinæ. Afflictione fides confirmatur, cum experimur nos à DEO iuuari. Non tentatus qualia scit? Tribulatio est Schola practica, & parit experientiam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 85 | ☞ Quem enim diligit DOMINVS, corripit: & quasi pater in filio, cōplacet sibi. | Vers.12. | *Quem enim diligit* IEHOVAH, *increpat, & veluti pater filium quem valdè amat.* | 85 |

*Quem diligit* DOMINVS, &c.] Huc pertinet Psal.73. totus: qui est *Asaph.* Hunc lege.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 86 | Apprehende correctionem, ne dimittas: custodi eā, quia ipsa est ☞ vita tua. | Prou.4. Vers.13. | *Tene* ☞ DISCIPLINAM, *ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est via tua.* | 86 |

DISCIPLINAM.] Doctrinam & pietatem, quæ ad OMNIA vtiles: hoc est, Timorem DOMINI. *Vita.*] Emendet igitur vitam, & ambulet in SAPIENTIÆ viis, qui vult acquirere vitam. Impossibile est, sinè vita acquirere vitam. Disciplinæ fructus, est vita; ferociæ, exitium.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 87 | VERITATEM eme, & ne vendas: eme Sapientiam & eruditionem, & intelligentiam. | Prou.23 Vers.23. | ☞ *VERITATEM eme, & noli vendere* SAPIENTIAM, *&* DOCTRINAM *&* INTELLIGENTIAM. | 87 |

VERITATEM *eme*] Da operam, vt hauriendo à DOMINO voluntatem, tibi compares Veritatem: nec postponas SAPIENTIAM veram, Ethnicorum quorundam, Diuinitus non illuminatorum, nugis falsitatum. Hoc significat, non vendere SAPIENTIAM, vide vers. 201. *Mundus vult decipi; velis tu sapienter erudiri.* Quomodo autem emitur Veritas? nullo sanè argento: sed pia inuestigatione, assiduis precibus, & laboribus indefessis in Oratorio & Laboratorio.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 88 | Manè semina semē tuum, & vesperi ne quiescere facias manum tuam. | Eccl.11. Vers.6. | ☞ *Mane (quoque) semina sementem tuam, & vespere ne cesset manus tua.* | 88 |

*Mane semina*, &c.] Quemadmodum cælum Macro-Cosmi, matutino & vespertino rore terram fœcundat, & Micro-Cosmum quoque recreat: ita tu *manè* semen sparge piarum precationum, & vesperi Laudum Diuinarum. Et quemadmodum auroram Musis amicam veteres dixerunt; ita tu auroram Angelis bonis amicam statuito. Fœcundissimum est semen, oratio ad DEVM: fructuosissimum semen est, liberalitas, beneficentia & eleemosyna: Opera charitatis semina sunt lætissima: emendatio totius vitæ est semen optimum. Hanc sementem in flore iuuentutis, vsque ad vesperum senectutis, seminabis, donec sequatur messis vitæ æternæ.

| | | |
|---|---|---|
| 89 Dulce (enim) ☞ LVMEN, & delectabile est oculis videre SOLEM. | Vers. 7. | *Dulcis quidem est LVX, & iucundum est oculis intueri Solem.* |

LVMEN, &c.] Summa, purissima, immaculata LVX DEVS est, LVX vera Christus est, & SOL Iustitiæ: LVX & LVMEN SAPIENTIÆ, Spiritus sanctus est: LVX est Angelus: LVX est, veritas, via, lætitia: LVX est amictus, est vestimentum DEI. O quàm iucundum est Lucem illam æternam, infinitam, oculis Mentis intueri, & Mente attingere; Increatam & incarnatam LVCEM fide amplecti in Saluatore: creatam LVCEM in Angelis contemplari: fulgentem in Macro Cosmico LVMINE Naturæ, in Luminaribus Cæli admirari: Lucentem in anima Micro-Cosmi excitare; & admirabile illud VRIM in Lapide Benedicto, Sole Philosophorum cernere. Dulce enim hoc Lumen & delectabile, clarius Aurorâ, pulchrius Lunâ, splendidius Sole. Effigies enim est fulgentis, resplendentis & clarificatæ faciei, & Lucis Candore albicantium vestium Saluatoris. Dilectus enim meus candidus & rubicundus, cui corpora nostra regenerata & glorificata erunt perquam simillima, quando fulgebunt instar luminarium cæli, O dulce Lumen, & oculis delectabile! 89

Psal. 104, 2.

| | | |
|---|---|---|
| 90 Vade ad formicam piger, vide vias eius, & sapiens esto: | Prou. 6. Vers. 6. | ☞ *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce SAPIENTIAM.* 90 |

Excitatur piger ad laborem & Sapientiæ studium atque inuestigationem.

*Vade ad formicam*] Non ad formicam tantum, sed etiam ad animalia quæuis: in vnoquoque enim horum Sapentiæ aut Prudentiæ experiêtis relucere scintillam. Auentinus, in annalibus Boiorum, prolixa probat historia, CICONIAM coniugalis castitatis esse studiosissimam, adeò, vt sociam propriam, adulteram si fortè deprehenderit (quod ore potest) vnâ cum pullis in adulterio à matre conceptis laniet ac discerpat. De CANVM fidelitate phalecion extat non inelegans Iacobi Mycilli, cuius initium est:

*Inter quadrupedes, canis fidelis,*
*Inter quadrupedes, canis voluptas,*
*Inter quadrupedes, canis Patronum*
*Cognoscit, veneratur & tuetur*, &c.

Canum fidelitatis exempla egregia multa vide apud Plutarchum lib. de industria animalium. Ideam fidei, constantiæ, ferociæ, venustatis, lenitatis,

in Ada-

in Adamantio, lepidissimo Iulii Cæsaris Scaligeri catello, docet tumulus illius, parte poëmatum Domini sui prima. Nec desunt exempla aliorum, vbiuis ferè locorum. ELEPHAS, animalium terrestrium maximum, docile, elemens, prudens, memoria valens, φιλανθρωπον, iuxta Plinium, lib. 8. Natural. histor. & *Iustum Lipsium* in Epistolis, teste quoque experientia hodierna: sciunt enim testes oculares & fide digni, quæ præstiterit magnanimitatis documenta Antuerpiæ, Vlyxeponæ, atque Viennæ, nostro tempore. ALAVDA nomen habet apud doctos, à laude, quod mire laudet DEVM, eique gratias agat pro Donis ac Bonis suis: septies etiam obseruatum est, ipsam volare in altum, seseque dimittere, priusquam assumat de terra granulum vnum pro victu. Hoccine est rationale quid laudare DEVM, eique gratias agere: Sapientiores in hisce sunt abundè multis hominibus inhumanis. Quis docuit hirundinem domum sibi tam artificiosam extruere? Quatuor, inquit Agur, filius Iace, (Prou. 30, 24. &c.) sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi: lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Magnus hîc de vestigiis Sapientiæ, Prudentiæque in animalibus differendi aperitur campus; sufficiant tamen in præsentia (loco quamplurimorum) hæc pauca. Hoc addam: Sensit Plutarchus hæc, quæ dicuntur ζῶα ἄλογα, id est, bruta animalia, esse λογικά, hoc est, ratione prædita: (si non totali, saltem rationis atque virtutum scintillis vel atomis aliquibus dixisse potuisset) quod & Lactantius statuit, & nostro tempore Guilielmus Onciacus de mysteriis numerorum scripto peculiari agens, defendit. Et benè hi omnes (meo quoque iudicio) sentiunt: dum enim scintilla Sapientiæ Diuinæ lucet in animalibus omnibus, puta terrestribus, aqueis & volatilibus, non illa prorsus irrationalia sunt, sed tantum in prudentiæ gradu hominibus inferiora: in hominibus enim relucet Sapientia longè vberior. Vereor, si quibusdam Animalibus (nec homines omnes sunt æquali gradu vel sapientes, vel prudentes) à creatore esset concessum beneficium linguæ, ne illa ipsa quodammodo satisfacerent reclamantibus. Loquelæ linguæ defectum resarcier loquela operum atque factorum. Iudicium esto penes expertos. Ingemiscentia Creaturæ ad Rom. 8, 22. non sibi vult nihil. Obiicis Psalmistæ illud: *Quibus non est intellectus.* Debile certè. Nonne idem de hominibus vehementibus, iracundis atque ferocibus dici solet, aliàs ratione non destitutis? Mirabilis DEVS in operibus suis; cuius Bonitatem, Omnipotentiam & Sapientiam (tam particulariter quàm vniuersaliter) loquitur, fatetur, ac profitetur totũ vniuersum: modo essent, qui obseruarent DEVM macrocosmicè loquentem, eumque intelligerent.

| Cui cum non sit dux, nec præfectus, nec dominus. | Vers. 7. | *Quæ cum non habeat ducẽ, nec præceptorẽ, nec principẽ.* | 91 |
|---|---|---|---|

*Ducem*] Visibilem aut externum: internum habet, Naturam videlicet, præceptricem (quæ eam non insipienter instituit) fidelissimam ac sapientem.

92 Tamen parat in æſtate cibum ſuum, cógregat in meſſe eſcam ſuam.

☞ *Parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat.* 92

*Parat in æſtate*, &c.] Laborandum eſſe, eriam à formica ſapienter docemur. Theoſophicè Orandum & ſapienter Laborandum cuiuis noſtrûm. Ideò Paulus Epheſ. 4, 28. præcipir, vt laborer vnusquiſque manibus ſuis quod bonum eſt, vt habear vnde tribuar neceſſitatem patiendi. Hæc DEI, qui otium execratur, voluntas: quia *otia dant vitia. Otium puluinar Sathanæ.* Apud Ezech. inter peccata Sodomæ, etiam otium numeratur, vbi c. 16, 49. ſic legitur: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiorum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes: & abſtuli eas, ſicut vidiſti.* Otium hoc loco intelligitur mane, ceſſatio & vacatio turpis; quod iucundum malum, & vitæ caries hecticaque ægritudo omnium bonorum: non honeſtum illud ac liberale, de quo infra verſ. 205. Cum Minerua manum mouendam eſſe, rectè veneranda præcipit Antiquitas: & quidem in æſtate, hoc eſt, in tempore opportuno. Vide verſ. 170. Studium igitur & labores SAPIENTIÆ veræ noli differre in craſtinum, ſeu longum: hodie, hodie Ora, diſce, obſerua, annota, quicquid Theoſophicè ſuggerit tibi Spiritus veritatis: hodie, hodie Labora, & cibum SAPIENTIÆ corpori, Spiritui ac Animæ para, tu Chriſtiano Cabalæ, Phyſico-Magiæ, & Phyſico Chemiæ ſtudioſe. Rationis trutina diligenter perpende, ex negotio negotium ſeri, donec naſcatur labyrinthus, ex quo nunquam extricêris. Sequere igitur bene monentem, bonosque labores (mentales & manuales) de die in diem nequaquam differ. Was du gutes thun vnd laborıren wilt/ das thue balde. Nam vita breuis, ars longa.

93 Vſquequo piger dormies? quando conſurges ☞ à ſomno tuo?

Verſ. 9.

*Vſquequo piger dormies? quando ſurges à ſomno tuo?* 93

*A ſomno*] Non tantum pigritiæ, ſed quoque malitiæ, deriſionis, incredulitatis, ignorantiæ ac negligentiæ; tam famæ, quàm vitæ, animæ & corpori, perniciofiſſimo. Prou. 20, 13. *Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos, & ſaturare panibus.*

94 Paululum dormies, paululū ☞ dormitabis, paululum conſeres manus vt dormias.

Verſ. 10.

*Parum ſomnorum, parum dormitationum capiendo, parum complicationis manuum ad dormiendum:* 94

*Paululum dormitabis*, &c.] Illud paululum ſolet creſcere in immenſum: iuxta illud, *Paruus error in initio, magnus in fine.* Piger morando, fugit ſeipſum, & dona DEI.

95 Et veniet tanquam viator

*Et veniet tanquam viator* 95

egeſtas

egestas tua, & paupertas tua tanquam vir clypeo armatus.

*Et egestas tua, & pauperies, quasi vir armatus.* ☞ *Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te.*

Ora & Labora: DEVS dabit sine mora.

*Egestas & pauperies*] Non panis tantùm, verùm etiam SAPIENTIÆ, Prudentiæ ac Intelligentiæ, tam in Naturalibus, Artificialibus, Mechanicis, &c. quàm in Metaphysicis atque Diuinis. Huc quadrant Prouerbia: *Labores recusans, honores recusat. Honos & onus concurrunt. Qui vult sentire commoda, sentiat & onera.* Sic Prou.10, 4. *Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat.* Et, ibid.14, 23. *In omni opere bono erit abundantia, vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Nullus siquidem fructus prouenit, ex sermone prolato. Germani inferiores dicunt: Es ist mit seggen nicht gethan. Manus sunt in nomine Domini admouendæ; & tunc sequitur profectus aut emolumentum. *Si impiger*, &c.] Hinc illud: Auffrecht vnd vnverdrossen/ hat sehr offt genossen. *Primus surgat toro Paterfamiliâs, vltimus cubet.*

6 Qui cōgregat in æstate, filius intelligens est: qui verò dormit in messe, filius est confundens.

Prou.10 Vers.5.

*Qui congregat* ☞ *in* MESSE, *filius Sapiens est: qui autem stertit* ÆSTATE, *filius confusionis.* 96

*In messe*] Occasionis aut temporis opportuni. Nam, *Fronte capillata est posthac occasio calua.* Notetur vox Ferdinandi Imperatoris; *Sæpe dat vnus dies, quòd aliàs integer non dedit annus.* Tempus igitur, locum, personas, & occasionem in rebus gerendis obserua: vrgeatque vnusquisque oblatam sibi à DEO occasionem benè gerendæ rei. Paulus in eandem sententiam iubet seruire tempori, Ephes.5, 16. Æstas est, non anni tantùm, sed & iuuentutis, totius vitæ, occasionis, temporis, amicorum, præceptorum, promotionum, bonorum Corporis, Animæ atque Fortunæ dictorum: Genius aut Spiritus tuus bonus potest ac vult: Potest autem & vult, cum te impellit, quando motum in te percipis bonum. Motus ille, illa impulsio æterna & externa, est vocatio Diuina, in qua, iuxta Apostoli doctrinam, Orando & Laborando, fideliter permanendum. 1, Cor.7, 20. Vide verss.170, 177.

☞ Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omninò sciens.

Prou.9. Vers.13.

*Mulier stulta tumultuatur, simplex est, & nescit quicquam.* 97

*Mulier stulta*, &c.] Sapientia mundana est mulier illa stulta, quæ propterea *stulta* vocatur, quia non est radio aliquo Sapientiæ Cælestis illustrata. Summa stultitia est, quicquid humanum ingenium parturit absque illuminatione Spiritus sancti; ex qua stultitia deinde sequuntur clamosæ, streperæ, & tumultuosæ contentiones, quæstiones, subtilitates, sophismata, quæ tandem in ventos & fumum abeunt. Nihilominus tamen

hæc fatua meretrix, fuco picta & purpurata veste induta, fraudibus suis illec:ebrisque inescat multos, & speciosis titulis palliat suam stultitiam, & per omnes gradus stultitiæ ducit alumnos suos, vsque ad supremam laruam. De hac vide plura verss. 107. & 117.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 98 | Et sedet ad ostium domus suæ super sedem, in locis excelsis ciuitatis. | Verf. 14. | *Sedet & in foribus domus suæ super sellam & in excelso vrbis loco.* | 98 |

*In foribus*, &c.] Quemadmodum ostium Sapientiæ verè est timor DEI & assiduæ preces: ita ostium domus stultitiæ est DEI ignorantia, & propria phantasia, quæ in ludicris verborum tricis hæret, seseque fastuosè ostentat. Et quemadmodum vestibula domus solent esse pulchra & splendida: sic ostium stultitiæ magnis verborum ampullis est adornatum. *In excelso*, &c.] Etiamsi præter fucum & lenocinia verborum inanium, mundana sapientia nihil habeat: tamen sedem in loco excelso ciuitatis sibi exstruxit, hoc est, opinionem Sapientiæ sibi conciliat, homines in admirationem sui rapit, & quasi numen quoddam ab omnibus colitur, verâ Sapientiâ oppressâ & explosa: quemadmodum Scribæ & Pharisæi & summi Pontifices in loco excelso sedebant, id est, in magna authoritate erant, Christo Saluatore nostro, qui est vera Sapientia, profligato.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 99 | Vt vocet transeuntes per viam, qui dirigunt semitas suas, dicens. | Verf. 15. | *Vt vocaret & transeuntes per viam, & pergentes itinere suo.* | 99 |

*Transeuntes per viam*] Multi alliciuntur ad stultitiæ limites, vanis titulis, honoribus, stipendiis, laude eruditionis, & acquiescunt in vmbratili illa & verbosa philosophia, ignari veræ Sapientiæ, quæ longè aliâ viâ inuestiganda & acquirenda est. Quam viam sapientissimus Rex nobis monstrat in libro Sapientiæ. Ah transeuntes per viam breuissimæ & miserrimæ vitæ huius, prudenter & piè discite dirigere semitas vestras, vt ad portam & portam Sapientiæ Æternæ perducamini.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 100 | Quis est paruulus, declinet ad me, & ☞ vecordi loquuta est. | Verf. 16. | *Quisquis est simplex, declinet huc, & carenti corde dixit,* | 100 |

*Vecordi loquuta est*] Insipiens & vecors & amens est, qui patitur sibi imponi à mundana sapientia, quæ inescat simplices honoribus, voluptatibus, opibus, quæ fumi instar diffugiunt & euanescunt. Filii Sapientiæ quærunt honores per humilitatem, voluptates per sobrietatem, opes per benignitatem, gaudium per lachrymas, scientiam per experientiam in Oratorio & Laboratorio.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 101 | ☞ Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & ☞ panis absconditus suauior. | Verf. 17. | *Aquæ furatæ dulces sunt: & panis absconditus suauis est.* | 101 |

*Aqua furtiua*, &c.] Omnes Scientiæ non diuinitus, aut Diuino-Magicè, & Christiano-Cabalicè acquisitæ per preces & lachrymas sunt aquæ furtiuæ, nō Diuinitus datæ; ideo non sunt dona perfecta à patre luminum profecta; igitur deceptoria, fucata, nullius emolumenti. Dulces sunt, quia acquiruntur sinè carnis mortificatione, sine vera pœnitentia, sine vero timore DEI; ideò carni sunt dulces. *Panis absconditus*] Furtim acquisitus, non est panis Sapientiæ & vitæ, quo anima alitur, sed est panis voluptatis mundanæ, opum & honorum futiliū; ideo suauis carni, at læthalis animæ.

| | | |
|---|---|---|
| 102 Et nescit simplex, quod mortui sunt ibi, in profundis inferni sunt inuitati ab ea. | Vers. 18. | *Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.* 102 |
| | Ex Septuaginta. | *Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.* |

Exhortatio ad SAPIENTIAM, & obseruationē Præceptorum.

*In profundis inferni*, &c.] Hic est finis Sapientiæ mundanę immundæ, huc quoque omnes diuertunt eâ imbuti, inflati, turgidi. Hic splendor eorum in tenebras, luxus in miseriam, voluptates in eruciatus, gaudium in eiulatum, honores in ignominiam, opes in fœditatem abominabilem conuertuntur. Qui enim in hac vita non est domicilium SAPIENTIÆ Æternæ, Lucis Diuinæ, & Spiritus sancti; habitaculum erit tenebrarum, & hortotis infernalis, spirituum malorum: eò quòd Lucem à tenebris, Veritatem à mendacio petiit. *O Æterna Veritas, doce nos; Æterna via, dirige nos; Æterna Vita viuifica nos; Æterna Lux, illumina nos; Æterna Salus, salua nos: ne in profundis inferni epula nostra, sed in altissimis ad Sapientia Æterna mensam assideamus, satiati aspectu Diuino in æternum.*

| | | |
|---|---|---|
| 103 (O) fili mi, custodi sermones meos, & Præcepta mea reconde apud te. | Prou. 7. Vers. 1. | *(O) fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi.* 103 |
| | Ex Septuaginta. | *Fili, honora DOMINVM, & valebis: præter eum verò, ne timueris alienum.* |

*Fili mi*] Conuertat te DEVS in melius, qui supercilio ignobili & mundano spernis admonitiones Sapientis, tam paternas fraternasque meas. *Præcepta mea reconde tibi.*] Multa & ferè innumerabilia, obiiciunt spiritus maligni & impostores, humanis ingeniis impedimenta, quibus viam ad Salutarem conuersionem & illuminationem intercludunt. Quot enim, obsecro, sunt Mundi illecebræ? quot voluptates, quibus quasi visco retinentur corda mortalium, quemadmodum canit Poëta: *Viscus merus, vestra est blanditia.* Et quemadmodum opio conuertuntur in somnum, eo qui vtuntur: ità stygio & infernali opio, animi mortalium conuertuntur in somnum lethæum, & profundam obliuionem rerum Cælestium. Ideò mo-

nec hîc Sapiens, vt filius Theosophiæ, præcepta eius in intimos cordis penetralibus recondat, & fideli iugique memoria custodiat. Obliteratis enim viuis DEI sermonibus in pectore humano, recedit Spiritus Illuminationis & Sapientiæ, & succedit spiritus tenebrarum & stultitiæ.

Adhortatur ad contemplationem VERBI DEI, quò retrahimur à scortatione Mentis & Corporis.

| | | |
|---|---|---|
| 104 Serua MANDATA mea, & viues: & LEGEM meam quasi pupillam oculi tui. | Vers. 2. | Custodi Præcepta mea, & viues: & Legẽ meam tanquam pupillam oculorum tuorum. 104 |

*Et viues*] Quia vita sunt inuenientibus ea. Vide vers. 27. O præclaram sententiam, plenam Sapientiæ! Quemadmodum enim pupilla sedes est radiorum visiuorum & luminis visiui; ita præcepta DEI sunt lux & radii luminosi in mentibus hominum.

| | | |
|---|---|---|
| 105 Alliga ea digitis tuis; scribe ea in tabula cordis tui. | Vers. 3. | Liga Eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. 105 |

*Liga eam in digitis*] Tanquam in annulo recordationis. Hic ANNVLVS assistentiæ Spiritus boni, Theosophorum. *Liga præcepta mea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo* Prou. 6, 21. *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus tua,* Deut. 6, 6. Omnia, scito, nobis ad doctrinam esse scripta. Quamobrem, hîc, disce. *In tabulis cordis*] Hoc PENTACVLVM Solomonis virtuosum: non illud Nigromanticorum seu Cacomagorum phantasticum atque blasphemum: è collo Mentis tuæ suspendendum. Vide figuram Amphitheatri huius quartam.

| | | |
|---|---|---|
| 106 Dic SAPIENTIÆ, soror mea es tu: & propinquam, INTELLIGENTIAM voca: | Vers. 4. | Dic SAPIENTIÆ, soror mea es; & PRVDENTIAM voca amicam tuam. 106 |

*Dic* SAPIENTIÆ, &c.] DEVS bone, quid hoc est? dicere SAPIENTIÆ Æternæ, SOROR MEA es, & PRVDENTIAM DEI vocare Amicam meam! Ego ne mortalis hoc audebo? Quid faciam? Sapienti sapienter obtemperabo: optansque ex totis præcordiis meis, stimulo SAPIENTIÆ ipsius impulsus, lachrymasque pœnitentiales, primordialem Regenerationis ὕλην, præ gaudio interno effundens, dico dicamque semper SAPIENTIÆ IEHOVÆ, sis amica mea, formosa mea, columba mea! Te eligo, cui dico, tu mihi sola places! Veni in hortum Mentis meæ! Veni, veni, veni, ô corculum meum! delitiæ meæ! *O Hhochmahel! ô Benahel!* ô fructuosissimum in nos SAPIENTIÆ veræ aduentum! Perplacet mihi vox, quam Socrates Atheniensis Philosophus sigillo suo gerebat insculptam, hæc: *Amicus hominis, Sapientia eius: Inimicus stultitia.* Quid, quæso, congruentius Sapientis nostri, loci citati, verbis, si de SAPIENTIA Æterna, solâ verâ, piè ac Christianè hoc intelligamus? Amicus, IHSVH

CHRISTVS

CHRISTVS, Θεάνθρωπος, (SAPIENTIA DEI, nostri causa caro facta) certus, imo frater suauissimus, qui in re incerta cernitur. Amicus non nemagnus, qui moritur hostis amore? In hoc Archetypum fideliter imitantes, sapimus, possimus ac imperramus OMNIA, ChristianoCabalisticè, PhysicomagicèPhysicoChemieè, Theosophicè. Per SAPIENTIAM conseruati sunt, quicunque placuerunt DOMINO à principio, vers.270. Vide cap.10.lib.Sapien.totum. Porrò: Dixisti optimè frater, Matth.8,20. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, at filius hominis non habet vbi caput reclinet.* In me, obsecro, caput reclina: totus, tibi pateo: totus sum tuus: non vt tu conquiescas, sed mihi, Corpore, Spiritu & Anima, ex te sit quies (QVIES) æterna. Concordat cum hisce nostris D. Augustinus, Medit.cap.7.& 8.inquiens: *Amo te,* DEVS *meus, amore magno, magisque te amare cupio, da mihi vt amem te semper quantum volo, quantum debeo, vt tu solus tota intentio mea, & omnis meditatio mea, te mediter per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in nocte, te alloquatur Spiritus meus, tecum fabuletur Mens mea; lumine sanctæ visionis tuæ illustretur cor meum, vt te duce, te rectore, ambulem de virtute in virtutem, tandemque videam te* DEVM *Deorum in Sion, nunc quidem per Speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, Amen.* *Erue, Doctrinæ fili, qua volo.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 107 | Vt custodiat te à muliere aliena, ab extranea quæ sermones suos lenit. | Vers.5. | *Vt custodiat te* ☞ *à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.* | 107 |

*A muliere extranea*] De qua vers.117. Fornicatio cum ea, ad æternum ducit perniciem: mel enim habet in ore, fel arsenicale (rodens interiora) in corde.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 108 | Ne declinet ad vias eius cor tuum, neque oberres in semitis eius. | Ibidem Vers.25. | ☞ *Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius.* | 108 |

*Ne abstrahatur*, &c.] Mundana sapientia meretrix est, illecebris suis carnalibus, vtpote fastu, arrogantia, superbia, voluptatibus, honoribus, diuitiis, mentes hominum alliciens; quibus tamen Mens humana non illuminatur, sed tenebris obscuratur, corrumpitur, fædatur. Semitæ etiam ipsius deceptoriæ, non perducentes ad verum finem hominis, ad veram & æternam Sapientiam, sed ad mortem & confusionem. Diuina Sapientia virgo est, quæ non iungitur, desponsatur aut copulatur cum impuris animis, sed DEI Timore imbutis, quos puritate sua illuminat, & ad fontem SAPIENTIÆ, & ad primæuam lucem Christum Iesum perducit, & cum eodem coniungit. Vide infra vers.117.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 109 | ☞ Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. | Vers.26. | *Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* | 109 |

*Multos vulneratos deiecit* ] Multi qui concubuêre cum meretrice hac, viri (quidam) ingenii aliâs non admodum praui, veneno eius subtili, tanquam epidemica lue, grauiter infecti, vix tandem, in mortis agone, aliquid leuaminis senserunt: multi, fortissimi, hoc est, docti & sapientissimi (à suis similibus) habiti, (cum tamen erant stultissimi) in Sapientiæ tam insipientis caligine, lethaliter sauciati, decumbentes, miserè expirarunt (exempla suot in promptu innumera) & perierunt in vanitatibus suis, inque teoebrarum abysso sepulti iacentes manent. Alterius igitur exemplo, fili, discito. Nam *felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 110 | ☞ Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. | Vers. 27. | *Viæ inferni, domus eius, descendentes ad cubicula mortis.* | 110 |

*Viæ inferi, &c.* ] Ducentes eò, vnde venerunt. Sapientiæ Diuinæ viæ rectæ sunt ad cælestia æternaque perducentes, penetraotes interiora vitæ: ad viæ inferni sunt viæ impietatis, ad interiores mortis acerbitates perducentes. Finis Sapientiæ veræ ac Diuinæ, vita est: falsæ ac mundanæ mors. Serpentina enim illa astutia mortem in mundum introduxit: Diuina vero Sapientia (incarnata, filius DEI) vitam mundo dedit.

SAPIENTIA ab impiorũ via & sceratione cũ Sophistis liberat & dirigit in viam bonam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 111 | Quãdo intrauerit SAPIENTIA cor tuum: & cognitio animæ tuæ dulcis fuerit: | Prou. 2. Vers. 7. | ☞ *Si intrauerit* SAPIENTIA *cor tuum, &* SCIENTIA *animæ tuæ* ☞ *placuerit.* | 111 |

*Si intrauerit* ] Si nectar SAPIENTIÆ gustauerit cortuum. *Placuerit* ] Ita, vt decernas ad vsum vitæ ac consuetudinem tibi adiungere eam, vers. 307. eique ex toto corde dicere, Soror mea es, & PRVDENTIAM vocare amicam tuam, vers. 106. Sponsam eam tibi assumere, vers. 146. & conquiescere cum illa, vers. 236. O quanta multitudo dulcedinis diligentibus te Domine?

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 112 | Cogitantia custodiet te, & intelligẽtia cõseruabit te. | Vers. 11. | ☞ *Consilium custodiet te, & Prudentia seruabit te.* | 112 |

*Consilium custodiet te* ] Non humanum sed Diuinum, quod IEHOVAH misit de altissimis. Ne in deceptionum & errorum lapidem impingat pes mentis tuæ. Et sic corriguntur viæ hominum in terra, & discunt salutaria vitæ & actionum consilia.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 113 | Vt eruat te à via mala, à viro loquente peruersitates: | Vers. 12. | *Vt eruaris* ☞ *à via mala, & ab homine* ☞ *qui peruersa loquitur.* | 113 |

*A via mala* ] Hoc est, à dogmate Sapientiæ mundanæ aut secularis: quę Philosophia vt prorsus destituta luce Veritatis, ita tota sophistica & insipiens, stultitiaq; coram DEO, teste Paulo 1. Cor. 1, 20. Vnde ad Coloss. 2, 8.

*Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.* Id est, per Philosophiam, quæ caret spiraculo D E I & illustratione Diuinâ: innitentem prudentiæ suæ phantasticæ atque mundanæ, non luci veritatis, in Libris SS.ª Scripturæ, Naturæ & Conscientiæ Diuinitus scriptæ, traditæ ac manifestatæ. *Qui peruersa loquitur*] In quocunque vis scibili. Diabologus ille sit, aut Juteperuersus, Cacomedicus, Pseudophysicus, Sophista, aut quiuis alius, pro rectis falsa substituens, specie veritatis fucata. Adeò in quouis status genere (super quo conquetitur omnis Iustitiam amans) rerum gerẽdarum isti gubernacula passim hodie tenent, vt inter Sapientes, hoc seculo ferè minimè tutum sit, S A P I E N T I Æ Doctrinam purè profiteri. Tantum inualuit malitiæ fumus! Nam, si qui sunt, (Diis geniti) qui V E R I T A T I totos se dedicant, insani, ignari, irreligiosi, interdum hæretici vocantur, odio habentur, etiam periculum capitale in eos constituitur, contumeliis afficiuntur, sæpè lucis huius vsura priuantur. Hæc præmia S A P I E N T I Æ amatorum, apud mundum immundum: hisce iniuriosè affecta ipsa S A P I E N T I A incarnata caput: similia patienter feramus, membra. Est enim summa felicitas, propter Optimum, pati à pessimis. O tempora! ô mores! D E U S, det istis funem & finem. Amen, dicat omnis Theo-Sophiæ amator.

| | | |
|---|---|---|
| 114 Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. | Vers. 13. | *Qui & derelinquunt semitas rectas, & ambulãt per vias tenebrosas.* 114 |

*Qui derelinquunt*, &c.] Nimirum, semitas S A P I E N T I Æ vetas: quos proptereà S A P I E N T I A vicissim relinquit, & iure optimo tradit (Rom. 1, 28. & seqq.) in reprobum sensum, vt ambulent per vias tenebrosas, & faciant ea, quæ non cõueniunt; repleti omni iniustitia, (perpendite hęc, quęso, qui Ecclesiasticè, Politicè atq; Scholasticè, Tetram iudicatis, vers. 65. & seqq.) scortatione, versutiâ, auaritiâ, malitiâ, pleni inuidiâ, cæde, contentione, dolo, malis præditi moribus, susurrones, obtrectatores, D E I osores, contumeliosi, elati, gloriosi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri: expertes intelligẽtiæ, pactorum haud quaquam tenaces, alieni à charitatis affectu, nescii fœderis, immisericordes. Lapidi Lydio huic affricet vnusquisque (cuiuscunque sit ordinis, status ac facultatis) Conscientiam, examinetque acta & facta sua qui vult ac gaudet S A P I E N T I Æ vetæ filius esse & nominari. S I G N A T V R Æ hæc certo certius demonstrant, tales qui sunt, nihil firmi, solidi aut recte scire, opinari tantum: dum opinantur, sunt semper discentes ac disputantes, ad veritatis finem nunquam perueniences. *Nimium enim altercando*; iuxta P. Clodii atque Vattonis prouerbium, *veritas amittitur.*

| | | |
|---|---|---|
| 115 Qui lætantur facere malum, exultant in peruersitatibus mali. | Vers. 14. | *Qui lætantur* ☞ *cum malefecerint, & exultant* ☞ *in rebus pessimis:* 115 |

*Cum male fecerint* ] Cum falſum pro vero, iniqunm pro æquo, nefas pro iure,fraudulentiſſimi ſubdolè ſubſtituerint atque defenderint: apud quos Ius & Iuſtiria, Veritas & Conſcientia, nihil eſt, niſi publica merces vanæque, apud vulgum imperitum & profanum, qui ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat, gloriæ aucupium. Pereant,qui candidum vertunt in nigrum. *In rebus peſſimis* ] Væ autem illis: quia committunt,quod haud facilè remittetur,peccatum contra Conſcientiam.

116 Quorum ☞ viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum. | Verſ. 15. | *Quorum ſemitæ peruerſæ ſunt, & peruerſi ſunt in viis ſuis.* 116

*Viæ peruerſæ* ] Ah,cur non peruerſæ?Cum laruas ſuperbiæ,ſophiſmarum, mendaciorum, litigioſarum rationum concluſiuncularumve, deceptionum & falſitarum pernitioſiſſimas,ſupercilio alto malitioſe præferant formoſæ veritatis faciei. Ob quod verè infames greſſus eorum.

Scortationem tā rationis ac mentis,quā corporis vitandam.

117 Vt eruaris ☞ à muliere aliena, & ☞ ab extranea, ☞ q̄ mollit ſermones ſuos. | Verſ. 16. | *Vt eruat te inquam à muliere extranea, ab aliena, quæ eloquia ſua emollit,* 117

*A muliere aliena* ] Sapiens hîc non ſimpliciter de ſcortatione agit carnali,verum quoque ſenſuum,rationis ac mentis,quemadmodum verſu apparet 108. Vt enim corrumpunt bonos mores colloquia praua; ſic bonas mentes dogmata falſa. Sapientia mundana, vulpecularis, tumida, ſuperba, litigiosè diſputatoria, ampulloſa, verborum inanium garrulitate ſine mente ſonos blaterans,& dialecticis præſtigiis (diſtinguo,amice Lector, vſum verum ab abuſu) per ſophiſmarum ambages, ſeductionum retia tendēs, eſt illa illex,blāda & aliena & mulier (Prou.7.) extranea, ſtulta & clamoſa,quæ mendaciſſimo titulo,pro SAPIENTIA vera, ſe diabolicè venditat ſtultis: cū,iuxta Paulum,nulla verior ſit ſtultitia apud DEVM,quàm terrena ſapientia; dediſcenda ei, qui verè cupiat ſapere. In Philoſophicis Ludouicum Viues audire Philoſophum (cui, vt artifici in ſua arte credendum) ſenem, doctrina & experientia valentem: Quæ,inquit,in iuuentute elaro ſupercilio putabam eſſe theſauros in Philoſophia, iam conuerſus & ſenex, video vix ſtercora eſſe, & tantum remoras vitæ piæ, ſtudiorumque neceſſariorum fuiſſe. Hæc ille. Sanctos etiam Patres, Hieronymum, Ambroſiū, Auguſtinum, Cyprianum, Hilarium, Baſilium,Cyrillum, Tertullianum, Bernhardum, Prudentium, Iſidorum, multosque alios viros pios & doctos (quorum poſſem, ſi ferrent tempus & locus, prolixum inſtituere catalogum, ſcriptis illorum id abundè reſtantibus) non parum pœnituit inſumptæ operæ, quam locatunt in tractanda Philoſophia ſeculari, ſemper diſputatoria, Ethnica, terrena: omneſque poſt multos in illa exanthlaros labores, in eo tandem conueniunt, iſtam peſtem eſſe veritatis, ſcientiæ ſolidæ,Legiſque DEI, & Religionis Chriſti. Fugite ergò,fugite, ô adoleſcentes, meretricem: &, exemplo Imperatoris Maximiliani I.

Ethnicè

Ethnicè aut profanè philoſophantes, audite vt ranas, non vt philomelas. Qui (diabolo non impediente) poteſt capere, capiat & ſe emendet. *Ab extranea*] peregrina, Græca, mendaci, quæ non comprobatur teſtimonio Spiritus ſancti interno. Ratio eſt, quia Sapientia non acquiritur fucatis & phaleratis Rhetoricæ verbis, nec ſyllogiſmorum tortuoſitatibus, quibus Extranea hæc paruulos & incautos in ſui (heu turpem & meretricium!) amorem pellicit: ſed Lumine mentis Diuinitus illuſtratæ (Enthuſiaſticè) cadente ſuper intellectum, & mouente liberam credendi voluntatem: quæ nobiliſſima eſt omnium rerum ſciendarum via. *Quæ mollit ſermones ſuos*] Dialecticè, Rhetoricè. Seneca: *Mellitum venenum, blanda oratio. Qui facilè credit, facilè decipitur.* Proinde Cicero rectè dixit: *Vires & nerui ſunt Sapientiæ, non facilè credere.* Et Euripides: *Prudenti diffidentia nihil melius & vtilius hominibus.* Diſcite ergô nunc, ô mortales, tot tantorumque monitis, hanc cauere, non ipſorum in iuuentutis ignorantiæ feruore errãtium imitari errorem potius, quàm ætate deinde plus ſapientium pœnitentiam.

| | | |
|---|---|---|
| 118 Et relinquit ☞ ducem pubertatis ſuæ, & ☞ pacti DEI ſui oblita eſt. | Verſ.17. | *Quæ deſerit ducem adoleſcentiæ ſuæ, & pacti DEI ſui oblita eſt.* 118 |

*Ducem pubertatis*] Hoc eſt, DEVM ipſum: qui per SAPIENTIAM ſuam, in Libro Naturæ magno, Lege (in Micro & Macrocoſmo) Diuinitus tradita, Verboque ſuo ſcripto, ab vſque initio Mundi, à malitia ad Regiam VERITATIS viam, auocauit, inuitauit: hodie inuitat, vocat. *Pacti* DEI *ſui*, &c.] Exemplo Parentis, hoc eſt, diaboli, qui in veritate non permanſit. Iohan. 8, 44. cuius illa filia obœdientiſſima. Omnes qui iungunt & coniungunt ſecum hanc matrimonio, perditè obliuiſcuntur pacti DEI ſui, & generi fiunt diaboli, ſocrumque habent hoſtem DEI, Creaturæ atque Naturæ, totiusque generis humani. Eine ehrliche Geſellſchafft. Vt caueas, monitor tibi ſum, amicus.

| | | |
|---|---|---|
| 119 ☞ Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius. | Verſ.18. | *Quia inclinauit ad mortem domus eius, & ad mortuos ſemitæ eius ducunt.* 119 |

*Inclinata eſt*] Ducit ad interitum Corporis, Spiritus & Animæ, in vita hac & in æternum, doctrina illius: at, Lex Sapientis, fons vitæ, vt declines à ruina mortis. Prou. 13, 14.

| | | |
|---|---|---|
| 120 Omnes ingredientes ad eam, non reuertẽtur, nec appræhendunt ſemitas vitæ. | Verſ.19. | *Omnes & qui ingrediuntur ad eam, nõ reuertentur, nec apprehendent & ſemitas vitæ.* 120 |

*Qui ingrediuntur*, &c.] Qui docendo & exercendo tractant eam, delectantur ea, aſſociantur illi, amplectuntur & ſequuntur eam: qui bibunt ex cratere illius, repetè ex hominibus, tanquã aliquo Circæ poculo inebriati, incantãtur, trãsformãtur in beluas & ſues immũdas. *Semitas vitæ*] DECEM:

quas vide Figura Amphitheatri huius secunda. Qui vestimentis Regenerationis decem Theosophicè vestitus ambulat in illis, VNITVR DEO: ad vitæ fontem, SAPIENTIÆ Oceanum, feliciter deducunt Magos Cabalistarum ab Oriente (vt est vers.170.) venientes, prælucente SAPIENTIÆ stella, Micro & Mactocosmicè orta.

Cum bonis ambula.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 121 | Vt ambules inquam per vitam bonorum, & semitas iustorum custodias. | Vers.20. | ☞ *Vt ambules in via bona: & ☞ calles iustorum custodias.* | 121 |

***Vt ambules in via bona*** ] Via bona est via sapientiæ, iustitiæ, sanctificationis, redemptionis, veritatis, vitæ, 1.Cor.1,30. Et vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, Psal.25,10. Via bona est via humilitatis, mansuetudinis, constantiæ, taciturnitatis, fidei, charitatis, spei, patientiæ. Iohan.8,31. dicebat SAPIENTIA incarnata ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos, *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Quapropter maneas, suadeo, in SAPIENTIÆ sermone, vt discipulus sis SAPIENTIÆ, præceptricis fidelissimæ, & fallere nesciæ: cognoscas VERITATEM OMNEM, tam in Physicis & hyperphysicis, quàm diuinis ambules, Cabalista, Magus, PhysicoChemicus, in via bona: & veritatis dogmate libereris ab errore & deuiatione. ***Calles iustorum*** ] Sunt exempla virtutum, pietatis, & inprimis imitatio vitæ Christi Saluatoris nostri. Vndè Apostolus 1. Cor.11,1. *Imitatores mei estote, sicut ego Christi.* Hac viâ incedendum est in Oratorio & Laboratorio. Imò hæc ipsa via tibi monstratur in hoc Amphitheatro synopticè, & in Prologo per 7 illos gradus, qui ad penetralia Sapientiæ æternæ solius veræ nos perducunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 122 | ☞ Quare seduceris, fili mi, ab aliena, & foueris in sinu alterius? | Prou. 5. Vers.20. | *Et vt quid delectaberis, fili mi, cum aliena, & amplectêris sinum extraneæ?* | 122 |

***Quare seduceris, &c.*** ] Diuina Sapientia, tanquam sponsa amanda complectendaque est. Sapientissimus enim Rex decreuerat sibi eandem desponsare. Et sanè libentissimè Illa coniugium init cum mentibus nostris. Et hoc quoque fine SAPIENTIA DEI Incarnata, per incarnationem, cum genere humano contraxit matrimonium. Vide quâm intimè se tibi coniunxit Sapientia DEI, sibique ex natura humana parauit domicilium, in quo tota plenitudo Deitatis habitatet. Ah cur tu te ingetis in sinum meretricis, (sapientiæ mundanæ immundæ) cum cælestis te virgo iamdudum depetire cœperit, pura, casta, illibata, plena gratiarum, donorum, beneficiorum immortalium. Amore igitur Diuino opus est ad capiendam & desponsandam hanc virginem. Amor mundi meretricem illam ambit & lambit, mundanam & fatuam sapientiam, quæ indulget fœdissimis affectibus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 123 | Quando coram oculis JEHOVAH sunt viæ viri, & omnes semitas eius pôderat. | Vers.21. | *Respicit DOMINVS ☞ vias hominis, & omnes ☞ gressus eius considerat.* | 123 |

Vias

*Vias hominis*,&c. ] Cum animus tuus inhiat rebus mundanis,honoribus, voluptatibus,opibus; peruerſæ ſunt viæ tuæ, & deuias à S V M M O B O N O. *Greſſus eius conſiderat* ] Studia,conſilia,technæ,inſidiæ,calliditates,ſtulta deſideria tua, ſunt greſſus tui, quos Dominus conſiderat; contuentur Angeli; accuſat & obſeruat conſcientia; numerant diaboli. D E V S qui ſerutatur omnium corda & renes, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit, 1.Paral.28,9. abominatur cordis prauitatem,& puniendam tradit,(ni reſipiſcas) creaturis vltricibus, quæ vindictam exercent erga omnes, quos D E V S abominatur. Maxima autem eſt miſeria,imò infernus ipſe, à D E O relinqui.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 124 | Iniquitates ſuæ capient ipſum impium & funibus peccati ſui tenebitur. | Verſ.22. | ☞ *Iniquitates ſuæ capient impium,* ☞ *& funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.* | 124 |

*Iniquitates* ] Omnis iniquitas ſibiipſi pœnas & plagas infligit: nullum eſt vitium, quod non peculiarem ſuum morbum pariat. Quemadmodum enim ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces: ita, omne quidem vitium ſibimet deterrima merces. Omne enim ſemen fructum ſuum proprium profert. Miſericordiæ fructus eſt,miſericordia: benignitatis merces eſt, benignitas: & è conuerſo; immiſericordiæ fructus eſt immiſericordia & crudelitas. *Funibus peccatorum conſtringitur* ] Peccatum certè eſt maxima ſeruitus atque captiuitas, impium ita conſtringens, vt nequeat pœnas effugere. Sapientia Diuina, ingenua eſt libertas,quæ animum hominis liberat à ſtultitiæ vinculis, à tenebrarum erroribus, à vitiorum plagis,à deſperationum laqueis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 125 | Ipſe morietur,quia non habuit D I S C I P L I N A M,& in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur. | Verſ.23. | *Ipſe morietur,eò quod non audiuit eruditionem : & propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ* ☞ *errabit.* | 125 |

*Errabit* ] Animus humanus non illuminatus luce Sapientiæ Diuinæ, plenus eſt erroribus,ita vt ne quidem minimę eius actiones errore careant. Si D E V M aſpicit,errat :Si Naturam, delirat: ſi ſeipſum, fallitur: ſi proximum,decipitur.Summa: nec minimam Cæli ſtellulam,nec herbulam terræ abſque errore poteſt intueri; quia omnes cogitationes eius ſunt errores.Hæc ſanè eſt multitudo ſtultitiæ,quæ nihil aliud niſi mortem & interitum ſecum afferre poteſt. Delapſus enim eſt homo à fonte Lucis,in tenebrarum abyſſum,ex qua eluctari minimè poteſt, niſi Sapientiæ Spiritum diuinitus fuerit adeptus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 126 | Omni (igitur) cuſtodia ſerua ☞ C O R tuum, quia ex ipſo vita procedit. | Prou.4. Verſ.23. | *Præ omni cuſtodia (ergo) ſerua* ☞ C O R *tuum : quia ex ipſo ſunt egreſſus vitæ.* | 126 | COR. |

COR *tuum*] In Corde SAPIENTIA sedem habet: caue igitur, ne sedem hanc occupet & impleat fatua sapientia. Serpens enim ille antiquus excæcat mentem, & instillat virus suum multis insidiis: libidine cor inquinat, superbia inflat, ira incendit, odio vastat, quæ omnia sunt opera diaboli. Tu vide, vt ab hoc veneno COR tuum custodias: serues autem illud & aperias Cælesti Sapientiæ, timori DEI, fidei incorruptæ, (quæ purificat cor) charitate infucatæ, spei immotæ, patientiæ infractæ, humilitati ramabilissimæ. COR tuum officina sit orationis & precum, instrumentum sanctissimorum gemituum, & domicilium pietatis.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| OS. | 127 | Remoue à te peruersitatem ORIS, & prauitatem labiorum elonga à te. | Vers. 24. | *Remoue à te ☞ OS prauum, & detrahentia labia sint procul à te.* | 127 |

OS *prauum*] Ad constantiam & grauitatem in dictis & factis te assuefacito. Angeli enim vigiles tui sunt Spiritus constantes & graues, osores omnis leuitatis: sunt Spiritus veraces, & veritatis amantes. Spiritus autem apostatæ sunt mēdaces, deceptores, illusores, leues, inconstantes, quando loquuntur mendacia, de proprio loquuntur, & proprium aperiunt thesaurum, quia diabolus calumniator est pater mendacii. DEVS est verax; Christus veritas; Spiritus sanctus, spiritus veritatis. Sola Sapientia Diuina est vera, verior, verissima.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| OCVLI | 128 | OCVLI tui ad rectum aspiciant, & palpebræ tuæ dirigant viam tuam coram te. | Vers. 25. | *☞ OCVLI tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* | 128 |

OCVLI *tui, &c.*] Oculi mentis tuæ intenti sint semper & indesinenter ad DEI misericordiam, iustitiam, sapientiam, omnipotentiam, veritatem, benignitatem, & ad imitationem exempli vitæ Christi; ita rectè dirigitur vita tua. In Sole, intuere Solem Iustitiæ, in stellis electos; in floribus, Paradysum; in homine, miseriam tuam: in DEO Patre, gratiam infinitam; in Christo, fraternitatem amabilem; in Spiritu sancto, charitatem communicabilem; in Angelis glorificationem; in Macrocosmo Diuinam prouidentiam; in Microcosmo, Diuinam Sapientiam.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| PEDES, vel Incessus. | 129 | Dirige semitam ☞ PEDIBVS tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. | Vers. 26. | *Pondera semitam PEDVM tuorum, & omnes viæ tuæ dirigantur.* | 129 |

PEDIBVS *tuis*] PEDES significant officia vocationis legitimæ. Vide primùm habeas legitimam ad res gerendas vocationem: deinde, ne extra vocationem quicquam tentes; infelicissimum enim habebis successum.

Angeli,

Angeli, Spiritus administratorii ad certum genus vocationis nostræ Diuinitus sunt destinati. *In viis enim tuis te custodient*, ait Psaltes, Psalm.91,11. Ergò extra vocationis vias te deserent, & tu ad lapides ruinæ allides pedes tuos.

| | | |
|---|---|---|
| 130 Ne declines ☞ ad dexteram, neque ad sinistram, auerte pedem tuum à malo. | Vers.27. | *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: remoue pedem tuum à malo.* 130 |

*Ad dexteram*, &c.] Ad dexteram inclinant, qui prosperis rebus insolescunt; ad sinistram, qui aduersis franguntur. Ad dexteram declinant, qui promissis; ad sinistram, qui minis à recto deflectunt. Non sis nimium animosus, nec nimium deiectus: (*medio tutissimus ibis*) nec sis auarus, nec prodigus: sed liberalis, ita vt nec profundas tua bona, nec thesaurum tuum tenacitate abscondas: vtrumque enim malum est, à quo remoue pedem tuum. Diabolus enim & mundus casses, & retia tam ad dextram, quàm ad sinistram expandunt, vt si non laqueo luxuriæ poteris capi, capiaris funibus & vinculis auaritiæ, quibus cor hominis demergitur in perditionem.

| | | |
|---|---|---|
| 131 Si sapiens fueris, sapiens eris tibi: si verò illusor, solus lues pœnas. | Prou 9. Vers.12. | ☞ *Si enim sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum.* 131 |

*Si sapiens fueris*, &c.] Satius igitur est obtemperare SAPIENTIÆ veræ, & suo sapere commodo, quàm illusoribus, & suo delirare detrimento. Frustra sapit, qui sibi non capit. Impietas seipsam vlciscitur.

## SVMMA:

| | | |
|---|---|---|
| 132 Nam qui SAPIENTIAM DISCIPLINAMQVE pro nihilo ducit, miser est, spesque talium vana: & labores infructuosi, atque opera eorum inutilia. | Sap.3. Vers.11. | ☞ *SAPIENTIAM & DISCIPLINAM qui abicit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera illorum.* 132 |

SAPIENTIAM & DISCIP.] Tu, qui excutis, respuis, pedibus conculcas ac deseris SAPIENTIAM & DOMINI TIMOREM, quî felix esse poteris. *Vacua est spes illorum*] Sunt semper quærentes, in omni mysterio, scibili secreto; ad Veritatis finem nunquã peruenientes: miserrimeque euanescentes in vanitatibus cogitationum, opinionũ atq; laborũ suorum:

& quia SAPIENTIAM veram, eiusque initium, Timorem DOMINI abiciunt, Theosophicè Orare non possunt, nec sapienter & cum fructu Laborare. Cumque contra DOMINVM non valeat Consilium, etiamsi omnes mundi huius immundi sapientes insipientes manus conferrēt, oritur Babel, id est, confusio, in sensibus, ratione & mentibus eorum, danturque in reprobum sensum, vt (quid pro quo sumentes aut operantes) cadant de errore in errorem. Notate hoc, vos, qui quæritis Lapidem Philm. quique affectatis Cabalisticè, Magicè, Chemicè, Theosophicè, &c. intelligere, scire possidere & præstare ea, quæ quarta huius Amphitheatri figura sapienter sunt annotata: Vosmetipsos, inquam, prius Theosophicè sic tractare discitote, vt (DEO miserente, dante & operante) enodemini, è peccatorum sordibus extrahamini, superfluitatibusq, impuritatum liberemini, soluamini, separemini, depuremini, coniungamini, (ô abyssum mysterii DEI! non est in hoc vnionis Diuinæ puncto, volentis, per se aut currentis, sed miserentis DEI. *Ensoph! Ensoph!*) ad plusquam perfectionis gradum (Diuino Diuini ignis artificio) sublimemini, hoc est, exaltemini, & cum DEO ipso in Spiritu & Veritate mentaliter fermentemini; priùs quam dico, Lapidem Philm. & cæteros SAPIENTIÆ thesauros, è SAPIENTIÆ Minera, quæ vera MAGNESIA est Catholica Theosophorum, effodere aggredimini: aliàs (credite veridico) Æthyopem & laterem lauabitis. Bona & Dona DEI sunt, fuerunt, eruntque semper hæc, de quibus agit Amphitheatrum hoc nostrum, à solo DEO pendentia: qui, cui vult, largitur aut subtrahit, sublimis, gloriosus, omni Iustitia ac Bonitate repletus. Nota: HOMO, Later dealbandus, & Corpus, quod stat; DEVS, Anima quæ viuificat: SPIRITVS sanctus, vinculum; cuius virtute fit VNIO; qui tingit & dat ingressum ad Regnum perpetuum. O harmoniam mirandam Macro & MicroCosmi Regeneratoriam! Non nisi regenerationis studiosus, & quidem singulari DEI ductu, Regenerationes intelliget hasce: Cæteris sunt syluæ Bohemicæ, erraticæ ac tenebrosæ.

*Figura tertii gradus hic inseratur.*





# III. GRADVS PROLOGETICVS TERTIVS EXPOSITVS.

133 QVID SIT SAPIENTIA, & quomodo orta fuerit, referam, nec celabo vos Mysteria: sed à prima origine inuestigabo cognitionem eius, atque in apertum proferam, neque Veritatem præteribo.

Sap.6. Verſ.24.

*QVID EST SAPIENTIA, & quemadmodum* [] *facta sit, referam, & non abſcondam à vobis* [] *Sacramenta* DEI, *ſed* [] *ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem.* 133

*Facta ſit*] Hoc eſt, extiterit: quomodo genita ſit æterna ab æterno, ex vtero (Pſal. 110, 3.) Diuinitatis imperſcrutabili atque æterno. *Sacramenta* DEI] Hoc eſt, myſteria DEI. Non modò illud, quod gratiæ ſignum practicum eſt, quæ eſt præcipua Sacramenti ſignificatio: ſed omne illud, quod cognitu neceſſarium, pulchrum & vtile eſt, de DEO, NATVRA & HOMINE, *Sacramentum* dicitur. Eſt enim vera SAPIENTIA TERTRIVNA, complectens Theologiam, Medicinam, Aſtronomiam; ſeu, vt cap.7. & 8. Sap. traditur; Diuinorum myſteriorum cognitionem; politicæ adminiſtrationis & gubernationis prudentiam; totiuſque Naturæ rerum ordinem, cauſas, affectus, cæleſtium virtutes, & terreſtrium vires: ex quibus mirificè emicat Creatoris Omnipotentia, Sapientia, Miſericordia, Veritas, Iuſtitia & Iudicium.

134 ☞ Eſt (etenim) in SAPIENTIA Spiritus Intelligentiæ, Sanctus, Vnicus, Multiplex, ☞ Subtilis, Diſertus, Mo-

Sap.7. Verſ.22.

*Eſt enim* SPIRITVS *in* EA *Intelligens, Sanctus, Simplex, Multiplex, Subtilis, Mobilis,* [] *Illuſtris, Impollutus, Perſpi-* 134

SPIRITVS SAPIENTIÆ.

bilis, ☞ Incoinquinatus, Certus, Suauis, amans Bonum, Acutus, qui nihil vetat Benefacere,

*cuus, Innoxius, Boni studiosus, Acutus, ☞ Expeditus, Beneficus,*

*Est in* SAPIENTIA *Spiritus*, &c. ] Est & dicitur πνεῦμα μονογενὲς καὶ πολυμερὲς, Vnigenus siue Vnigenitus, & Multiplex, quod ab illa simplici Vnicaque DEI Natura ortus & profectus, se per has Mundi partes innumetas, quasi per ramos diffundat. Multiplicitas huic Spiritui DEI etiam tribuitur ob varietatem virtutum ac virium Rebus infusarum, in quibus versatur. Vide vers. 223. & figura Amphitheatri huius 3. Quæst. 4. & 6. *Grata* DEO, rectè inquit Augustinus, *in pluribus vnitas* : & ( addo ego ) *in vnitate pluralitas*. *Subtilis* ] Tenuis, nulla mole crassitieque corporea grauatus, sed leuis atque expeditus : & propterea, εὐκίνητος, id est, Mobilis, in quo summa est celeritas. *Illustris* ] Splendidus ac lucidus. versf. 137. 138. *Incoinquinatus* ] Incontaminatus, hoc est, purus, omni labe maculaque vacuus. Nam cum Natura sit lucidus & splendidus, splendorem habet purum : sicut Ioh. Epist. 1. cap. 1, 5. DEVS lux est, in eo nullæ sunt tenebræ. *Expeditus* ] Prohiberi nescius ; aut, qui non possit prohiberi : nam vi sua peruadit omnia, impedimentaque perrumpit.

135 Humanus, Stabilis, Certus, Securus, omnia perspiciens, atque per omnes Spiritus intelligentes, puros subtilissimosque permeans.

Vers. 23.

*Humanus, Benignus, Stabilis,* ☞ *Certus, Securus,* ☞ *omnem habens virtutem, omnia perspiciens, & qui capiat omnes Spiritus, Intelligibilis, Mundus, Subtilis.* 135

*Certus, Securus* ] Tutus, sollicitudine vacuus ; quietus & tranquillus. *Omnem habens virtutem* ] Qui omnia potest, siue omnipotentia præditus. Est enim Spiritus DEI Omnipotentis. Qui, nisi DEI esset, Omnipotens esse non posset.

136 ☞ Nullus enim est motus, quem agilitate sua non superet SAPIENTIA, quæ propter suam puritatem per omnia pertinet ac permeat.

Vers. 24.

*Omnibus enim mobilibus mobilior est* SAPIENTIA: *attingit autem vbique propter suam mundutiam.* 136

*Nullus est motus*, &c. ] Omni motu mobilior SAPIENTIA, id est, celeritate motus sui omnem motum vincit, vaditque per OMNIA, propter suam puritatem & subtilitatem. Hîc, fili, meditare, quid sibi voluerint Sapientes, de MOTV PERPETVO Philosophantes. Hic MOTVS (loquar cum Hermete, ex tabula, à VIRIDITATIS Benedictæ fœcunditate, quæ VENVS Philosophorum, ob cuius tractationem conscriptio illius instituta, sic appellata *Smaragdina* ) est totius fortitudinis fortitudo fortis:

Quia

Quia vincit omnem rem subtilem,& omnem rem solidam penetrabit. OMNIA animat, viuificat, sapienter mouet, potenter conseruat. NATVRAM (quam veteres omnes & orthodoxi Patres vetissimè & pientissimè affirmarunt τὴν φωνὴν, hoc est, *vocem* DEI) si Theosophicè noueris,& in abstracto,& in concreto, vniuersaliter & particulariter; nosti (crede veridico) MOTVM PERPETVVM Sapientum. Ad versum te relego 154, & 178. Tertiáque Amphitheatri huius figuram Lapidis Philm. definitionem ac expositionem. Ibi studere memento: DEVM orans, vt Theosophicè cooperans, veritatem tibi inspiret atque ostendat. Multos noui in Aulis Dominantium, Motum perpetuum ligneum, Chalybeumvè, &c. mechanicè (ah frustra) quærentes: si SS.m SCRIPTVRAM, NATVRAM,& SEMETIPSOS indagassent Theosophicè, Physicè, Physico-Medicè, &c. vt est 2. & 3. Amphitheatri huius figuris, reuera inuenissent MOTVM non solùm perpetuum, verùm quoque Æternum, Diuinum & Naturalem, in Mundo vtroque Sapientum. Hunc CATHOLICON, solum verum, vanus non percipit vulgus, spiritu seductionis impeditus. Cæcus cæcum ducit, quapropter vani labores eorum. Motum mouendum exhibent Sophistæ, non mouentem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 137 ☙ VAPOR.n. est ☙ Virtutis DEI; & ☙ EMANATIO quædam est ☙ Claritatis Omnipotentis syncera: & ideò nihil inquinatū in eā incurrit. | Vers. 25. | *Est enim Vapor virtutis* DEI, *& defluxus gloriæ Omnipotētis syncerus: quapropter nihil polluti in eum cadit.* | 137 SAPIENTIA quid. |

*Vapor*] Spiritus: *Ruach*, vt vocant Hebræi. *Virtutis* DEI.] Essentia Diuinus. OMNIA IN OMNIBVS. Vers. 303. En soph! En soph! profunda! profunda! Obmutesco. Hoc non redicebo: Cum SAPIENTIA hac incarnata typicè confer Lapidem Philm. quis, qualis & quantus sit ille: & contra: reperies harmonia mirabili hac Seruatoris Mundi maioris cum Saluatore Mundi minoris mysterium (VAPORIS VIRTVTIS DEI EMANANTIS IN VNIVERSVM) mirandum: de quo præstat silere, quàm mundo immundo margaritas proiicere pedibus conculcandas. κατ' ἐξοχὴν VTERQVE sic nominatur. Nam, vt scimus aliàs ex Paulo ad Coloss. 1. 20. DEVM per FILIVM (Θεάνθρωπον) reconciliare cuncta, & pacificare per sanguinem crucis eius (est enim Crux Sancta Christus ipse crucifixus, figura Amphitheatri huius prima, CRVCIFORMITER vincens diaboli regnum, in quo veterum Magorum charactere & nos Theo-Sophicè vincemus) quę sunt in terris, & quę in Cælis: Et ad Ephes. 1, 10. *Instaurare omnia, quæ in Cælis sunt, & quæ in terris*, hoc est, non solum Angelos, Solem, Lunam, Stellas, aërem; sed & terrestres bestias, arbores, herbas, Terram ipsam, Mare, fluuios, fontes, & quæ in aquis viuunt: Maledicta enim terra propter hominem, Genes. 3, 17. Quamobrem etiam ingemiscit CREATVRA pro liberatione, simulque nobiscum parturit in hoc tempus, &c. Roman. 8, 22. clamans voce sua: *Libera nos à malo:* (Sanguis Christi, teueta, haud sine mysterio profusus in terram,) ita Experientia constat, FILIVM MVNDI MAIORIS CATHOLICON (Θεόκοσμον) etiam mirificè extendere

vires, & operari in genus humanum. Vtinam Theologi nonnulli, hodierno die parum Christianè disputantes, in hoc (vetustiores imitantes Patriarchas, Cabalistas, Magos aut Sapientes) operam quoque collocarent suam, vt discerent legere, videre, tangere, cognoscere MASCHIAM typo reali in Libro Naturæ Catholico; veracius certè (lumine sic simul ducti Naturæ, SPIRITVS SAPIENTIÆ manu) quàm verbosa disputatione cognoscerent & deprehenderent Doctrinam de DEO, Christi persona, officio, omnibusq; Christianæ Religionis articulis. Liber enim Naturæ explicat librum SS. Scripturæ: Et contra. Discite ergò nosse SAL SAPIENTIÆ ANTIQVISSIMVM, VITRIOLVM NATVRÆ CATHOLICON, quod Catholicè reperitur in sola SAPIENTIÆ MINERA: & OMNIA in OMNIBVS Theo-Sophicè noueritis. Et, quamuis Secundum Seculum nihil ignominius ferè, despectius, inhonoratius Minera hac; tamen, quam mundus iniquè contemnit, hanc dignè glorificat Theo-Sophus. Vide versſ. 157. 162. 187. & Amphitheatrum hoc passim totum. Largire mihi, ô IEHOVAH, intus ne paueam, foris ne formidem Theo Sophistarum fulmen, Amen. Scis, quod sitiam veritatem. *Emanatio*] Emanationes DEI Cabalistæ ex Sacris fontibus numerant DECEM, quas appellant SEPHIRVTH, siue, (vt Hebræorum multi hodie pronunciant) SPHIRVS, hoc est, Numerationes aut Emanationes, inter quas SAPIENTIAM loco numerant secundo. De quibus partem consule Amphitheatri huius primam, & passim Cabalistarum scripta. vide vers. 174. Ex DEO Emanans certè Diuinum; SAPIENTIA, DEI EMANATIO est; quare Diuina, æterna. Emanationes DEI, scintillæ & radii Diuinitatis. Obseruandæ phrases: Ego ex DEO processi, Iohan. 8. 42. Misisti me, Exiui à patre, Iohan. 17. 8. Ex hoc Emanationis loco firmatur definitio Philosophiæ veræ, vers. 167. *Claritatis Omnipotentis*, &c.) Hinc SAPIENTIA incarnata Iohan. 17. 4. *Pater, ego te clarificaui super terram; opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam: & nunc clarifica me tu pater, apud temetipsum, claritate, quam habui, priusquam Mundus esset, apud te.* Et paulò post: *Quia à te exiui*, hoc est, emanaui. Vide cap. 17. libr. 2. Capnionis de verbo Mirifico. *Nihil inquinatum*] Antecedentia cum consequentibus, Prologum cum Amphitheatri figuris huius, & contra, Sapienter (vt sapias) confer e discito: ex hoc fundamento quoq; intelliges, cur LAPIS Phil. Catholicus Physico Chemicus diabolicis resistat potestatibus; aliaq; non minus præstantia mirificè operetur innumera. Vide figuram Amphitheatri huius quartam.

| 138 Etenim lucis æternæ splêdor est atque Speculum Virtutis DEI, nulla macula aspersum, eiusque imago BONITATIS. | Versus. | ☞ *Candor siquidem est LVCIS æternæ, &* ☞ *Speculum sine macula DEI MAIESTATIS, &* ☞ *imago BONITATIS illius.* 138 |
|---|---|---|

*Candor lucis æternæ*] LVX diuina, æterna, ab æterno (certè) non fuit sine candore: erit igitur SAPIENTIA (de qua agitur hîc) æterna. Hæc illa lux in tenebris lucens, quam tenebræ non comprehenderunt, Iohan. 1, 5.

*Speculum sine macula*, &c.] Super hoc SPECVLO eiusque typo reali in Macro & MicroCosmo, tam particulari; quàm vniuersali, SECRETISSIMO, Harpocraticè meditare. Vide vers. 222. Fari (quamuis vellem) non omnia licet, propter Mundum immundum. Maneat igitur Mysterium hoc alta mente repostum. Quid fuerint VRIM & THVMMIM, Exod. 28,30. ChristianoCabalicè, DiuinoMagicè, & PhysicoChemicè percontare: DEVS Cæli, qui reuelat mysteria, Dan. 2, 28. dare potest, cui vult. *Imago bonitatis illius*] Hac imagine Theosophicè vtitur ChristianoCabalista: absint imagines cacomagorum, Hebr. 1, 1. & seqq. Multifariam multisque modis olim DEVS loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in FILIO, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & seculum. Qui, cū sit splendor gloriæ & figura (*χαρακτὴρ*) *substantiæ* (*ὑποστάσεως, subsistentiæ*) eius; PORTANSQVE OMNIA VERBO VIRTVTIS SVÆ, (vers. 154) purgationem peccatorum faciens, sedens ad dexteram maiestatis eius, in excelsis: tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Qui est IMAGO DEI, 2. Corinth. 4, 4.

| | | |
|---|---|---|
| 139 Est (quoque) SAPIENTIA (hæc) ☞ speciosior SOLE, & super omnem dispositionē stellarum, ☞ Luci comparata inuenitur prior. | Ibidem Vers. 29. | *Est* (*etiam*) IPSA *speciosior* SOLE, *supraque omnem astrorum sitū collocata, & luci comparata prior inuenitur.* 139 |

*Speciosior* SOLE.] Cur non? Est enim SOL Iustitiæ, Malach. 4, 2. æternus; super Omnia lucens, & nos visitans Oriens ex alto, Luc. 1, 78. Vnde Salomon in *Schir haschirim*, hoc est, Cantico Canticorum, cap. 6, 9. Quæ est illa, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? *Luci comparata*, &c.] De LVCE vide vers. 261.

| | | |
|---|---|---|
| 140 Hanc enim nox excipit, SAPIENTIAM autem non vincit malitia. | Vers. 30. | *Illi enim succedit nox,* SAPIENTIAM *autem* ☞ *non vincit malitia.* 140 |

*Illi*, &c.] SOLI, Lumini, in Firmamento, maiori quod præest diei. Genes. 1, 16. *Non vincit malitia*] FVIT enim, EST & ERIT SAPIENTIA hæc PETRA veritatis solida, fixa & firma, contra quam non præualuerunt nec præualebunt vnquam portæ inferni: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, Iohan. 7, 38. Cuius typus realis Lapis Philm. in libro Naturæ magno. Felix cui indicans, & indicatum ritè cognita. IHSVH CHRISTI Persona, Passio & Resurrectio: LAPIDIS PHIL. Materia, Præparatio & in corpore glorificato plusquamperfectio: Tuique ad imaginem & similitudinem DEI formari, secundum Corpus, Spiritum & Animam Regeneratio: Plurima, harmoniâ Catholica, tibi manifestabunt secreta. Harmoniam librorum SS.æ Scripturæ atque Naturæ obserua: Librum vnum ex alio Sapienter legere ac intelligere disce: Biblia, in Natura

& Temetipſo: Naturam, in Bibliis, ac Temeipſo: Te, in Bibliis atque Natura: & tunc Sapiens eris. IEHOVAM & quem miſit IHSVM CHRISTVM reperies, & in SSᵃ Scriptura atque Natura; vniuerſaliter, in Lapide Philm. Particulariter, in toto Vniuerſo creato, per ſingulas creaturas; in Temetipſo, modo vtroque. NATVRAM, catholicè ex & in VERBO ſcripto, necnon incarnato; ex & in ſemetipſa, in Lapide Phil. atque Teipſo; Particulariter in SS.ᵃ Scripturæ ac Mundi partibus vtriuſque TEIPSVM ex & in Teipſo; Naturâ ac Creaturâ; & DEO, in CHRISTO VERBOque ſcripto; Vniuerſaliter & Particulariter, vt antea: Theoſophicè, Phyſicè, PhyſicoMedicè, PhyſicoChemicè, PhyſicoMagicè, HyperphyſicoMagicè, Cabalicè, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius: Influentiâ, Lumine & Motu Diuino. Hoc, OMNIA IN OMNIBVS & IN OMNIA Catholicè, typicè. Hîc SAPIENTIA.

Perſeuerat in laudibus Sapientiæ.

141 ☞ Attingit ergò à fine vſque ad finem fortiter, & ☞ diſponit omnia ſuauiter. | Sap. 8. Verſ. 1. | *Pertingit autem ab extremo ad extremum fortiter, atque omnia vtiliter moderatur.* 141

*Attingit à fine*, &c.] Spiritus ille SAPIENTIÆ, quo Mundi totius machina regitur, omnia quæ Cælum concludit, occupat, penetrat, replet. Atque licet is vnicus ſit & ſimplex, tamen innumerabilibus, incomprehenſibilibus, ineffabilibus proprietaribus, donis, ideis, ſcientiis, virtutibus, ſeminariis rerum rationibus, ſpiritualibus & viuidis viribus præditus eſt, tam mirificè diſtinctis, vt varietatem eius Mens humana admirari & aſſequi ſatis nequeat. Hi Spiritus ſunt authores & origines generationum & corruptionum, ſpecificarum virtutum, omnium rerum, & ab his dependet totius Naturæ cognitio. Atque ita eſt & poteſt hic Spiritus SAPIENTIÆ, OMNIA in Omnibus ac in OMNIA. *Diſponit omnia*] Quia MOTVS perpetuus catholicus. Dico pauca, at (cetrè) plura meditationi Sapientis lubens relinquo. Ora, vt IEHOVAH tibi à conſiliis, & tunc demum intelliges. SAPIENTIÆ filium, id eſt, attentum, ſtimulo radii Solis Diuinæ illuſtrationis impulſum; humilem animo atque manſuetum volo, non ſciolum præcocem aut atrogantem, hoc eſt, ſophiſtam.

142 Pręclara eſt, & quę nunquam marceſcit SAPIENTIA. | Sap. 6. Verſ. 13. | ☞ *Clara (etiam) eſt, & quæ* ☞ *nunquam marceſcit SAPIENTIA.* 142

*Clara eſt*] Reuera admodum clara: eſt enim Emanatio claritatis Omnipotentis DEI ſincera, & candor lucis æternæ, illuminans Mundum Intelligibilem, Maiorem & Minorem: Et SOL ſuper OMNIA lucens. Vide verſſ. 78. 137. *Nunquam marceſcit* SAP.] Ratio eſt: quia æterna. Solum Æternum, ſub corruptionem non cadit in æternum. Nota: Quod nunquam marceſcit, æternum eſt: SAPIENTIA eſt talis, ergò Æterna: &, per conſequens, DEVS. Verſ. 156.

Nobilita-

143 Nobilitatem Eius ho[il]-lustrat, quòd vnà cum DEO viuit, DOMINVSq; omnium illam dilexit. | Sap. 8. Verſ. 3. | ☞ *Generoſitatem illius glorificat, contubernium habens* DEI, *ſed & ☞ omnium* DOMINVS *dilexit illam.* 143

*Generoſitatem illius glorificat,* &c.] Generoſitatem illius magnificè illuſtrat, habens Æterna cum DEO Æterno conuictum æternum. Diuinitus ortum, cur non familiariter viueret cum DEO? Et conſequentur (ſuo modo) quoq; ii, quibus familiaritas intercedit cum illa? Aſcendo, inquit hæc incarnata, ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, DEVM meum, & DEVM veſtrum, Ioh. 20, 17. Vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Ibid. 14, 3. Hinc eſt, quod Amici fiant DEI, conſtituanturque Prophetæ, quibus DEVS (vt amicus amico) mediatè vel immediatè reuelat arcana ſua, inſpirat atque communicat Bona & Dona SAPIENTIÆ theſaurorum inexhauſtorum innumera. Tu igitur, ad imaginem & ſimilitudinem DEI homo factus, imitare Creatorem, SAPIENTIAM eius quoque dilige vt (Theoſophieè ſic reformatus) in puncto hoc conformis viuas Archetypo, in vitam æternam. *Omnium* DOMINVS *dilexit illam*] Sic SAPIENTIA incarnata, Iohan. 17, 24. *Pater dilexiſti me, ante conſtitutionem Mundi*; & ibidem verſ. 26. *vt dilectio, quâ dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in eis.*

144 (Hæc) ☞ Præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. | *Anteuertens ſui ſtudioſis ſe offert cognoſcendam.* 144

Sapientia ſe offert quærentibus ſe.

*Præoccupat,* &c.] Anticipat cupidos ſui, vt prænoſcatur; vt prius ſe illis cognoſcendam exhibeat & vltrò offerat: adeò in deliciis habet eſſe cum filiis hominum, quemadmodum eſt verſſ. 145. 157. Eſt enim φθάνειν (quâ voce hic vtitur Sapiens) occupare partes priores in re aliqua, vt in mutuo amore & beneficiis, ita in ſtudio SAPIENTIÆ cognoſcendæ offert ſe priorem SAPIENTIA illis: Quibuſnam? Illis qui concupiſcunt eam: qui diligunt eam, verſ. 18. Qui optant, qui inuocant, verſſ. 142. & 223.

145 Quia ſe dignos Ipſa quærit circumeundo, atq; in viis beneuolè ſe illis oſtendit, ☞ in omnique cogitatione eis occurrit. | Verſ. 17. | *Quoniam ☞ dignos ſe, ☞ Ipſa circuit quærens, & ☞ in viis oſtendit ſe illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis.* 145

*Dignos ſe,* &c.] Qui verè, hoc eſt, ex toto corde (verſ. 251.) tota anima, tota mente, totis viribus, Biblicè, Macro & Microcoſmicè amant, quærunt, audiunt, vident, obſeruant eam; inque LEGE DEI die noctéq; Theoſophicè meditantur: plerunque etiam (nam deridetur Iuſti ſimplicitas, Iob. 12, 4.) cum irriſione coram mundo immundo. Væ autem mundo, SAPIENTIAM vetam malitioſè ſpernenti; ſpernetur viciſſim ab Ea, vt quidem cum damno ſuo æterno. verſ. 198. *Qui perſeuerabit vſque ad finem, coronabitur.* Aſſidua enim meditatione exercetur, ſtabilitur & fixa redditur

Mens nostra in superis: non est (crede mihi) labor diei vnius. A malis ad Bona; à corporalibus ad Spiritualia; à sensibilibus ad Mētalia; à terrenis ad Diuina nos pedetentim migrate oportet, si Bonorum, si Spiritualium, si Diuinorum velimus esse capaces. Sunt gradus ascensionum. Vide vers. 218. *Ipsa circuit*, &c.] Hoc est, Circumquaq; quærit, vbiuis terrarum, omni tempore & loco, num reperiatur cui verè cordi sit SAPIENTIA vera, vt suam solicitudinem & beneuolentiam erga sui amatores fideles dilectos, reipsa, hoc est, communicando ei thesauros suos infinitos, significet atq; declaret. Vide vers. 142. 144. 160. Situ quæsieris SAPIENTIAM, quærêris & magneticè attrahêris vicissim ab ea: invenies & inveniêris. Wie man sich gegen sie erzeigt vnd verhelt/also sie auch hinwiderumb. *In viis.*] Quæ sunt istæ viæ? Non aliæ, quam Libri SS.æ Scripturæ, Naturæ & Mentis nostræ pœnitentia Christianè purgatæ, (versu 61.) In hisce, inquā, SAPIENTIÆ viis Sapienter ambulantibus nobis, si Theo-Sophicè Oramus, si Sapienter Laboramus, mirabiliter mirificeq; ostendit se SAPIENTIA DIVINA. Vide vers. 48. *In omni cogitatione*, &c.] Ipsorum opinione, sententia ac mente concepta, comprehensa atq; infortunata benignè. Est enim φαντάζεσθαι (quæ vox hoc loco legitur) *imaginari*, & *cogitatione ac mente aliquid informare*. Ita SAPIENTIA dicit, se in eorum mentibus ac cogitationibus sit versari, vt se amicè illis ostendat atq; communicet. Videt DEVM homo, cui apparet DEVS; cui videndum se exhibet; cui SAPIENTIA DEI sese repræsentat: quod non vulgariter fieri solet in SS.ª Scriptura, Natura & Mentis speculo Theosophicè lotæ atque mundatæ. vers. 336. Ingens est, & satis æstimari nequit Numen, quod in homine viget; qui ratione præstans, ita (DEI voluntate ac iussu) dominatur Creaturis, vt non tantum præsentibus indigens vtatur, sed etiam remotiora & arcana peruagans, Genio & ingenio (DEI ductu) vtatur atque fruatur. Et quidem miraru dignum est, quid non expetta & erudiens ætas prodat! imò, quid non illa Ratio & ὁ λόγος, in hoc mortali vermiculo condat! cui dedit omnem æternitatem totiusque machinæ mundanæ latum, altum & profundum cognoscere: vt creatis cognitis Creatorem obseruet, hoc fastigium Metaphysicum vigens principium rationalis mentis, audiat & intelligat. Hoc sui totum ratione capiat; mente colat, & sensibili vigore idipsum spiret: huic sit, quicquid est. Et demum, sagaci relicta humana Philosophia, studeat patrizare. Cuncta enim quæ fecerat, erant valde bona. Det DEVS, dicat omnis SAPIENTIAM amans, Amen.

| | | |
|---|---|---|
| 146 Hanc ego dilexi, & à iuuentute mea quæsiui, ac sponsam mihi studui adiungere, amoreque pulchritudinis eius captus sum. | Sap. 8. Vers. 2. | ☞ *Hanc (SAPIENTIAM) amaui, & exquisiui Eam, à iuuentute mea, ☞ & quæsiui ☞ Sponsam mihi Eam assumere, & ☞ amator factus sum formæ illius.* 146 |

*Hanc amaui*] Cur non? Cum DOMINVS IPSE (vt sequitur) amet eam. Hanc, suadeo, & tu, mi frater, ama: non Nigromantiam vel Cacomagiam,

aut So-

aur Sophisticam, (Verſ. 118.) diaboli filiam genuinam; amo SAPIENTIAM (iuſſu Sapientis, verſ. 106. inuitationeque SAPIENTIÆ ipſius) & ego: vtque IPSA me viciſſim amet, egoque nunquam deficiam ab Amore eius, benignè largire, ô IEHOVAH, mihi, Amen. O Artem Amoris Diuini mirabilem, mundo incognitam immundo! Felix, qui poculum guſtat amatorium SAPIENTIÆ, feliciſſimus, eò qui inebriatur. *Et quæſiui eam,*&c.] Manè; Æſtate: à prima ætatula; ab adoleſcentia mea, in qua amor SAPIENTIÆ & ſtudii eius in animo meo exarſit. Sed quomodo? Theoſophicè, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius. Conſilium ſequere Theoſophiæ amatoris fidele: In ieiunio piè orando; meditando; ſoliloquia exercendo; *audi, vide, obſerua:* Sapienterque ad Laborando, SAPIENTIÆ fidito promiſſis. Neſcit fidentem deſeruiſſe DEVS. Et, qui ſic inquirunt DOMINVM, animaduertunt (intelligunt) OMNIA. Prou. 28, 5. Vide verſſ. 9. 96. & 170. *Sponſam mihi aſſum.*] Vt ſponſo cum ſponſa coniunctio intercedit arctiſſimè ſumma, ita (opto) & mihi vt ſit in ſempiternũ (det DEVS) cũ Sapientia æterna; quæ columbula mea, pulchra mea, formoſa mea. Incipe, obſecro, tu myſtica concubina Abyſag Sunamites cubare in ſinu meo: tu ſancto feruore calefacias mentem meam, tuis amplexibus frigentia membra confoue, Animula! Corculum! *Amator factus ſum formæ illius*] Amaui formã eius, quia tota pulchra eſt Amica mea, verſ. 310. Quæ (vt rectè de SAPIENTIA ſcripſit Cicero Ethnicus ex Platone Diuinitus illuminato) ſi oculis cerneretur carnalibus, mirabiles omnibus excitaret amores. Solomoni (oculis Mentis qui eam aſpexit, ſicuti & Nos Theoſophiæ amatores decet, quales ac quantas excitauerit, ex præſentibus ſufficienter patet. Omniũ rerum formas SAPIENTIA Diuina complectitur, pulchritudine certantes. Quis enim quæſo pulchritudinem DEI Patris cogitare ſatis poteſt? Quis ſpecioſum illum formâ præ filiis hominum ſatis demirari? Quis Spiritus ſancti lætam flammulam, omnia viuificantem ſatis amare poterit? Pulchritudo Sapientiæ in Angelis ſplendor eſt, in Aſtris fulgor, in Cælis candor, in Aëre lux, in Terra viriditas, in Aqua limpiditas, in Floribus color, in Animalibus proportio, in Homine decor & figura, in Anima ratio, in Fidelibus fides. Quis ergò ſibi hanc non eligeret ſponſam, niſi ſtultiſſimus omnium? quis non caperetur huius pulchritudine? Quocumque te vertis, faciem tibi ſuam oſtendit, ſiue cæleſtia, ſiue terreſtria contemplêre. At verò internam rerum pulchritudinem & formam intueri: hoc demum Sapientiæ cubiculum eſt, hoc Sponſæ huius oſculum eſt intimum. Aperi igitur mihi ſoror mea, ſpecioſa mea, oſtende mihi faciem tuam genuinam, non externam duntaxat formam & pulchritudinem rerum, ſed internam & intimam; nec enim amas me, niſi cor tuum mihi aperias.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 147 Eam ſine fraude percepi, ſine inuidia communico, diuitiasq; eius non abſcondo. | Sap. 7. Verſ. 13. | *Hanc & ſine fictione didici, & & ſine inuidia communico; & honeſtatem illius non abſcondo.* | 147 | 2. Reg. 13. |

*Sine fictione didici*] Sine fruſtratione; aut non malè: non enim fuit fruſtratus Sapiẽs ſuâ opinione, quã de SAPIENTIA habuit, quia Doctrinam

eius veram, vtilem fructuosamque est expertus. *Sine inuidia communico*] Vide vers. 207.

Nunc de sese,
sic inquit
SAPIENTIA.

| | | |
|---|---|---|
| Sap. 9, 9. 148 IEHOVAH possedit me principio viæ suæ, ante opera sua ex eo tempore. | Prou. 8. Vers. 22 | *DOMINVS possedit* ME, *in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio.* 148 |

DOMINVS *possedit* ME] Hoc est, acquisiuit siue genuit me. Verbum *Canah*, quod acquirere significat, pro possidere seu gignere ponitur Gen. 4, 1. Possedi virum à IEHOVAH. Contra veritatem nonnulli legunt, *creauit me. In initio viarum suarum*] Viæ, (hoc est, Esse DOMINI) æternæ Æterni ab æterno; æterna igitur est SAPIENTIA eius. Initium, æternitas ipsa. Dicas mihi (calumniator) initium viarum DEI, dicam tibi initium SAPIENTIÆ eius. Non ergò (vt patet ex toto contextu) SAPIENTIA creatura est, sed creaturæ omnis creatrix.

| | | |
|---|---|---|
| Eccles. 24, 14. 149 Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam Terra fieret. | Vers. 23. | *A seculo principatum habui, à principio, ante Terram.* 149 |

*Ab æterno*] Apage sis, diabole, SAPIENTIÆ DEI æternitatem malitiosè negans. Increpet te IEHOVAH. *Principatum habui*] Æqualem cum DEO potestatem habui, antequam Mundus crearetur. *Nasac* enim (quod hic legitur) Hebræis *dominari* significat. Vide Sap. 11, v. 18. & seqq.

| | | |
|---|---|---|
| 150 Nondum erant Abyssi, & EGO iam concepta eram, necdum fontes Aquarum eruperant. | Vers. 24. | *Quum nondum essent vorágines, formata sum, quum nondum essent fontes abundantes Aquis.* 150 |

*Concepta eram*] A quo? à solo DEO. Aliud enim, præter DEVM, erat nihil. Vbinam? In vtero vel sinu Diuinitatis inperscrutabili. Psal. 110, 3. ex vtero ante luciferum genui te. Terra, noli nimis altum sapere, sed siste gradum, ne percontantem opprimat Maiestas.

| | | |
|---|---|---|
| 151 Necdum montes graui mole constiterant, ante colles EGO parturiebar. | Vers. 25 | *Antequam montes fundati essent, ante colles formata sum.* 151 |

*Montes graui*, &c.] Ad verbum, immersi essent Aquis, & in Terram defixi

fixi ſeu collocat. *Parturiebar*] Conceptione vt Diuina concepta, ita & partu enixa ſeu genita, nobis imperceptibili, quare & inenarrando; Diuinitus genita. Enſoph, infinitudo, abyſſus, nox, inſipienter percontanti; Lux, Sol, fideli, ſimplicem SS.æ Scripturæ veritatem ſapienter credenti. Credunt thechnographi & artifices cuiuis in ſua arte perito: Acquieuerunt Pythagorei in ſuo *αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit*: *Meckablim*, h.c. Cabaliſtæ in ſuo *emoru Hachamim*, dixerunt Sapientes: ſequere tu, qui Chriſtianum te profiteris, Chriſtianorum *πιστευον*, crede: cui? illi, in quem credis. Conceptum & genitum à DEO, nonne DEI filius iure eſſe ac dici meretur? Quidni?

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 152 | Nondum fecerat Terram, & plateas, & ſummitatem puluerum Orbis. | Verſ.26. | *Adhuc Terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis Terræ.* | 152 |

*Et plateas*] Et quæ extra ſunt. Per id intelligitur portio Terræ habitabilis, quæ extra aquam apparet, quam mox ſummitatem ſiue caput *puluerum Orbis*, appellat: ac ſi diceret, nondum diſcooperuerat faciem Terræ, necdum fecerat eam habitabilem.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 153 | Quando præparabat Cælos, illic eram: quando deſcribebat circulum in ſuperficie Abyſſi: | Verſ.27. | *Quando præparabat Cælos, aderam: quando & certa lege & gyro vallabat Abyſſos:* | 153 |

*Certa Lege*, &c.] Cum diſponeret Centrum Terræ, quod eſt puriſſimum in medio eius, & redigeret Abyſſum, hoc eſt, Aquam & Terram, in figuram ſphæricam aut circularem, hoc eſt, globum Mundi inferiorem conſtitueret, certam ei indidit ELOHIM Creator Legem atque præſcripſit, quam prætergredi, citra ipſius voluntatem, nec audet, nec poteſt. SAPIENTIÆ IEHOVÆ immenſæ infinitæque Patientiæ argumentum luculentiſſimum. Nota: Terram puriſſimam reperiri in centro Terræ, vox eſt vſitata Philoſophis vtriſque, hoc eſt, tam cæcutientibus & claudicantibus, quàm videntibus, necnon via Regia incedentibus, SAPIENTIÆ veræ Doctrinæ filiis. CENTRVM Terræ Phyſicum, vbi ſit, miſeri iſti ignorant monoculi; valeat iſtorum imaginatio. Cupis realiter diſcere? dicam. Adi Vulcanum; is ex quouis corpore terreno, obſtetricante Neptuni limpidiſſima manu, centrum eius candidiſſimum PhyſicoChemicè manifeſtando, ad ſenſus omnes tibi demonſtrabit: *videbis illud; tanges; guſtabis; audies; olfacies*. Viſne quid amplius? Philoſophus me intelliget; non ſophiſta. Magnum hoc quod dixi. Vide figuram Amphitheatri huius tertiam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 154 | Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes Aquarum: | Verſ.28. | *Quando firmabat Cælos deſuper, quando roborabat fontes Abyſſi.* | 154 |

*Æthera firmabat sursum* ] Quando Spiritum ætheteum, hoc est, Cælum, Gen. 1. 1. Creatum, firmabat, FIRMAMENTVMQVE VERBO suo solidando sic constitueret, Gen. 1. 6. De Cælo, quid sit, consule tertiam Amphitheatri huius partem, Quæst. 5. & vers. 261. Euanescant igitur vanitates sciolorum quorundam, fabulantium totam totius machinæ Mundanæ NATVRAM, nostris temporibus non esse tam vegetam, sanam, incolumem atque valentem, vt erat ætate maiorum aut patrum nostrorum: Cælum cadendo demisisse se ad miliaria 8000: Solem, Lunam, Stellas multum amisisse de lumine pristino suo: Herbas, flores, fructus, &c. Animalia terrestria, Aquatica & volatilia, hodie non esse tantæ virtutis, efficaciæ aut operationis, quantæ annis abhinc centum, vel mille: imò Naturam adhuc de die in diem totaliter senio debilitari, viribusq; ob nostra peccara, frangi: Magnum verbum, si esset verum. Si intelligeretis, Domini mei, NATVRÆ NATVRAM, hoc est, quid sit, quod eius Esse, quæ, quanta & qualis Lex eius, à quo indita Creaturæ, in quem vsum, aliter loqueremini. Ad Cælum quod attinet, dicatis mihi quæso, obseruastis vnquam circumferentiam firmatam circulariter cecidisse ad centrum? Nonne legitis, VERBO DOMINI *Cæli firmati sunt: & spiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Psal. 33. 6. *Et, fiat Firmamentum: vocauitq;* DEVS *firmamentum, cælum*, Gen. 1. 8. Si cecidisset; quale esset firmamentum? egregium, scilicet. Hæcce tam præclara VERBO DOMINI cælorum firmatio! ô sciolos! Dixit præterea DEVS, fiant luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem ac noctem: & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant, & illuminent terram. Et factum est ita: Fecitq; DEVS duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: & stellas. Ibid. vers. 14. seqq. Nonne hæc, virtus Cælorum, Spiritu oris IEHOVÆ firmata? Quis mente sanus negabit, Solem, Lunam, Stellas, diuidere diem ac noctem, esse in signa & tempora; dies & annos; lucere & illuminare terram, præesse diei ac nocti, tam benè etiamnum hodiè, ac ante annos mille? Vbi res ipsa loquitur, quid opus est probatione prolixiore? VOX DEI; GERMINET TERRA herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram: PRODVCANT Aquæ reptile Animæ viuentis, & volatile super Terram sub firmamento Cæli: PRODVCAT Terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias Terræ secundum species suas: Vox, inquam, DEI hæc Genes. 1. impleta; PRODVCTA, Benedictione Diuina, CRESCITE & MVLTIPLICAMINI, animata roborataque, creuerunt & multiplicata sunt, ab vsque initio Mundi: crescunt & multiplicantur, hodierno die: crescent (vigore LEGIS semel pro semper Diuinitus inditæ) & multiplicabuntur, vsque ad Mundi totius, per IGNEM, renouationem. VERBVM DOMINI manet in æternum, Esaiæ cap. 40, vers. 8. Sic erit VERBVM meum, inquit IEHOVAH, Esaiæ cap. 55. vers. 11. quod egreditur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Wechst derentwegen heutiges Tages noch gleich also gut Graß / als vor tausendt Jahren. Dic quæso quid hoc? Cælum sedes mea, Terra autem scabellum pedum meorum, Esa. cap. 66. v. 1.

Matth. 5.

Matth. 5, 35. Actor. 7. 49. IOVIS OMNIA PLENA. Ora IEHOVAM, vt tibi à consilus. Nihil, bone soci, te iuuat locus, quem obiicis, Pauli ad Rom. 8, 22. Fit ibidem mentio duntaxat ingemiscentiæ Creaturæ; non defectus Naturæ. O BENEDICTA VIRIDITAS, FACIENS RES CVNCTAS GERMINARE. Contemplare VIRIDITATEM, figuris Amphitheatri huius prima, secunda, & tertia, reperies tu TheoSophe, RVAH ELOHIM: Cabalista, LINEAM VIRIDEM, GIRANTEM VNIVERSVM: Mage, NATVRAM: PhysicoChemista, LEONEM VIRIDEM; DVENECH VIRIDE; ADROP; ESSENTIAM QVINTAM. Sat. Quis enim reuocante & receptui canente Harpocrate, properaret frangere Cælesto Taciturnitatis sigillum? Vnicum addam singulare, Obseruationibus aut Demonstrationibus Mathematicis vestris respondens: Terræ globus potuit accrescere, virtute centri sui viuidi Motusque perpetui vegetatiua, propinquiorque fieri Cælo, crescendo; non Cælum Terræ, cadendo. Sed de his in præsentia satis. Doctrinam hanc loco reseruo commodiori.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 155 | Quando ponebat mari statutum suum, & aquis, ne transirent litus suum: quando describebat fundamenta Terræ: | Vers. 29. | *Quando circumdabat ☞ mari terminum suum, & legem ponebat Aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta Terræ,* | 155 |

*Mari terminum* ] Vnius DEI decretum causa est, cur se intra suos certosque limites aut terminos mare contineat, in iis ludat, fluat, refluatque. Quod Psal. 104. 9. & Iob. 26, 10. confirmatur. Hoc perpetuum suæ Potentiæ ac Bonitatis erga nos testimonium miraculosum proponit nobis DOMINVS: aliter enim futurum erat, vt vniuersam Terram iterum & statim operirent aquæ. Animo igitur grato ouantes exclamemus: Misericordiæ DEI Omnipotentis est, quod non absorpti sumus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 156 | Cum EO ☞ ERAM cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ☞ ludēs coram EO omni tēpore. | Vers. 30. | *ERAM apud EVM velut alumnus, & eram in letitiis quotidie, & ludo coram illo omni tempore:* | 156 |

ERAM ] EHIEH. Notandum: Exod. 3, 14. dixit DEVS ad Moseh: EHIEH ESER EHIEH, ERO QVI ERO. *Dixit preterea, sic dices filiis Israël:* EHIEH, ERO, *misit me ad vos.* LXX[a] & vulgata editio hoc in præsenti transtulerunt: SVM QVI SVM, pro, ERO QVI ERO. Frequens enim est Hebræis futurum pro præsenti poni. Scribunt autem Hebræi; istâ locutione æternitatem significari: asseruntque ea innui summam, omnimodam & sempiternam DEI stabilitatem, qui semper fuit, est & erit. DEVS solus dicere potest: SVM & ERO. Nam omnia rempora, cum de DEO loquimur, confunduntur. Nomen hoc DEI Græcè expressit Iohannes Apocal. 1. 4. dicens: ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, ἐρχόμενος, i. e. ab eo QVI EST, & QVI

ERAT, & QVI ERIT. Sic quoque in Oratione Dominica: *Pater noster, QVI ES in cælis.* Ita alibi SAPIENTIA incarnata, IHSVH CHRISTVS, EGO SVM, *Via, Veritas & Vita.* Et, *Antequam Abraham*, ERAM EGO. Cabalisticum hoc, haud spernendum, suo, DEO volente, fusius tractabitur loco, in Amphitheatro SAPIENTIÆ Æternæ, solius veræ, &c. explicato, in expositione nominis DEI, EHIEH, figurâ primâ. Desiste, nunc, calumniator, à perniciosissimis deliriis tuis, negans SAPIENTIÆ (quæ in tempore incarnata) tam Diuinitatem, quàm æternitatem. ERAM, EHIEH, id est, DEVS, DEI SAPIENTIA, cuncta componens. Notandum: Quæ hîc sapiens noster de SAPIENTIA, eadem Iohan. cap. 1. de VERBO. VERBVM, igitur, caro factum, & SAPIENTIA DEI in seculo incarnata, IDEM, DEVS, DEI FILIVS, ERAT, EST, ERIT, ab æterno in æternum. Quid, impie, dicis ad hoc? Quicquid est, ante Mundum creatum, DEVS est: SAPIENTIA est, ante Mundum creatum, ergô SAPIENTIA est DEVS. Hinc Iohannes Euangelista, cum ex Sapiente didicisset, VERBVM in Principio iam tum fuisse, statim infert, fuisse apud DEVM, qui solus est antè Principium. Et quia, quicquid est antè Principium, necessariò DEVS est, rectè infert etiam, DEVM ipsum esse VERBVM: ne quis duos DEOS suspicaretur. Initium siuè Principium creationis, excludit omne prius Creatum. Est enim creati, Principium. DEVS autem, cuius est VERBVM, VERBVM suum, (per quod in Principio creauit omnia) non creauit, alioquin non fuisset antè Principium. Quid igitur? ex seipso genuit DEVS DEVM de DEO, æternum ab æterno: nihil enim iam cogitari potest aliud. Esset & euanescat, nunc, redeatq; in nihilum, quæ fuit antè nihil, fanatica, hæretica, blasphema pestilentissimaq; vox Arianorum hæc: Fuit aliquando (scil. tempus, siuè æternitas, aut quicquid Arius subintelligere vel volet vel poterit) quo (filius DEI) nondum erat. Adamantinum hoc, contra Antitrinitarios omnes, ex Libro Naturæ, Macro- & Micro-Cosmicè, desumtû: CREATOREM TRIVNVM IGNIS, omnia sublunaria probantis & iudicantis, DEI Professoris physici in hoc Mundo inuictissimi, doctrina tibi ostendit; Physico Chemicè explicando Librum Naturæ magnum; ita, vt CREATVRAM triunam sentias vniuersaliter & particulariter confiteri, repræsentare, docere ELOHIM (qui in Principio creauit Cælum & Terram, &c. Gen. 1.) TRIVNVM. Deinde: CORPVS, SPIRITVS, ANIMA, ex quibus constat HOMO, similitudinem satis exprimunt Diuinam triunam, ad quam Homo triunus factus. Inter similitudinem & Imaginem distinguo. SVMMA: TRIVNA OMNIA; quia à TRIVNO facta. Vox DEI mirabilis, in Natura per Creaturam, hæc. Vide figuram Amphitheatri huius tertiam, propos. 1. distinct. 7. *Delectabar*] Delectabatur & delectatur vicissim IEHOVAH EA, hoc est, filio; cui IPSE (Hv, id est, IDEM, IPSE; quod inter nomina DEI recenset Capnio lib. 2. de verbo Mirifico, cap. 16.) ab æterno in æternum in delitiis. De hac incarnata extat Patris testimonium, Matth. 17. 5. HIC EST *Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui; ipsum audite.* Audiamus igitur DEI Filium, quid (voluntate & mandato Patris, qui nostri caussa misit eum) dicat de seipso in verbo suo Biblicè, Macro ac Micro Cosmicè scripto; non Arium, non Swer-

meros, diaboli squamas. Si ergô SAPIENTIA antè secula; si Filius DEI; si Patri Mundum creanti præstò fuit; si & nunc societate hominum delectatur, & manet in æternum; quis religione sanus dubitet illam æternam esse & pronuntiare? *Ludens*] Ludo (ab æterno) Diuino; quare ineffabili & inenarrando. Quid dicam? In Diuinis humana fragilitas ignorantia atque nox est: imò, merum NIHIL. Habeat ergò locum Christianorum illud, CREDE; Cui? ei, in quem credis. Credendo subiugaris DEO; subiugatus, times DEVM; quem timens, rectè viuis; rectè viuendo, cor mundas; mundo corde, quod credis, videbis.

| | | |
|---|---|---|
| 157 Ludo in orbe Terræ eius, & delectationes meæ cum filiis hominum. | Vers. 31. | ☞ *Ludens in orbe Terrarum: & delitiæ meæ* ☞ *esse cum filiis hominum.* 157 |

*Ludens in orbe*, &c.] Voce suâ mitificâ, (quemadmodum quarta Amphitheatri huius figura annotatum) mitificisq; operationibus, Macro & MicroCosmicè: varia virtute & efficacia, Donis ac Bonis, tam Spiritualibus quàm corporalibus, Seipsam, & Patris Infiniti Omnipotentiã Bonitatemque inexhaustâ, innumerabiliter nobis exponẽs: mirabiliter dicendo atq; docẽdo in Libris Naturæ, SS.* Scripturæ, Mentibusq; nostris pœnitentialiter lotis atq; mundatis. Ipsa ludit quoq; in orbe Terrarũ; quia regit, seruat, terret, consolatur, viuificat, adfert vitam æternam, defendit aduersus Sathanam & portas inferni. *Esse cum filiis hominum*] Adeo etiam, vt illa ipsa in plenitudine temporis facta sit homo, habitârit & versata sit inter homines corporaliter: atque ita suam erga homines beneuolentiam declarauit. Quid dicam? Gaudio & admiratione magnitudinis miraculi perfusus, obmutesco. Obseruandum: Filium DEI, propter immensum & ineffabilem suum erga genus humanum amorem, incarnandum fuisse, etiamsi peccatum non introiuisset in Mundum, Alexander de Ales, Iohannes Scotus cum aliis Scholasticis Theologis affirmauerunt; de amore SAPIENTIÆ Diuinæ erga Hominem, ad imaginem & similitudinem DEI formatam, tam benè sperantes. Thomas de Aquino, etsi diuersum sentit, nihil tamen certi se habere satis confitetur, cum dicit, hoc se solum scire, quod oblatus sit, quia voluit. Quinetiam Gabriel Biel inter recentiores Sententiarios facilè dexterrimus, clarè dicit, hac de re probabiliter in vtramque partem disputari, donec altera reueletur. Iudicet de hoc Ecclesia. Denique, sanctas hominum mentes (confirmauit experientia crebra) sic SAPIENTIA Æterna inter delitias habet, vt eas in seipsam transformet; ita, vt Homo mentaliter migrat in consortium & sanctuarium Angelorum DEI bonorum; imò, in DEVM (etiam in hac vita) ipsum, & DEVS habitet in homine; sedens Rex in throno suo Microcosmico, triuno, renato, verè catholico. Vide vers. 132. O Diuinissimum in DEVM transitum hunc! Qui fit, non nisi reiectione Binarii. Phy Diabolo, qui dissensionem aut dissimilitudinem introduxit DEI & Hominis voluntatem. Hoc VNVM (DEVS) quod nunquam à se discordauit, vult VNVM; estque omnibus binis dissentientibus contrarium: Vtque me ad Monadis simplicitatem plenariè perducat, dies noctesque Christianâ humilitate suspito, inuoco, oro,

ploro. Nec frustra. Mentirer, si negarem aliquid Numinis Diuini (absit tamen glorier) mihi vel vigilanti, vel dormienti, aliquando non adfuisse a it adesse, modò ipse Theosophicè voluerim. Hallelujàh. Reductio ad Monadis Simplicitatem (de qua in secunda Amphitheatri huius figura) est Methodus siue via, quà debeat ac posset H o m o regenerari, in integrũ restitui; ad D e v m, à quo dissensione propria defecit, Diuinitus reuerti; fieri nouus homo; coniungi, illuminari, atque vniri D e o, & quasi D e i-f i c a r i. Sumus enim secundum Animam adeò Diuinitatis capaces, vt ipsas etiam Angelicas mentes liceat prætervolare, & vnum cum D e o fieri. Hoc redire ab omni dissidente, hoc est, Binario, in v n v m, Theosophicè potest atque oportet fieri amissione tantum eius, quod v n i contrarium non est: alioquin non potest. Si sapis, Regenerationem Lapidis Philos. Catholici harmonicè inde disces: compendiosque in veritate harmoniã mirandam Macro & Microcosmi regeneratoriam, S a p i e n t i a ductu, PhysicoChemicè laborando. Hæc T h e o l o g i a triuna, Biblica, Macro & MicroCosmica, Catholica plusquamperfecta. Hic & sic studeat omnis homo: intelliget Biblicè, Macro & Microcosmicè, SS.[m] Scripturã; cognoscet Naturam & semetipsum; agnoscet D e v m, vt Creatorem, Redemptorem, Sanctificatorem: (o m n i a i n o m n i b v s) quem agnoscere, & notum imitari, S a p i e n t i a. Et sic homo in thronum suum reponitur, qui est ipsa M e n s, à qua Homo D e v s dicitur, iuxta Oraculum, Dixi, *Dii estis, & filii Excelsi omnes.* Psal. 82. 6. Hoc verissimè verum est. Sunt quidam Theosophistæ, nasutuli, mundani immundi, locutulei, orationis huius nostræ vim aut nucleum consequi nescientes, & propterea calumniantes: nec mirum; carent enim S a p i e n t i æ Spiritus illuminatione; cuius ipsi Doctrinæ medullã (diaboli obsessione spirituali excæcati & impediti) nec percipere neve degustare queunt. Sit istis respõsionis loco D. Pauli 1. Corinth. 1. hoc: scriptum est, *Perdam Sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo.* Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi disputatores seculi huius? nonne stultam fecit D e v s Sapientiam huius mundi? Quod stultum est D e i, sapientius est hominibus; & quod infirmum est D e i, fortius est hominibus. Quæ stulta sunt mundi, elegit D e v s, vt confundat Sapientes: & Infirma mundi elegit D e v s, vt confundat fortia; & Ignobilia & contemptibilia mundi elegit D e v s, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Hæc est Theosophia vera, germana, triuna, efficax, quæ olim & Philosophorum supercilia, & Principum inuicta sceptra veritati subegit, hodieque subigere potens est: de qua caro iudicare nequit. Verum, cum nusquam in sacris legamus, Christum (quamuis multa eius sint annotata miracula) ex stulto fecisse sapientem, Warumb solte ich mich dann dessen vnderstehen?

| | | | |
|---|---|---|---|
| 158 E g o (הַחָכְמָה H h o c h-m a c h) S a p i e n t i a habito in Consilio, & *Ꝯ* eruditis intersum cogitationibus. | Ibidem Vers. 12. | *E g o (חָכְמָה) C h o c h-m a c h) S a p i e n t i a habito in astutia: & scientia cogitationum inuenio.* 158 | |

*Eruditis intersum cogitationibus.*] Nõ cogitationibus aut sermonibus scurrilibus,

rilibus, obſcœnis, impiis, blaſphemis, turpibus, ſtultiloquio, aut ſcurrilitati, qui ad rem non pertinet, Epheſ. 5, 4. nec verbis maledicis, rabioſè ac ſcabioſè in proximũ debacchantibus. Sapientiam qui quærit veram, hæc fugiat, ſitque ab iis prorſus alienus. Iacet, inquit, pia mente, doctus Eraſmus, in ſepulchro pectoris putre cadauer, vnde eiuſmodi exhalant fœtores, & proximum quemq; inficiunt. Nihil ſpirant de Sophiæ Cæleſtis balſamo. Piorum corpora templa ſunt beneolentia & benedocentia Spiritus SAPIENTIÆ ſancti; impiorum, ſepulchra cadauerum. Neque vllum corpus mortuum tam eſt deſtiturum anima, quam mortua eſt anima relicta à DEO; cuius ſignatura, phy, tanti fœtores. Neq; vllum corporeum cadauer ſic oboler naribus hominum, vt fœtor animæ ſepulræ iam quatriduum offendit nares Diuinos omniumq; Cælitum, hoc eſt, Spirituum bonorum. Viua verba DEI loqueretur lingua, ſi illuc adeſſet vita, DEVS. TERNARIVM, reiectione Binarii, per Quaternarium, vt eſt ſecunda Amphitheatri huius figura, ad Monadis ſimplicitatem, in nomine SAPIENTIÆ manifeſtatæ in carne, hoc eſt, IHSVH CHRISTI crucifixi, pro viribus Diuinitus tibi conceſſis, Theo-Sophicè reducere ſtude; ſiq; ſic corpus, Spiritus & Anima tua (tu totus) congregata fuerint in nomine IHSVH; iam de SAPIENTIA Chriſtiano ieiunio in Oratorio meditare; ſoliloquia in ſpiritu & veritate religioſè exerce; tuis profectò, HHOCHMA-EL (quod de Hebræo DEI SAPIENTIAM ſonat) intereiit cogitationibus; orationibus, ſoliloquiis, meditationibus; mundum in te creabit & conſeruabit cor; Spiritum innouabit rectum in viſceribus tuis; Sanctos, ſapientes & artificioſos, in te inuenier cogitatus; prudentiæ ſpiritu te replebit (Exod. 28, 3. θεοπνευστικῶς, hoc eſt, Diuinitus inſpirando, te inſtituet deducetque in veritatem Agnitionis, Cognitionis, Cognationis, Vnionis atque Fruitionis (quemadmodum habet operis huius inſcriptio) IEHOVÆ, CREATVRÆ atque NATVRÆ, necnon TVIIPSIVS; eriſque DEO optimo id, quod homini bono ſua eſt manus: me iuuat eſſe DEO, quod iubet eſſe DEVS. SVMMA: Theoſophicè (Crede, Viue, Ora, & Labora, certò certius, quæ dixi, vt alii, ſic & tu experieris. Qui autem hæſitat fide, non æſtimet ſe quicquam impetraturum à DEO, atteſtante Iacobo, in ſua Canonica prima, c. 1. v. 6. & 7. Quemadmodum contra negantem Principia non eſt diſputandum, niſi de Principiis; ita carenti Fide, de nullo alio incumbit Orandum & Laborandum, niſi de Fide vera: vt, nimirum, Fides (quæ DEI Donum) Diuinitus ſibi inſpiretur, in ſe oriatur, augeatur ac conſeruetur. Qua habita, OMNIA tibi neceſſaria vtiliaque Theoſophicè impetrabis à DEO, proſpereque & Orando & Laborando tibi ſuccedent.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 159 ☞ TIMOR DOMINI odit malum, arrogantiam, & ſuperbiam; & viam prauã, & os bilingue deteſtor. | Verſ. 13. | *TIMOR IEHOVÆ eſt odio habere malum, ſuperbiam & arrogantiam, & viam malam, & os loquens peruerſitates, odi.* | 159 |

TIMOR DOMINI *odit malum*, &c.] Quare, quia DOMINVS, quem (vt DOMINVM) timet, BONVS: odit arrogantiam & superbiam; quia timet Maximum, Æternum, Terribilem, Fortem: odit viam prauam; quia timet omnia videntem, Zelotem, Iustum: os bilingue detestatur; quia timet Optimum, solum Sapientem, Veracem: & sic TIMOR DOMINI INITIVM SAPIENTIÆ, quod est, frui IEHOVAH Longanimi, Misericordi, multoq; Benignitate. Vide figuram Amphitheatri huius secundã. Hæc nostra ad Archetypi exemplar, ad cuius imaginem & similitudinem (Gen. 2.) sumus formati, reformatio. Benè homini, qui timet DOMINVM. Huic enim credenti nihil impossibile, quia DOMINVS facit voluntatem timentium eum, Psalm. 145. 19.

160 Ego diligentes me diligo; & quærentes me inueniunt me. | Vers. 17. | *Ego* ☞ *diligentes* ME, *diligo*: *& qui* ☞ *manè vigilant ad* ME, *inuenient* ME. 160

*Diligentes me, diligo*] Lege talionis; qui amat, est dignus amari: Vide vers. 145. *Qui manè vigilant*] Quia primâ iuuentute, die ac noctu, tempore antelucano, priusquàm cubitu surgat, meditando in Lege mea triuna, videlicet Naturæ, SS[æ] Scripturæ & conscientiæ, vigilanter me quærit, me inueniet. vers. 28. sic Elcana cum vxoribus suis surrexerunt manè, & adorauerunt Dominum, 1. Reg. 1. 19.

161 Per semitas IVSTITIÆ deduco, in medio semitarum iudicii. | Vers. 20. | ☞ *In viis* IVSTITIÆ *ambulo, & in medio semitarum iudicii.* 161

*In viis* IVSTITIÆ] Quam primum anima fidelis sibi desponsauit Sapientiam Diuinam, & illa mentem piam sibi copulauit cælesti matrimonio, ornat Sapientia sponsam suam amore Iustitiæ, & implet illam odio iniustitiæ, hoc est, iniuriarum in DEVM & proximum; donatq; animam illuminatam; iudicio dextro, recto, sincero, incorrupto, de omnibus, quibus aut DEI Gloria illustratur, aut salus proximi promouetur. In Iustitia enim & iudicio Gloria DEI & salus populi consistit.

Audiamus iterum Sapientem.

162 ☞ DOMINVS SAPIENTIA fundauit Terram, ☞ stabiliuit cælos PRVDENTIA. | Prou. 3. vers. 19. | IEHOVAH *in* SAPIENTIA *fundauit Terram, stabiliuit Cælos in* INTELLIGENTIA. 162

DOMINVS SAPIENTIA *fundauit*, &c.] Quapropter, si rectè cupis instituì de Mundi creatione; de Chao; de YAH primordiali, siuè Materia prima: de Mundi Anima, dicta Natura: de Medio, hoc est, Spiritu Æthereo, (qui cælum) duo extrema, Materiam pura & Formam; Corpus

ac Ani-

ac Animam,in globo sublunari (DEI nutu) copulante & vniente: de Cælo,hoc est,Spiritu æthereo, superius firmato,vnde Firmamentum: de Principiis, Elementis, eorumque Fructibus: de omnibus quæ à supremo Cælo ad infimum Terræ Centrum continentur: deque toto ornatu Macro ac Microcosmi: ( quod Cabalistis est Opus de Beresith, hoc est, SAPIENTIA NATVRÆ, ) si cupis, inquam, in Beresith, (vt certò scias, non opinetis,) erudiri, institui ac informari; SAPIENTIAM IEHOVÆ (DEI VERBVM, per quod omnia facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est, Ioh.1,3.) iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, Theosophicè adito; hanc audi, vide,obserua in SS.ª Scriptura, Libro Naturæ,& Mente tua Diuinitus illuminata, mirabiliter docentem; inuenies eam solam & vnicam præceptricem veracem, teque ducentem in veritatem Naturalem,hyperphysicam atque Diuinam; OMNEM. Tu Christiano-Cabalista, Physico-Mage, & Physico-Chemista, Orando & Laborando (quemadmodum docet Amphitheatrum hoc) sapienter ingrediendo per quinquaginta Intelligentiæ portas, circa quas studia tantopere desudant Cabalistarum, Diuinitus à Mosáh DEI seruo receptas,& Gen.1. ordine miro annotatas, olei Spiritus sancti vnctione imburus, ascendes (veluti per scalam Iacob) ad Opus de MERCAVA,quod est, SAPIENTIA Diuinitatis, de sublimioribus contemplationibus,scientia verè spiritualis; vt fruaris DEO Paterno, Fraterno atq; Amico,quod est Sabbathum Sabbathorum, Iobel vltimus, æternus. Hæc via ad LAPIDEM (quem anxii multi sinistrè quæsiuerunt,& adhuc quærunt) inueniendum Philosophorum Regia, eaque Catholica, à IEHOVAH Saturninè collocatum in Centrum Mundi. Cæteræ, ambages Labyrinthex, omnes. Tu, qui scis SAL SATVRNI Catholicon, cuius mysterium in Denario Philosophicè fulgens, sile. Dandum est fœnum boui, psittaco saccharum tantum. ô stulti & impii,qui posthabentes vnctionem Spiritus sancti,laboratis à perfidis nonnullis Ethnicorum Philosophis (spiritibus malignis, errorumque magistris) discere ea, quæ à SAPIENTIA Æterna,in seculo incarnata,sola vera, Spiritus sancti afflatu in verbis ipsis sancto,ingressi, (ductu manu DEI) in vosmetipsos,suscipere possetis,cognoscereque deberetis. SAPIENTIA IEHOVÆ vnica & sola nos sapienter docere debet, potest ac vult in Libro suo triuno, videlicet, SS.ª Scriptura, Natura, & speculo Mentis tuæ. Vide vers.260. *Stabiliuit Cælos*] Id est, Spiritum æthereum, qui Cælum est & dicitur, firmauit. Hinc Firmamentum, Gen.1. VERBO DOMINI Cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis ornatus eorum. Psal.33,6. Vide vers. 261. & figuram Amphitheatri huius tertiam. Quæst. quinta.

| | | |
|---|---|---|
| 163 ☞ SAPIENTIA illius eruperunt ☞ Abyssi, & nubes rore concrescunt. | Vers.20. | *In SCIENTIA eius abyssi ruperunt sese, & Cæli stillant rorem.* 163 |

*Sapientia illius*] Cuius? IEHOVÆ. Si DEI, qui æternus, cur non & illa æterna. *Abyssi*] Notanda hîc venit Doctrina insignis de ABYSSIS. Abyssus est rerum Naturalium, supernaturalium, Spiritualium, Diuina

rum, Æternatum, & Infernalium, profundissima, abstrusissima, occul tissima, imperscrutabilis & ineffabilis, CAVSA, Origo, Sedes, Fons, Recessus, producens effectus admirandos, nullo humanæ rationis accumine compræhensibilis. Est autem Abyssus Creationis, de qua Moses, Gen. 1. 2. Et tenebræ erant super faciem Abyssi: Est Abyssus Scripturæ sacræ, de qua Ezechiel cap. 47. Ecclesiastic. 1. 2. & 24. 8. Est Abyssus Prouidentiæ, de qua Psalmus 139. torus. Est Abyssus Omnipotentiæ & Sapientiæ Diuinæ, de qua Esaias cap. 40. Est Abyssus prædestinationis, de qua Diuus Paulus, Ephes. 1. 4. & Rom. 9. Est Abyssus Dilectionis, Redemptionis & meri Christi, de qua Ioh. 3. Rom. 5. Est Abyssus iudiciorum DEI, de qua Psalm. 36. 7. iudicia tua abyssus multa. Eccl. 38. Consilia eius in abysso. Est abyssus humanæ misetiæ & peccati, & praui cordis, Iet. 17. 9. Ezech. 26. 19. Est abyssus inferni, Apoc. 9. 1 & 2. Est denique abyssus vitæ & gaudii æterni, vbi omnia catent fine & termino. Ezech. 31. 4. Exaltauit illum abyssus, id est, infinita beatitudo & prospetitas. Ex his, quantum ad præsens institutum attinet, explicabimus tantum Abyssum Creationis & Prouidentiæ. Abyssus Creationis & rerum Naturalium, sunt Fontes, Origines, Thesauri. Scaturigines inuisibiles, putissimi, perpetui, Reconditissimi, in Elementorum purissimorum, simplicissimorum Centris: Terræ scilicet, Aquæ, Aëris & Firmamenti, in quibus occultissimis thesauris, seminatiæ terûm Rationes, conseruatrices specierum, perpetuò, vsque ad Mundi Resolutionem custodiuntur: vtpote, Animalium, Vegetabilium, Mineralium, fluminum, ventorum, tempestatum, serenitatum, temporum, ætatum, retumque omnium, figutæ, proportio & habitus, quibus in hanc Mundi scenam visibilem, statis tempotibus prodeunt; totius vitæ humanæ Rempublicam, totiusq; Naturæ cursum, fluxum & tefluxum administraturæ. Hanc Abyssum naturalem vocat Orpheus Noctem, Tenebras, Nebulam, Dianam inconspicuam, à nemine mortalium visam, nudam scilicet, in hymno qui sic incipit, Νὺξ φύσεις πάντων. Abyssus Prouidẽtiæ est ordo Conciliorũ Diuinorum abstrusissimus: totius Naturæ & humanæ vitæ administrator, qui tempora, ætates, mutationes, annos, menses, dies, hotas, minura. Rerum Naturaliũ & humanarũ actionum, officiorum, vocationum, studiorum, periculorum, calamitatum, afflictionum, Liberationum, vitæ & Mortis Humanæ est auctor, moderator & dispensatot. Abyssus Sapientiæ delineatur lib. Sap. 7.

164 Quis ascendit in Cælum atque descendit? Quis continuit Spiritum in manibus suis? Quis colligauit Aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos? ☞ Quod NOMEN EST EIVS, & quod NOMEN FILII eius sit, nosti?

Prou. 30 vers. 4.

*QVIS ascendit in Cælum & descendit? QVIS collegit ventum in pugillis suis? QVIS cõgregauit Aquas in vestimento? QVIS stabiliuit omnes terminos Terræ? Quod Nomen eius, & quod NOMEN FILII eius, si nosti?* 164

*Quod*

QVOD NOMEN EST, &c.) DE SAPIENTIA incarnata vaticinatur Sapiens: & de NOMINE ineffabili & admirabili IEHOVA. Quomodo sapienter Nominibus DEI vti debeamus in Oratorio, docet nos Psaltes, Psalmo 18. 2 & 3. *Domine fortitudo mea, rupes mea, propugnaculum, liberator meus, DEVS meus, petra mea, protector meus, cornu salutis meæ, refugium meum.* Et, Moses Exod. 34. 6. DOMINE, DEVS noster, Bone, Benigne, Misericors, Clemens, Longanimis, multæ Misericordiæ & Bonitatis. Nomen verò IHESVS est nomen supra omne nomen, in quo omne genu flectitur illorum, quæ sunt in cælo & terra, & infra terram. HOC NOMEN omnium diuinorum miraculorum caussa effectrix est, si ritè Theo-Sophicè & Mysticè Mens sit præparata fide & inuocatione. Huic fidei, quæ sese coniunxit, copulauit, & rectè VNIVIT, cum Nomine IHSVH, ceduntomnes virtutes Cælorum, omnes vires terrenæ, omnis vis diabolica, omnia quæ ex regno peccati & diaboli, hominum corpora & animos infestant.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 165 | Comede, fili mi, mel, quia bonum est: & fauum, qui dulcis est palato tuo: | Prou. 24 Vers. 13. | *Comede (itaq.) fili mi ꝗ MEL, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo:* | 165 |

*Mel*] Melle solo dies aliquot vixisse Democritum ægrotantem, quo cum caruisset, mortuum, scribit Athenæus: odore panis calidi, morti propinquum; vitam per triduum extraxisse, Diogenes Laërtius. Mellita SAPIENTIÆ Æternæ (quæ panis vitæ, Iohan. 6. 35.) doctrina, te, peccatorum morbo lethaliter decumbentem, cordis ore puri ac mundi piè comesta, reficiet non tantùm, sed & à morte præseruabit æterna. Quemadmodum enim apiculæ ex rore & floribus mel conficiunt: ita ex Rore Cælesti, Spirituali, Diuino, videlicet, SPIRITV SANCTO; & ex flore Mentis tuæ, hoc est, fide, amore, spe & inuocatione paratur mel Sapientiæ Diuinæ; cuius vel minimus gustulus ab anima pia & fideli perceptus omnem totius mundi dulcedinem, delectationem & voluptatem superat. Hinc Psaltes, *Eloquia tua*, inquit, *sunt mihi melle & fauo dulciora*: Psal. 19. vers. 11. & 119. 103. Tua, ô DOMINE, dulcedo, & mihi dulcia faciat amara omnia Mundi. Comede igitur MEL de PETRA, CHRISTO, vt Balsamo eius saluberrimo, corpore, Spiritu & Anima, á corruptione liberêris annihilatiua: (Deut. 32. 13.) cuius carentia, te mori sinet. Latet in melle hoc suauissimo SAL SAPIENTIÆ, à sapientibus sapienter sic nominatum. Mirum, certè, Diuinæ Benignitatis documentum, phrasin hanc ad nostram vsque ætatem, permansisse superstitem, etiam inter prophane philosophantes; cum miseri isti homunciones (per DEVM) non intellexerint, quid dixerint. Secreta vis locutionis huius. Disce fili.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 166 | ꝗ Sic & DOCTRINA SAPIENTIÆ Animæ tuæ, quam cum inueneris, ꝗ habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. | Vers. 14. | *Sic ꝗ cognitio SAPIENTIÆ suauis erit animæ tuæ, si inueneris eam, & erit merces: & expectatio tua non excidetur.* | 166 |

*Sic & Doctrina*, &c.] Eſt enim Flos Mellis Diuini; Mannaque Rotis ſupercæleſtis: Mel in ore, Mel in corde IHSVH SAPIENTIA Patris facta caro, PETRA, 1. Corinth. 10,4. ſupra quam ædificata Eccleſia, Matth. 16,18. *Cognitio* SAPIENTIÆ, &c.] Cognitio SAPIENTIÆ veræ eſt LVX in Mente, diſpellens tenebras ignorantiæ, & omnes opiniones falſas ac incertas. Et hæc Cognitio differt ab opinione & incertis coniecturis, tanquam lux à tenebris, & corpus ab vmbra. DEVS, vt mentes noſtras illuminet, exorandus eſt. Caue, igitur, caue, ne Lucem à tenebris petas, à ſpiritibus malis, qui ſunt apoſtatæ & mendaces. Caue, ne Lucem veram petas ab vmbra, hoc eſt, ab hominibus, vera Luce non illuminatis, qui propriâ ſapientiâ tument, & phantaſias ſpeculatiuas, atque ſomnia ſua tibi pro Sapientia obtrudunt & vendunt. *Habebis in nouiſſimis*, &c.] Vide infra verſ. 224.

*Inſeratur hic figura quarti gradus.*



IV. GRA-



# I V.

# GRADVS PROLOGETICVS QVARTVS EXPOSITVS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 168 IEHOVAH dat SAPIENTIAM, ex ore eius egreditur cognitio & Intelligentia. | Prou. 2. Verſ. 6. | ☞ *DOMINVS dat SAPIENTIAM, & ex ore Eius PRVDENTIA & SCIENTIA.* | 168 |

DOMINVS *dat*, &c.] Hinc D. Iacobus in ſua Epiſtola cap. 1. verſ. 5. *Si quis veſtrum indiget* SAPIENTIA, *poſtulet à* DEO, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat* (exprobrat,) *& dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui Maris, qui à vento mouetur & circumfertur.* Non ergò æſtimet homo ille, (ſummus ille ſit, vel minimus, nobilis aut plebeius, Groß oder klein Hanß) quod accipiet aliquid (quicquam) à DOMINO. Vir duplex animo, eſt inconſtans in omnibus viis ſuis. Vide verſſ. 216. 251. Si igitur, quod verum, IEHOVAH dat SAPIENTIAM, fruſtra innitimur prudentiæ noſtræ ſoli, laborando arte aliqua humanitus eam addiſcere. Liber, ſine claue Spiritus ſancti, non prodeſt quicquam. Rectè ergò I.C. Scaliger Exercit. 359, 1. inquit: *Noſtra hæc in literarum ſtudiis peregrinatio, ſine ſuperna luce, miſerabilis quædam erratio eſt.* Apud IEHOVAM THEOSOPHICE, hoc eſt, Chriſtiano-Cabalicè, Diuino-Magicè, & Phyſico-Chemicè; in Oratorio ac Laboratorio, Micro & Macrocoſmicè, quærenda eſt: à DOMINO, qui eam inſpirat atque largitur, impetranda. Donum DEI eſt. Vnde doctiſſimus Capnio (cuius ob Cabaliſticæ exercitationis diuinam peritiam memoria ſit ſempiterna) lib. de verbo mirifico 1, cap. 7. Philoſophiam (quæ à SAPIENTIÆ amore nomen habet) rectè definit, Spiraculum DEI, & Illuſtrationem Diuinam. Vt autem Sapientia vera Spiraculum DEI & Illuſtratio Diuina: ita ſapientia mundi immundi (reuera ſtulta & inſipiens) ſpiraculum diaboli, (qui, teſte Apoſtolo, princeps mundi huius: *cuius ad exemplar totus componitur orbis*) & excæcatio mentis. Quare & ſtultitia coram DEO, hominibusque DEI Spiritu illuſtratis Ex Oceano SAPIENTIÆ, per Libri eius tertriunius Catholici ſiphones,

Sapientia, Scientia & intelligẽtia Dona DEI ſunt.

gratiæ diuinæ ductu, deriuandum est, in Paradysum mentis nostræ, veræ SAPIENTIÆ flumen; non ex putidis principis mundi huius immundi, squamatumque istius, per sophismatum errorumque canales, fœtidis lacunis. Ille, rerum Diuinarum & humanarum dat Scientiam veram & salutarem: hic, vitiosam, turgescentem, vulpecularem, sophisticam, sterilem & mundanam sapientiam immundam. Vide vers. 187.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 168 | Custodiet & rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, | Vers. 7. | *Recondet rectis essentiam, scutum erit ambulantibus perfectè,* | 168 |

*Rectorum salutem*] Fructus Diuinæ Sapientiæ sunt infiniti: Summus autem est animæ Salus; quæ diuinitus custodita, & tanquam thesaurus æternus reposita est iusto. Et, vt Hebræus textus innuit, ipsum esse rei, seu quod omnibus rebus dat esse, est thesaurus iusti: quod nihil aliud est nisi DEVS IPSE, qui est OMNIA in OMNIBVS. IEHOVAH igitur IPSE Salus iusti: IPSE est clypeus iusti, aduersus tela diaboli, hominum inimicorum, aduersus malignas impressiones MacroCosmi. Hæc est vmbra Altissimi, & protectio Omnipotentis, aduersus horrores noctis, aduersus volantia tela interdiu, aduersus dæmonium meridianum, aduersus pestem ambulantem in tenebris. Psal. 91. Hæc mala omnia, non tangunt illos, qui ambulant in integritate; hoc est, in DEO IPSO, & filio eius IHSVH CHRISTO.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 169 | Vt custodiant semitas iudicii: & viam misericordium eius custodiet. | Vers. 8. | *Seruans semitas* IVSTITIÆ, *& & vias sanctorum custodiens.* | 169 |
| * | Tunc intelliges iustitiam & iudiciũ, & Rectitudines, & omnem semitam bonam. | Vers. 9. | *Tunc intelliges Justitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam.* | * |

*Vias sanctorum custodiens*] Egregius hic est Diuinæ Sapientiæ fructus. Fauore namque & gratia DEI custodiuntur pii, ne à Iustitiæ semitis aberrent. Sapientia Diuina est Lux perpetua, monstrans viam in tenebris, animum ab erroribus reuocans, à consiliis stultis liberans, à cogitationibus vanis coherceens. EGO te docebo, inquit SAPIENTIA, quæ sunt vtilia: Intellectum tibi dabo, & instruam te in viâ hac, quâ gradieris: firmabo super te oculos meos. Psal. 32, 8. O SAPIENTIA Æterna doce nos, æterna norma dirige nos, æterna regula informa nos:

*Me* DEVS *informa, quæ sit tua sancta voluntas,*
*Morigerasque manus præsta gressusque sequaces:*
*Namque eris ecce* DEVS *semper mihi, tramite recto*
*Spiritus ille tuus diuinaque virgula ducat.*

Vtno-

170 Vt notum omnibus esset, quoniã oportet ☉ præuenire SOLEM ad BENEDICTIONEM TVAM, & ☉ ad Orientẽ LVCIS TE adorare.

Sap. 16. Vers. 18.

*Quo notum esset, Solem ad gratias tibi agendas præueniendum esse, atque te sub lucis ortum saluandum.* 170

*Præuenire Solem*] Anteuertere Solem; oculum (iuxta Hermetem) non tantum visibilem illum, hoc est, lumen in Firmamento maius, verum quoque DIVINVM: & ad ortum lucis eius, in nobis, tibi, IEHOVAH, obuiam procedere, occurrere, te adire, cõuenire, supplicationibus, 1. Timoth. 2, 1.) orationibus, postulationibus: & gratiarum actionibus (siquidem gratiarum actio est ad plus dandum inuitatio) ad benedictionis tuæ radios, rammentibus quàm actionibus laboribusvè nostris, benignè influendos, locoque ac tẽpore opportunis, te prçuenire: aut, super negotiis omnibus Theosophicè te consulere, tecumque agere. Hinc Prouerb. 19, 11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. NOTA: Quemadmodum Manna cibus populi Iudaici, in deserto, antè Solis ortum colligendũ erat, ne radiis Solis liquefactum diffueret: ita Diuinæ Sapientiæ Manna, maturinarum precum vasculis colligendum: &, vigilandum est manè ad fores SAPIENTIÆ. Sol noster, qui in nobis est, præueniat Solem MactoCosmicum: oriaturque citius Cæli interni Micro, quàm externi MacroCosmi. Nam vigiles ætherii, qui sunt vehicula Lucis & Sapiẽtiæ, adsunt simul depulsuri tenebras interiores. Solem in nobis exorientem describit Canticum: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Non immerito Psal. 78, 25. manna vocatur panis Angelorum. Manna siquidem supernaturaliter generatũ per Sapientiam Diuinã, Diuinæ Sapientiæ fructus est. Igitur Sapientia, quæ ex ore DEI procedit, est verus panis Angelorum, quo ipsi aluntur suauiter. Et quia Iesus Christus, verbum Patris est, & Sapientia Patris: igitur verum manna est Christianorum credentium. Hoc, iugi corde, animo peruigili est suscipiendum; antequam mens nostra, afflictionibus quassetur & diffluat curis, quas singuli secum vehunt dies nostri. *Ad orientem Lucis*] hoc est, summo manè, in crepusculo matutino, (nam benè consurgit diluculo, qui quærit bona. Prou. 11, 27.) sub exortum Solis, in aurora, quæ grata Musis, & verè aurea hora, non duntaxat diei naturalis, sed & ætatis tuæ, piæ deuotionis, conceptuum mentis bonorum, &c. confestim, cum tale quid in te exoritur, (qui exortus in schola Cabalæorum Aurora dicitur) quando impulsu Spiritus boni bonum in re sentis morum, dum cor inflammatur, dilatatur ac glíscit, ad opus tale perficiendum; tunc micro & macrocosmicè ingredere Oratorium, & Ora, meditare, soliloquia Theosophicè exerce Christiana: (scias iam tibi fauere & inseruire Tempus, Locum, Cælum, Sidera, Genium, Cælestis exercitus militiam, DEVM, hoc est, OMNIA:) audi, vide, obserua, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, quidnam IEHOVAH, in TE IPSO, in NATVRA, in SS[a]. SCRIPTVRA, suggerit respondetq; tibi, Ingredere quoq; Laboratorium, secundumq; Cabalisticam, i.e. Receptoriã institutionem prędictam Diuinã, verè Sapientibus antiquitus vsitatũ, *Sapienter Labora*: Sic DEVS dabit sine mora.

Exercitia hæc, quando Spiritus ſancti vel boni ſtimulum ſentis, noli differre: Nam *fronte capillata, quæ poſt occaſio calua*. Omnia enim, Solomone & Experientiâ teſtibus, tempus habent ſuum. Quapropter, quando & quô Fata trahunt, obœdienter ſequendo, eundum. Hodie, ſuadet Pſalmographus Regius, cùm audieritis vocem IEHOVÆ, nolite fieri ſicut mulus & equus, quibus non eſt intellectus. Pſalm. 32. verſ. 9. Inuoca igitur DEVM, ſole (macro & microcoſmicè) oriente, non occidente. Vide verſ. 96.

| | | |
|---|---|---|
| 171 Tu (DOMINE) es, ☞ qui liberas ab omni malo. | Sap. 16 Verſ. 8. | *Tu (IEHOVAH) docuiſti hoſtes noſtros, te eum eſſe, qui omni ex malo eripis.* 171 |

*Qui liberas*, &c.] Mirificè DEVS Opt. Max. Sapientiæ ſuæ radios diſpoſuit, illosq; in ſalutem & auxilium hominum, variè diſpenſat. Eſt namq; Diuina Sapientia, non inanis & vana ſcientia, ſed virtus auxiliatrix, infinitas poſſidens vires auxiliatrices, quas in ſalutem hominum conuertit. Et cum genus humanum variis (proh dolor) imò innumerabilibus (ob commiſſum peccatum) obnoxium ſit calamitatibus; totidem Sapientia DEI, tam Spirituales, quàm Naturales, continet medelas: quas per famulas ſuas fidas pediſſequas, ex abyſſo ſua, fideliter nobis diſtribuit.

| | | |
|---|---|---|
| 172 Tu (IEHOVAH) vitæ & mortis poteſtatem habes, ad portaſque inferorum deducis & reducis. | Verſ. 13. | *Tu es, DOMINE, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & ☞ deducis ad portas mortis atque reducis.* 172 |

*Deducis ad portas mortis*, &c.] Ecce hæc eſt Diuinæ Sapientiæ Schola & ἐργαστήριον. Ita mortificat cultores ſuos, vt eoſdem viuificet; ita ad portas mortis deducit, vt, eâdem viâ, ad portas Cæli euehat. Cor contritum & humile poſtulat SAPIENTIA: in hoc ipſo magnificum ſibi extruit domicilium. Dum igitur hominem frangit, eundem ædificat; dum deſtruit, renouat; dum humiliat, exaltat; dum obtenebrat, nouam lucem infundit; dum hominem, ab hominum conſortio auertit, in Cæleſtium commercium introducit.

| | | |
|---|---|---|
| 173 Benedictio IEHOVÆ ditat, nec apponit IEHOVAH dolorem ei benedictioni. | Prou. 10 verſ. 22. | ☞ *Benedictio DOMINI diuites facit, nec ſociabitur ei afflictio.* 173 |

*Benedictio* DOMINI, &c.] Fructus Diuinæ Sapientiæ ſunt omnis generis Dona & Bona Corporis, Animi & Mentis: Omnes enim creaturæ vltrò ſeruiunt, & vbertim affluunt illis tantùm, quorum mentibus, tanquam Regio Solio (Regina & Domina creaturarum) SAPIENTIA inhabitat. Quandoquidem hæc eſt creaturarum libertas, & præcipuus ac proprius finis, ſeruire Gloriæ DEI & hominibus DEO dilectis, vitæ æternæ hæredi-

bus. Qui-

bus. Quibus cum vltrò seruiant, administratorii Spiritus Angeli, ex DEI ordinatione: cur non & reliquæ creaturæ, Angelorum ministerio subiectæ idem præstarent? Et quemadmodum maledictionis caussa est Protoplasti inobœdientia, quæ secum tulit omnis generis calamitates, Elementorum sterilitates, & rerum penuriam: ita Benedictionis caussa est PIETAS, & TIMOR DEI. Hæc Benedictio nihil aliud est, quàm virtus quædam, progrediens ex ore DEI, viuifica, multiplicans & fœcundans rerum Naturam, vt se quasi in agmina vbertim diffundat. Accedunt huc exempla Patriarcharum, Regum aliorumq; Sanctorum. Insuper hæ diuitiæ, quæ fontem habent veram Sapientiam, non afferunt secum dolorem, cum affluunt; nec pariunt dolorem, cum recedunt: Fontem enim diuitiarum possident pii, & fideles DEI dilecti, Sapientiam ipsam. Hæc melior est auro, vers. 30. cunctis opibus pretiosissimis: vers. 5. auro & lapide pretioso, vers. 327. Ratio est, quia dat OMNIA, vers. 291.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 174 | ☞ Turris fortissima NOMEN DOMINI: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. | Prou. 18 vers. 10. | *Vt turris fortis est NOMEN IEHOVÆ: ad ipsum curret iustus, & exaltabitur.* | 174 |

*Turris fortissima* NOMEN DOM.] Psal. 91. 14. Protegam eum. Quare? Quia cognouit NOMEN meum. NOMEN DEI est Omnipotentia, Sapientia & misericordia DEI. Huic magno & mirifico nomini qui sese committit, & ab eo solo pendet, næ ille munitissimo propugnaculo circumseptus est. Nomen DEI omnes virtutes & potentias complectitur. Qui igitur NOMINI IEHOVÆ & IHSVH confidit, is omnibus virtutibus ac potentiis munitus est. Præsente diuino hoc præsidio, castrisque Angelicis; omnis humana potentia, quæ aduersus pios militat, dissipatur, & in vmbram soluitur: quo recedente, corruunt & vastantur fortissima quoque mœnia & regna. Rex Dauid in fuga & auxilio, nullo visibili præsidio instructus, non castris aut propugnaculis externis munitus erat: interim sub præsidio, protectione & vmbra Altissimi, tutior erat, ac si vrbem munitissimam, occupasset. Discito ergo NOMEN DEI inuocare cum Seth, Gen. 4. vers. vlt. cum Abram, Gen. 12, 8. 13, 4. & (Abraham) 21, 33. cum Moseh, Exod. 34, 5. cum Aaron & filiis eius, Num. 6. v. vlt. cum populo Israelitico, Deut. 26, 2. 28, 10. & 32, 3. cum Dauid & toto Israel, 1. Paralip. 13, 6. & 16, 2. & 8. Psal. 115, 4. cum Solomone, 3. Reg. 8, 23, & 43. 2. Paral. 6, 20. cum Elia, 3. Reg. 18, 24, cum Eliseo, 4. Reg. 5, 11. cum Rege Asa, 2. Paral. 14, 11. cum Iosaphat iudice, 2. Paral. 20, 6. & 9. cum Iesu Syrach, 51, 14. cum Ieremia, Thren. 3, 55. cum Azaria, in medio flammæ, Dan. 3, 26. cum tribus viris, Sidrach, Misach, Abednago, in camino ignis ardentis, ibid. vers 52. cum Sacerdotibus, 1. Maccab. 7, 37. cum discipulis Christi & omnibus sanctis ac piis, Oratione Dominica, Matth. 6, 9. Item Iohan. 14, 13. & 15, 16. & 16, 23. O DOMINE DEVS, quàm Admirabile est Nomen tuum in Vniuersa Terra, Psal. 8, v. 1. & vlt. Psallam Nomini DOMINI Altissimi, Psal. 7. v. vlt. Lætabor & exaltabo in te, psallam Nomini tuo Altissime, Psal. 9, 3. IEHOVAH est Nomen illi, Iudith 9, 10. & 16, 3. IEHOVAH

ZEBAOTH, DOMINVS EXERCITVVM est Nomen meum, Esa. 51, 15. *Omnis quicunq; inuocaverit Nomen* DOMINI (manifestatum hominibus in SAPIENTIA Æterna incarnata, IHSVH CHRISTO, Iohan. 17, 6.) *saluus erit*, Ioël. 2, 32. Actor. 2, 21. Rom. 10, 13. Huc referenda est Doctrina Cabalistarum de nominibus DEI, & Decem SPHIROS (vers. 137.) siue EMANATIONIBVS aut Numerationibus (vt vocant) DEI, quibus totus ELOHIM TRIVNVS in vniuersitatem rerum progressus est, quasi ornamentis & vestibus tanta maiestate dignis, circumdatus; quarum fimbrias quoties ipsa Mens beatorum Theo-Sophice attigerit, toties respondet DEVS; tetigit me aliquis: nam & Ego sensi virtutem de me exiisse, vers. 222. & 252. Egimus de hisce prima Amphitheatri huius figura: &, DEO concedente, in explicatione illius, suo tempore, fusius tractaturi sumus. Quærat aliquis, cur introduxerim in Amphitheatrum hoc HEBRÆA? At certè si sibi esset cognita vis Sacerdotii Decreti Zoroastri (sacrorum Principis) huius, IN SACRIS NOMINA BARBARA (Hebræa intelligens) NVNQVAM MVTAVERIS; id sinistre haud interpretaretur.

Home proponit, DEVS disponit.

175 Multæ cogitationes sunt in corde viri: consilium autem IEHOVÆ permanet. | Prou. 19 vers. 21. | *Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autē DOMINI permanebit.*

*Multæ cogitationes*, &c.] Sic, Hominis est animam præparare, & DOMINI gubernare linguam, Prou. 16, 1. *Sortes mittuntur in sinum, sed à DOMINO temperantur.* Ibid. vers. 33. Homo præparat animam, hoc est, sibi proponit, ordinat in suo cerebello deliberatque animo; DEVS autem disponit, datq; consiliorum & laborum euentum. Cum igitur IEHOVAH solus sit, qui fortunet ac regat theorias & praxes, actiones atque labores nostros sensuum rationis, mentis manuumque debemus mente supplici (in spiritu ac veritate) implorare auxilium ipsius, vt in omnibus det atq; inspiret benè velle, nosse, esse & posse. Quo volente, omnia dextrè succedunt: nolente, sinistrè. Non est enim in studio SAPIENTIÆ Laboribusq; filius volentis aut currentis per se, sed miserentis & præcurrentis DEI, cuius nomen sit benedictum in secula, Amen. Reuela, ô DOMINE, oculos mentis, intellectus, rationis ac sensuum meos; & considerabo mirabilia de lege tua (Psal. 119, 18.) triuna, Catholica, videlicet, Naturæ, SS. Scripturæ atque conscientiæ meæ. Beatus homo, Psal. 94, 12. quem tu erudieris DOMINE, & de LEGE tua (triuna, Catholica prædicta) docueris eum. *Non nobis* DOMINE, *non nobis, sed Nomini tuo danda est gloria.* Psal. 115, 1. Custodi, ergô, cogitationes tuas, & Disciplinam labia tua conseruent: ne lingua tibi præcurrat mentem, iuxta Chilonis consilium, ἡ γλῶσσα σου μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ, inquientis. Lingua quasi flabellum est seditionis: quare omnibus quàm diligentissimè continenda. Hinc Zenon, linguâ in mentem intinctâ, disserere iussit. Semper cogita, lingua quò. Audi citus, dic lentus atque cautus.

176 Equus paratur ad diem belli, DOMINVS autem salutem tribuit.

Prou.21. Vers. 31.

*Equus paratus est ad diem belli: sed JEHOVÆ est ipsa salus.* 176

*Equus paratur*, &c.] Sapientia Diuina victrix est mundi, & omnis mundanæ potentiæ, quin etiam diabolicæ. Cedunt enim Diuinæ Sapientiæ & manum dant omnes creaturæ. Huic etiam ministrant stellæ Cæli, quæ aduersus hostes militant. Huic militat æther, & coniurati veniunt ad prælia venti. Quisquis igitur legitimè vti scit Sapientia Diuina, is hostes potentissimos ligare, & vincire compedibus potest, Psal.149,8. Hanc artem si quisquam alius, certè Dauid fortissimus ille bellator egregiè calluit. Is inquit: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini* DEI *nostri inuocabimus*, Psal.20,8. *Dominus confringit potentias arcuum, scutum, gladium & bellum.* Psal.76,4. Hic quoties solis precibus exercitui suo robur addidit, & insignes obtinuit victorias? Iosaphat hymno fudit exercitum innumerabilem 2.Paral.20,22.& seqq. Angelus Domini exoratus ab Ezechia, vnica nocte percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, 4.Reg.19,35. Hæ victoriæ omnes sunt Diuinæ Sapientiæ, quæ Rerum & Imperiorum totius Mundi sola gubernatrix est. Licèt etiam multæ ruinæ & confusiones regnorum, vrbium, principatuum, Imperiorum accidant, tamen Sapientia Diuina omnia secundum æternam DEI Opt. Max. iustitiam prudentissimè dispensat.

177 Multi quærunt faciē Dominantis: & à JEHOVA proficiscitur iudiciū vniuscuiusq;.

Prou.29 Vers.26.

*Multi requirunt faciem Principis, & iudicium à DOMINO egreditur singulorum.* 177

*Multi requirunt faciem Principis*] Hoc est, ambiunt familiaritatem & gratiam Principis. At consilium audi Prophetæ Regii, etiam Aulici, *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Psal.146,3. Et, *Bonum est confidere in* DOMINO, *quàm confidere in homine: Bonum est sperare in* DOMINO, *quàm in Principibus*, Psal.118.v.8,& 9. Quia voluntas humana est mutabilis: DEI verò voluntas firma, constans ac perpetua. Esai.54,10. Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miserator tuus Dominus. Dominus DEVS est, qui dedit Danieli gratiam & misericordiam, in conspectu Principis Eunuchorum; potest etiam, si vult, dare tibi. Quare,

*Tutius est præstatque* DEO *confidere soli,*
*Quam se Principibus credere mille viris.*

178 Sicut diuisiones aquarū, ita cor Regis in manu DOMINI: quocunque voluerit inclinabit illud.

Prou.21. Vers.1.

*Velut riuuli aquarum est cor Regis in manu JEHOVÆ: ad omne quod vult inclinat illud.* 178

*Ita cor Regis,* &c.] DEVM promouere & annihilare cogitationes, actiones atque labores hominum, pro lubitu suo, quotidiana testatur experientia. Verum igitur illud:

*Ludit in humanis Diuina potentia rebus.*

Inspirat IEHOVAM tam benedictionem, quàm maledictionem, & operi & homini, cui ac quando vult. IPSE constituit Reges, atque deponit; exaltat, humiliat, ædificat, destruit; Benedicit, maledicit; OMNIA in manu sua omnipotente. Si ergò habes, quod agas coram Principibus personis, in honorem DEI, Proximi aut Tuiipsius vtilitatem vergens, Theosophicè Ora atque Labora, vt sis in Amore DEI, (ô ARTEM AMORIS DIVINI DIVINAM hanc, quam docet Amphitheatrum hoc nostrum) DEI amicus; amicus erit & Princeps (si DEO placuerit, quod quæris) clemens, gratiosus atque benignus. DOMINVS enim quocunque volet, deflectet eos. Semper addendum: *Fiat* DOMINE *voluntas tua.* Nota est historia de Alexandro Magno, Tyrum oppugnante, cumque exercitu, Hierosolymam, ob negata subsidia, contendente, quomodo ipsius animum flexerit Iaddus summus Pontifex, obuiam ipsi procedens cum habitu sacerdotali. Idem de Attila quoque legitur, Romam petente. Ahasuerus ab Esther flectitur, ne vno die Iudæos deleret. Vide igitur, disce, iudica, an quemadmodum Sapiens astris dominatur, ita etiam possit animis & mentibus hominum dominari? *Flectitur iratus, voce rogante,* DEVS: Cur non homo? Sed quomodo, quâ arte, quâ industria, quo Radio? Sapientiæ Diuinæ. Noli esse tam simplici animo, vt putes, sine arte, & sine singulari Sapientia Diuina factum, quod Laban in somniis audiuerit vocem illam: *Caue, ne aliter loquare cum Iacobo, quam humaniter.* An putas casu factum, quod Alexander Magnus in somnis viderit summum Sacerdotem sibi obuiam, in habitu suo, procedere? Arrige aures, & inquire hanc Sapientiã. Si enim potestatem Christiani acceperunt à DEO supra omnem vim, hostis nostri infensissimi, diaboli; cur non supra animos hominum, qui à diabolo reguntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 179 Omnis via recta est in oculis eius: ponderat autem corda IEHOVA. | Vers. 2. | ☞ *Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda* DOMINVS. | 179 |

*Omnis via viri,* &c.] Tam profundæ animos hominum occupant tenebræ, vt præ illis intimos cordis sui recessus intueri & examinare nequeant. Quâ intentione quispiam actiones & consilia sua exequatur, solus DEVS spirituum ponderator nouit, etiamsi ab oculis hominum illam abscondat. DOMINVS enim IPSE, qui omnium corda scrutatur, & vniuersas mentium cogitationes intelligit, 1. Paral. 28, 9. Psal. 7, 10. καρδιογνώστης, solus corda nouit omnium, Actor. 1, 24. Multæ actiones humanæ, fuco adeo subtili pictæ sunt, vt quis rectas esse iuraret, & ex fonte rectitudinis ac iustitiæ, amoris & caritatis emanasse, quorum tamen finis est amor proprius, honor proprius, commodum proprium. Lumen autem veræ Sapientiæ, has nebulas diabolicas omnes dispellit, & Diuinæ Iustitiæ stateta appendit, easque

in Lumine coram facie DEI sistit & manifestat. Etiamsi enim actiones nostræ ad Lumen rationis humanæ adhibitæ, videantur bonæ, legitimæ, iustæ: tamen Diuinæ Sapientiæ Lumini admotæ, ineptissimæ, falsissimæ, iniustissimæ apparent.

180 ☞ SORTES mittuntur in sinum, sed à DOMINO temperantur. | Prou.16 Vers. 33. | *In sinum proiicitur* SORS, *& à* JEHOVAH *est omne iudicium eius.* 180

*Sortes mittuntur in sinum*, &c.] Si sortes mittantur de rebus secretis, abstrusis, nobis absconditis, dubiis atque arcanis interim tamen vtilibus, salutaribus, & (in summis angustiis ac necessitatibus) maximè necessariis: tunc, tantum abest, vt sint illicitæ atque in sacra pagina prohibitæ, vt eædem etiam à DOMINO temperentur, hoc est, Diuinâ Prouidentiâ regantur, sintq; vera Diuina responsa. Cuius rei luculentissima in sacrarum literarum codice, tum mandata, tum testimonia & exempla expressa habemus ferè innumera. Testimonia hæc sunt: Esa. 34. 17. IPSE (DOMINVS) *misit eis* (in diuidenda populo Israëlitico terra Canaan) *sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram*. Et, Prou. 18. vers. 18. inquit Sapiens: *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoq; diiudicat.* Rectè ergò Diuinus ille Vates sortes suas Domino commendat, dicens: *In manibus tuis*, DOMINE, *sortes meæ*, Psalm. 31. 16. Exempla in sacris passim reperiuntur multa: Aaron Moysis frater iubetur à DEO super duos hircos coram Domino in ostio tabernaculi testimonii sortes mittere, vnam DOMINO, & alteram capro emissario: cuius exierit sors DOMINO, offeret illum pro peccato; &c. Leuit. 16. 8. cum Israel pactum DEI præuaricatus esset, tulissetque de anathemate, vt propterea ab hostibus suis, viris vrbis Hai percussus, terga vertere cogeretur: Iosua peccatum anathematis sorte explorauit; primò tribum, ex tribu cognationem, ex cognatione domum, ex domo virum seu ipsum anathematis auctorem inuestigando, Iosu. 7 vers. 14 & seqq. Samuel Propheta cum in eligendo & per sortem Israelitis designando Rege occuparetur, applicuit omnes tribus Israel, & cecidit sors super Tribum Beniamin: & applicuit Tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit supra cognationem Metri, & peruenit vsque ad Saul filium Cis. 1. Reg 10. 20. Et paulò post vers. 24. ait Samuel ad omnem populum. *Certè videtis, quem elegit* (PER SORTEM) DOMINVS, *quoniam non sit similis illi in omni populo.* Vt Regius Propheta Dauid Leuitas (quomodo secundum ministeria sua Domini domum ingredi deberent) sortibus diuiserit, ipse poteris legere 1. Paral. 24. Sic Ionas per sortem depræhensus est causa esse tantæ tempestatis, vt etiam nauis periclitaretur. Ion. 1. vers. 7. Sors coram Haman in vrnam missa, prodit, duodecimo mense, qui vocatur *Adar*, gentem Iudæorum debere interfici. Esther. 3. 7. Et sanè, nisi saccis induti, cineres capiti inspergentes, alta voce ad DEVM clamantes; ardenterque eum orantes, ieiuniis, vlulatu, fletuque pœnitentiam agentes Iudæi (vt est cap. 4. vers. 1. & 2.) gratiam atque misericordiam à DEO impetrassent; procul omni dubio sententia (de interficiendo Iudæos) sortis (voluntatis Diuinæ interpretis) nunquam mutata vel retractata fuisset.

Si quoque noui Testamenti exempla intueri libet: Nonne Matthiæ locus ministerii & Apostolatus, (de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum,) sorte contigit? Act. 1. vers. vlt. Hunc in finem DEVS respiciens, iussit terram Canaan Israelitis sorte distribui. Ita, enim, inquit, Num. 26. vers. 56. *Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.* Et 33. cap. vers. 54. Diuidetis vobis Terram (quam dedi vobis in possessionem) sorte: pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem; singulis, vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas, per tribus & familias possessio diuidetur. Et hic sortiendi ritus in vsu semper fuit. Ita enim Romani olim per tesserarum sortes Dictatores suos, Consules, Senatores, Tribunos plebis elegerunt. Ita etiamnum hodie plerisque in locis & ferè vbique officia in quouis statu, dona, hæreditates, &c. per sortes distribuuntur. Vndè Ecclesiastic. 14. vers. 15. dicitur: *Nonne alteris relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis?* Sed hæc dixisse sufficiat. Omnia enim hîc in medium afferre, quæ ad artem hanc diuinandi diuinam Geomanticam confirmandam & stabiliendam faciunt, non est nostri instituti. Ex his itaque, quæ à nobis iam dicta sunt, luce meridiana clarius euadit, fortium Moderatorem, Rectorem, Auctorem, Fautorem, Defensorem & promotorem esse ipsum DEVM.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| DEO confidendum. 181 | Fide IEHOVÆ toto corde tuo, & intelligentiæ tuæ ne innitaris. | Prou. 3. Vers. 5. | *(Quocirca)* ☞ *Habe fiduciam in DOMINO ex toto corde, & ☞ ne innitaris prudentiæ tuæ.* | 181 |

*Habe fiduciam*, &c.] Tibi ipsi diffidas; temetipsum derelinquas, ac DEO te negotiaque tua committas. Iacta curam tuam in DOMINO, & ipse te enutriet, Psal. 55. vers. 23. Ipse directorium tuum erit. Sit tibi Symboli loco: *Auxilium meum à DOMINO, qui fecit cælum & terram*, Psal. 121. 2. Qui sperat in DOMINO, subleuabitur, seu (vt Hebraicè sonat) *impinguabitur*, corpore, Spiritu & Anima: ita, vt sit mens sana in corpore sano: Macro & Micro-Cosmicè; internè & externè. In summa summarum: IEHOVAH in omnibus actionibus laboribusque tuis, sit prora & puppis; Alpha & Omega. Vide vers. 329. Tu, absq; DEI inspiratione, auxilio & ductu, noli altum sapere. In solo DEO, qui OMNIA in Omnibus, Theo-Sophicè poteris OMNIA. *Ne innitaris prudentia tua*] Qui innititur Prudentiæ suæ; imaginationibus, consiliis laboribusque fanaticis suis, superciliosè postposita LEGES Sæ Scripturæ, Naturæ conscientiæq; suæ rectæ stultus est: quare stultè ambulabit in omnibus viis suis. Mundus Ethnicè iudicat, quod fortuna semper sit comes prudentiæ nostræ. Vndè prouerbia; *Sui cuiq; mores fortunam fingunt.* Et, *vnusquisq;* (ex sua prudentia) *suæ fortunæ faber.* Vndè Seneca. *Sequere rationem, & fer casum.* Iuuenalis: *Nullum Numen abest, si sit prudentia.* At sapiens noster contrarium docet, quod IEHOVAH (auctor & DOMINVS fortunæ) fortunam mittat, & prudentiam atque successum vel detrahat, vel largiatur. Obseruandum hoc quoque est in laboribus Physico Chemicis, qui, nisi orando impetremus à DOMINO benè nosse, esse & posse, non queunt secundum veritatis in Natura lineam rectam,

ctam, instituì & absolui. In Oratorio igitur TheoSophicè sudandum, vt DEVS nos informet; ne Spiritum suum sanctum auferat à nobis; vt nobis laboribusque nostris benedicat; mentem, sensus & rationem custodiat, ne diabolicis ludibriis & phantasiis seducantur; manus & pedes, ne destruant opus. Cicero Ethnicus prudens, consiliis multis suis partim, & rationibus frustratus est, partim verò fiduciæ suæ, in sapientiam atque industriam suam, pœnas dedit grauissimas: Quidque effecerit cum prudentia mundana, tristes & tragicæ multæ ab exilio suo voces rescriptæ testantur, quæ in Epistolis libri tertii ad Atticum insunt, & vltimæ suæ ad Octauium. Ideò interficiendus exclamat, ô me nunquam Sapientem. Rectè igitur Psalmus 33,17. *Fallax equus ad salutem.* Et Psal.127. *Nisi* DOMINVS *custodierit ciuitatem*, &c. Eccles.11,5. Quomodo ignoras quæ sit via Spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera DEI, qui fabricator est omnium. Non igitur ratio nostra, aut temeritas ingenii arroget sibi prudentiam tantam, vt se (soli sibi comparans seipsam) sine singulari & specificâ Benedictione Diuinâ posse gubernare vitam, actiones, laboresque existimet, aut fortunam & successum sibi ipsi fabricare, suaque esse in voluntate ac potestate boni aliquid efficere: Verùm in manu DEI Omnipotentis ac Misericordis Christianè collocet atque constituat OMNIA, habeatque in DOMINVM (vt Sapiens sapienter suader) fiduciam suam, ex toto corde, ab initio vsque ad finem viarum suarum, hoc est, actionum atque laborum omnium, in Oratorio atque Laboratorio. Si in hoc non delinquendum Theosopho; multò minus sophistæ in suo Labyrintho. JEHOVÆ voluntas dux certior est filo Ariadnæ, nobis palpitantibus in labyrintho mundi huius immundi magno. Obtempera igitur Tu Cabalæ, Mageiæ & Alchimiæ studiose, & ad Lapidem Lydium hunc te examina: si erit in DOMINO fiducia tua, hauries voluntatis salutem à DOMINO, & omnia prosperè tibi succedent; terq; quaterq; felix tam in praxi quàm theoria eris; neque in æternum (quemadmodum cum SS.a Scriptura attestatur Experientia ipsa) cõfunderis. Hinc 2. Macchab. 8, 36. prædicabat Nicanor protectorem DEVM habere Iudæos, & ob ipsum INVVLNERABILES esse, eò quòd sequerentur Leges ab ipso constitutas. Hoc idem sibi vult versus sequens, scriptus in aulæo veteri, in quo depicta fuit mulier fila ducens, in arce quadam Gallica, de cuius sententia sæpè disputauit Rex Galliæ Franciscus:

*Nenti fila* DEVS *mentem coniungit Olympo.*

Id est, DEVS adiuuat laborem vocationis, Fůget der Spinnerin den faden zusammen/ Et auxilium illud etiam, quod laborantibus nobis, iubet à se peti, coniungit mentem Olympo, Heißt vns hinauff gehn Himmel dencken/ vnd beten. Non frustra adduxi locum Hermetis, vers.317. *Qui animæ suæ non pepercit*, &c. Secretum ibi latet CONIVNCTIONIS & VNIONIS, in Lapide suo PhysicoChemico Catholico, Diuinæ, de qua plura palam loqui, non omninò consultum. Vide vers.132.

182 ☞ Reuela DOMINO opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. | Prou.16 Vers.3. | *Deuolue ad* JEHOVAM *opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ.* 182 | Psal.37. v.5. 1. Pet.5. v.7.

*Reuela* DOMINO *opera*, &c.] Noter hoc diligentissimè TheoSophiæ studiosus omnis; & tu qui Oras, quique Laboras in Scibili quouis. In omnibus, priusquam incipis, Theo-Sophicè consule DOMINVM, & IPSE erit directorium tibi. verss. 181, 329.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 183 | ☞ In omnibus (igitur ô mortalis) viis tuis recognosce DOMINVM: & IPSE diriget semitas tuas. | Prou. 3. Vers. 6. | *In omnibus viis tuis recognosce Eum, & IPSE diriget semitas tuas.* |

*In omnibus viis*, &c.] In omnibus negotiis ac laboribus tuis, cogita, pro præceptore tibi propone, & sequere IPSVM, qui SAPIENTIA Patris, nobis factus SAPIENTIA, in quo (tanquam in Mincra) sunt omnes thesauri SAPIENTIÆ & SCIENTIÆ reconditi. Coloss. 2, 3. Et ibidem, cap. 3, 17. præcipit Apostolus; omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri IHSVH CHRISTI facite. Apud IEHOVAM igitur per SAPIENTIAM eius incarnatam, SAPIENTIÆ Dona ac Bona Theo Sophicè quærat omnis homo: solus IPSE (HV) dirigat gressus cogitationum laborumq, manuum mearum: Ratio est, quia solus ipse felicem largitur successum. O Hhochmahél, SAPIENTIA DEI! ô Binahél, Prudentia DEI! IHSVH SAPIENTIA IEHOVÆ incarnata, miserere mei, & doce nos veritatem: in Oratorio & Laboratorio, Amen. Vide figuram Amphitheatri huius secundam, & vers. 106.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Rom. 12, 16. Religio Catholica, hoc est, Vniuersalis. | 184 | Ne sis sapiens in oculis tuis: time IEHOVAM, & recede à malo. | Vers. 7. | ☞ *Ne sis sapiens apud temetipsum:* ☞ *TIME DEVM, & recede à malo.* |

*Ne sis sapiens*] vt solent facere sapientes mundani academici, qui tument præ scientia, Sie stecken voller dunste vnd kunste. TIME DEVM.] Hoc est omnis homo, Eccles. 12, 13. Hæc religio verè catholica aut vniuersalis, Sap. 1, 1. Actor. 10, 35. vide verss. 299, 301. & 342. Hoc pœnitentiam agere Christianè.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 185 | ☞ Mihi dedit DEVS ☞ dicere ex sentētia, ☞ & præsumere digna horū quæ mihi dantur: quoniam ☞ IPSE SAPIENTIÆ dux est, & Sapientum emendator. | Sap. 7. Vers. 15. | *DEVS mihi dedit ex sententia dicere, ac pro dignitate eorum quæ dantur, cogitare: quoniam Ipse & Sapientiæ dux est, & Sapientum moderator.* |

*Mihi autem dedit* DEVS.] Non diabolus. Donum DEI est, vers. 187. Dat DEVS æquè hodie ac ante annos mille, mihi, tibi, aliis: videamus modo, ne impediamus nos ipsos, & desimus nobisipsis. DEVS semper promptior est ad dandam SAPIENTIAM, quàm nos ad accipiendum.

*Dicereex sententia*] Hoc est, commoditatem ac facultatem orationis, quâ concepta animi ac cogitata facillimè exprimuntur. Hæc vis orationis, Facundia aut Eloquentia appellatur. *Præsumere*, &c.] Cogitare dignè de iis, quæ dantur à DEO. Est enim singulare DEI Donum, audire, videre, obseruare, quæ DEVS sapienter suggerit SAPIENTIÆ amatori, respondetque studioso fideli dilecto. Multos alloquitur DEVS, qui tamen eum alloquentem vel respondentem nec intelligunt, neq; obseruant: imò (malum!) admoniti præceptorum peruersorum propriaque malitia seducti, Theo-Sophicè obseruare & intelligere nolunt ac respuunt. DEVS vbiuis locorum, & omni tempore nos alloquitur, in Cælo, Aëre, Terra, imò in nobisipsis proponit clara specula nos commonefacientia. At perpauci (dolendum) vocem audiunt DEI Catholicè loquentem. Nec est multitudinis, DEI audire sermones: quapropter clamabant ad Moysen: (Exod. 20, 19.) loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis DOMINVS: ne fortè moriamur. Hinc etiā *stultorum plena sunt omnia*. Vide versf. 35, 37. & 190, & 197. Porro: nec cogitare tātùm, verùm etiā loqui: sunt enim aliqui, qui rectè sentiunt, & tamen illud quod sentiunt, non possunt peritè distinctéque dicere. Vnde videmus etiam ea, quæ per se bona sunt, si non benè quoque tractentur, boni gratiam amittere. IPSE SAPIENTIÆ *dux est*] HV, IPSE, DOMINVS (versf. 156.) tribuens hominibus SAPIENTIAM, eloquentiam & moderationem orationis: Sapientum est director, gubernator, prora & puppis. Nam statim subiungit, quod in manu ipsius sumus & nos & sermones nostri.

186 Nam in manu Ipsius sumus tum nos, tum sermones nostri, omnis etiā prudentia, scientiaque opificiorum.

Versf. 16.

In manu illius & nos, & sermones nostri, & omnis SAPIENTIA, & operum SCIENTIÆ DISCIPLINA. 186

*In manu illius*, &c.] Quamobrem etiàm afflictiones ac tribulationes nostras, quas parimur, certo DEI consilio nobis accidere sapienter & patienter statuendum. Vndè Paulus 1. Corinth. 11, 32. *Dum iudicamur à* DOMINO (non temerè, casu) *corripimur, ne cum hoc mundo damnemur*. Et Christus Matth. 10. 29. Luc. 12, 6. negat pasceres mori sinè voluntate Patris: quantò minus homines, ad imaginem & similitudinem DEI (Archetypi) formati. Magnum solatium hoc Christiano afflicto, tentato ac tribulato. Vide versf. 84. *Omnis sapientia, & operum*, &c.] Omnis Prudentia; theoria & praxis: actiones omnes, atque labores nostri, in Oratorio & Laboratorio, imò in tota vita, pro SAPIENTIA vera fructibusq; illius adipiscendis, Theo-Sophicè instituti: Ergò & Lapis Philm. Summum Naturæ & Artis BONVM, DEI Altissimi DONVM. Vnde Auctor coniugii massæ Solis & Lunæ: Hanc scientiam necessarium est habere mentes purificatas DEO: cum sit Donum & secretorum secretum DEI, & soror Philosophiæ & Philosophorum: Quia habet esse à DEO per inspirationem. Hîc & sic, Alchemista, disce Lapidem quærere Sapientum Benedictum, Catholi-

*Reuela* DOMINO *opera*, &c.] Notet hoc diligentissimè TheoSophiæ studiosus omnis; & tu qui Oras, quique Laboras in Scibili quouis. In omnibus, priusquam incipis, Theo-Sophicè consule DOMINVM, & IPSE erit directorium tibi. versſ. 181,329.

| | | |
|---|---|---|
| 183 In omnibus (igitur ô mortalis) viis tuis recognosce DOMINVM: & IPSE diriget semitas tuas. | Prou. 3. Versſ. 6. | *In omnibus viis tuis recognosce Eum, & IPSE diriget semitas tuas.* 183 |

*In omnibus viis*, &c.] In omnibus negotiis ac laboribus tuis, cogita, pro præceptore tibi propone, & sequere IPSVM, qui SAPIENTIA Patris, nobis factus SAPIENTIA, in quo (tanquam in Minera) sunt omnes thesauri SAPIENTIÆ & SCIENTIÆ reconditi. Colosſ. 2,3. Et ibidem, cap. 3,17. præcipit Apostolus; omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri IHSVH CHRISTI facite. Apud IEHOVAM igitur per SAPIENTIAM eius incarnatam, SAPIENTIÆ Dona ac Bona Theo Sophicè quærat omnis homo: solus IPSE (HV) dirigat gressus cogitationum laborumq, manuum mearum: Ratio est, quia solus ipse felicem largitur successum. O Hhochmahél, SAPIENTIA DEI! ô Binahél, Prudentia DEI! IHSVH SAPIENTIA IEHOVÆ incarnata, miserere mei, & doce nos veritatem: in Oratorio & Laboratorio, Amen. Vide figuram Amphitheatri huius secundam, & versſ. 106.

Rom. 12,16.

Religio Catholica, hoc est, Vniuersalis.

| | | |
|---|---|---|
| 184 Ne sis sapiens in oculis tuis: time IEHOVAM, & recede à malo. | Versſ. 7. | *Ne sis sapiens apud temetipsum: TIME DEVM, & recede à malo.* 184 |

*Ne sis sapiens*] vt solent facere sapientes mundani academici, qui tument præ scientia, Sie stecken voller dunste vnd kunste. TIME DEVM.] Hoc est omnis homo, Ecclesſ. 12,13. Hæc religio verè catholica aut vniuersalis, Sap. 1,1. Actor. 10,35. vide versſ. 299, 301. & 342. Hoc pœnitentiam agere Christianè.

| | | |
|---|---|---|
| 185 Mihi dedit DEVS dicere ex sentētia, & præsumere digna horū quæ mihi dantur: quoniam IPSE SAPIENTIÆ dux est, & Sapientum emendator. | Sap. 7. Versſ. 15. | *DEVS mihi dedit ex sententia dicere, ac pro dignitate eorum quæ dantur, cogitare: quoniam Ipse & Sapientiæ dux est, & Sapientum moderator.* 185 |

*Mihi autem dedit* DEVS.] Non diabolus. Donum DEI est, versſ. 187. Dat DEVS æquè hodie ac ante annos mille, mihi, tibi, aliis: videamus modo, ne impediamus nos ipsos, & desimus nobisipsis. DEVS semper promptior est ad dandum SAPIENTIAM, quàm nos ad accipiendum.

Dicere

*Dicere ex ſententia*] Hoc eſt, commoditatem ac facultatem orationis, quâ concepta animi ac cogitata facillimè exprimuntur. Hæc vis orationis, Facundia aut Eloquentia appellatur. *Præſumere*, &c.] Cogitare dignè de iis, quæ dantur à DEO. Eſt enim ſingulare DEI Donum, audire, videre, obſeruare, quæ DEVS ſapienter ſuggerit SAPIENTIÆ amatori, reſponderque ſtudioſo fideli dilecto. Multos alloquitur DEVS, qui tamen eum alloquentem vel reſpondentem nec intelligunt, neq; obſeruant: imò (malum!) admoniti præceptorum peruerſorum propriaque malitia ſeducti, Theo-Sophicè obſeruare & intelligere nolunt ac reſpuunt. DEVS vbiuis locorum, & omni tempore nos alloquitur, in Cælo, Aëre, Terra, imò in nobisipſis proponit clara ſpecula nos commonefacientia. At perpauci (dolendum) vocem audiunt DEI Catholicè loquentem. Nec eſt multitudinis, DEI audire ſermones: quapropter clamabant ad Moyſen: (Exod. 20, 19.) loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis DOMINVS: ne fortè moriamur. Hinc etiã *ſtultorum plena ſunt omnia.* Vide verſ. 35, 37. & 190, & 197. Porro: nec cogitare tãtùm, verùm etiã loqui: ſunt enim aliqui, qui rectè ſentiunt, & tamen illud quod ſentiunt, non poſſunt peritè diſtinctéque dicere. Vnde videmus etiam ea, quæ per ſe bona ſunt, ſi non benè quoque tractentur, boni gratiam amittere. IPSE SAPIENTIÆ *dux eſt*] HV, IPSE, DOMINVS (verſ. 156) tribuens hominibus SAPIENTIAM, eloquentiam & moderationem orationis: Sapientum eſt director, gubernator, prora & puppis. Nam ſtatim ſubiungit, quod in manu ipſius ſumus & nos & ſermones noſtri.

186 Nam in manu Ipſius ſumus tum nos, tum ſermones noſtri, omnis etiã prudentia, ſcientiaque opificiorum.

Verſ. 16.

*☞ In manu illius & nos, & ſermones noſtri, & ☞ omnis* SAPIENTIA, *& operum* SCIENTIÆ DISCIPLINA. 186

*In manu illius*, &c.] Quamobrem etiam afflictiones ac tribulationes noſtras, quas patimur, certo DEI conſilio nobis accidere ſapienter & patienter ſtatuendum. Vndè Paulus 1. Corinth. 11, 32. *Dum iudicamur à* DOMINO (non temerè, caſu) *corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Et Chriſtus Matth. 10. 29. Luc. 12, 6. negat paſceres moti ſinè voluntate Patris: quantò minus homines, ad imaginem & ſimilitudinem DEI (Archetypi) formati. Magnum ſolatium hoc Chriſtiano afflicto, tentato ac tribulato. Vide verſ. 84. *Omnis ſapientia, & operum*, &c.] Omnis Prudentia; theoria & praxis: actiones omnes, atque labores noſtri, in Oratorio & Laboratorio, imò in tota vita, pro SAPIENTIA vera fructibuſq; illius adipiſcendis, Theo-Sophicè inſtituti: Ergò & Lapis Philm. Summum Naturæ & Artis BONVM, DEI Altiſſimi DONVM. Vnde Auctor coniugii maſſæ Solis & Lunæ: Hanc ſcientiam neceſſarium eſt habere mentes purificatas DEO: cum ſit Donum & ſecretorum ſecretum DEI, & ſoror Philoſophiæ & Philoſophorum: Quia habet eſſe à DEO per inſpirationem. Hîc & ſic, Alchemiſta, diſce Lapidem quærere Sapientum Benedictum, Catholi-

con; Catholicè, Theo-Sophicè; non particulariter, Sophisticè: in Catholicismo, non particularismo, qui solœcismus. Idem de Cabala veraq; Magia iudicium esto. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum*, Iacob. 1, 17.

| | | |
|---|---|---|
| 187 ☞ IPSE mihi dedit ☞ horum quæ sunt ☞ SCIENTIAM veram. | Vers. 17. | *Mihi autem dedit* DEVS, *eorum quæ sunt in Natura veram cognitionem.* 187 |

IPSE *mihi dedit.*] Quis? DEVS: non diabolus, non spiritus malignus, nigromanticis familiaris. *Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum*, Iac. 1. vers. 17. non à principe tenebrarum. Obtenebrat nebulo iste mentem, non illuminat: excœcat, & videre non facit Veritatem: quia pater est mendacii, & spiritus diuisionis, non Vnionis, vide vers. 167. & 185. *Horum quæ sunt*] Entium, quæ reuera sunt & extant, hoc est, Rerum Diuinarum & humanarum: Operis de Mercava, & de Beresith, vt loquuntur Hebræorum Mecubalim, id est, qui acceperunt à DEO. *Scientiam veram.*] Non opinionem, sed scientiam; à mendacio erroreq; omni longè remotam. Est enim omnium rerum (vt statuunt viri docti) sub Cælo commorantium, non humanitus (vers. 142.) quam verè Scientiam vocamus, sed opinio potius. Quapropter apud solum DEVM (Lege atque Doctrina Amphitheatri huius) quærenda, ab eo solo expectanda. Opinantur pleriq; ; sciunt paucissimi. Non scit, qui opinatur.

Hæc, porrò, quam dat DEVS

SAPIENTIA DOMVS.

| | | |
|---|---|---|
| 188 SAPIENTIA ædificauit domum suam, excîdit columnas suas septem: | Prou. 9. Vers. 1. | *SAPIENTIA ædificauit sibi ☞ domum, excîdit ☞ columnas septem,* 188 |

*Domum*] Quænam est illa? TRIVNA, videlicet. Primò, NATVRA atque CREATVRA, hòc est, Mundus maior totus, cum creaturis Spiritualibus; & Corpus ac Spiritus Hominis, id est, Mundi minoris: Secundò, MENS, siuè ANIMA homini Diuinitus inspirata: Tertiò SS.ª Scriptura; quod est VERBVM DEI Biblicè scriptum. *Columnas septem.*] Super quas fundauit atque exstruxit SAPIENTIA domum suam triunam: quæ sunt

CORPVS, SPIRITVS, ANIMA } Columnæ tres, in { Macro } Cosmo.
CORPVS, SPIRITVS, ANIMA } Columnæ tres, in { Micro } Cosmo.

En columnas, SEX

LITERÆ, quibus VERBVM in BIBLIIS scriptum, columna vna & septima. Ecce, SEPTENARIVS sacer.

☞ Immo-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 189 ☞ Immolauit victimas suas, miscuit VINVM, & proposuit mensam suam. | Vers. 2. | *Immolauit victimam suam, miscuit vinum suum, etiam apparauit mensam suam.* | 189 | CONVIVIVM. |

*Immolauit victimas.*] Id est, sponte suâ & ex meræ Liberalitatis suæ gratia, inuitatis omnibus obtulit & offert, clementer largiri gaudet; potest ac vult, Bona & Dona sua inexhausta, tam spiritualia quàm corporalia, temporalia atque æterna: Vt, nimirum, repleti Nectare Diuino, & saturati Manna Sophiæ Cælestis, thesaurorum SAPIENTIÆ inexhaustorum fiant participes Theo-Sophiæ amatores veri, fideles dilecti omnes; in quorum numero(laus DEO)& me esse verè scio. Halleluiah; Halleluiah: Halleluiah. Phy diabolo.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 190 Misit puellas suas, vocauit super summitates excelsorum ciuitatis, dicendo, | Vers. 3. | ☞ *Misit Ancillas suas,* ☞ *vt vocarent ad Arcem, & ad mœnia ciuitatis.* | 190 | ANCILLÆ. |

*Misit ancillas.*] Ancillæ SAPIENTIÆ veræ sunt SCIENTIÆ, & Artes bonæ omnes, per exercitationem cognitæ, experientiamq; probatæ, ad finem honestè vtilem vitæ humanæ. In bonis enim Artibus bonam de DEO & SAPIENTIA eius sparsam esse famam docta rectè censuit Antiquitas: per illas enim nobiscum agit de mysteriis, secretis atque arcanis suis. vers. 74. & 261. Annumerandæ sunt autem SAPIENTIÆ veræ ancillis, vltra maximè vsitatas multis passim cognitas atque vulgares, adhuc aliæ eæque secretiores, & quasi virgines cubiculares quædam, (quamuis proh dolor! ferè vt per originis peccatum in homine DEI imago, fœdissimo sophisticæ cœno à diabolo & organis eius sint aspersæ ac summè defœdatæ)hæ videlicet, CABALA, (non literalis illa, vulgaris Iudæis, puta *Notarieken, Gimetria, Teuofrasche*, vers. 5. quæ inferior; sed reconditior illa & longè superior, solis Diuini tantùm Influentia, Lumine & Motu cognita Theo-Sophis) MAGEIA, & huic cognatæ, PHYSIOGNOMIA, METOPOSCOPIA, CHEIROMANTIA, atque Doctrina de SIGNATVRA Rerum Naturaliũ omnis: ALCHEMIA; ASTROLOGIA quoque cum filia sua GEOMANTIA, & ALIÆ nonnullæ, DOMINÆ suæ mirificæ mirabiliter & quasi miraculosè fabulantes ac administrantes. Caue tamen, oro mi frater, mendacia principis Mundi huius immundi, vitiaq; siuè errores pseudo artificum, quæsitoribus VERITATIS mundanis nondum Theo-Sophicè lotis atque purgatis, hoc est, faruellis, iussu ac voluntate SAPIENTIÆ veræ, pro VERITATE (in pœnam iustam ac dignam) sese libenter prostituentes, Scientiis & Artibus ipsis, per se non immundis, falsò imputes. Sic enim pro vitio virtus crimina sæpè tulit. Sacra, verè dicitur, prophanantur, quoniam à prophanis prophanè vsurpantur. Etiam bonum, conuersum in abusum, fit malum. ***At mundis omnia munda***, Tit. 1, 15. Rom. 14, 20. ***Et scimus, quod diligentibus*** DEVM, ***omnia cooperantur in bonum***, Rom. 8, 28. vers. 261. Omnia bona sunt ac mala,

respectu vsuq; diuerso. Nominet mihi, quæso, aliquis vnicã siue scientiam siue Artem, in tota rerum Natura, quæ non tam abusum habeat suũ, quàm vsum legitimum ac probũ. Et quo, obsecro vos, priuilegio exemptæ fuissent præfatæ? Fiat ergò Iustitia; vnicuiq; quod suum est, tribuatur, nemo lædatur. Reformat DEVS hominem ex peccato defœdatum; reformandæ sunt quoque Scientiæ & Artes secretiores conspurcatæ: IPSÆ, tanquam Media Theosophica, retinendæ, iisque in DEI Timore sapienter vtendum; sophistica & impia reiicienda. Man muß das besudelte kindt waschen/vnd nicht mit dem vnreinen bade hinweg schütten. Nec tu, Calumniator, si quid nescis, reliquis id scire negatum est. Scio plaustra obiectionum proferri posse ex sacris, ex iure canonico atque ciuili, ex patribus: sed distinctione vsus veri atque legitimi ab abusu, sufficienter respondebimus ad obiectiones garrulorum omninò omnium omnes. Miseris ignorantibus peccatum est condonandum, resipiscentia optanda. Vide verss. 157, 187, & 294. *Vt vocarent*, &c.] Vt deducerent; vt mediantibus illis peruenirent TheoSophiæ amatores fideles dilecti, in Agnitionem, Cognitionem, Vnionem ac Fruitionem DOMINÆ suæ Diuinæ, fierentque participes thesaurorum SAPIENTIÆ inexhaustorum, in domus suæ triunius (Biblicæ, Macro & MicroCosmicæ) arce, mœniis ignorantiæ ac superfluitatum, propter hominum peccata altissimis fortiter munitorum & absconditorum. Affirmant Sapientes, vix vnquam extitisse in operibus de Mercaua & de Beresith Sapientem, qui non obseruauerit DEVM colloquentem secum, respondentem sibi siue docentem, medio aliquo secreto, cuius interuentu methodo TheoSophica humanitus sensisset Diuina.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| SAPIENTIA ad se inuitat Omnes. | 191 | Quisquis est simplex, declinet huc. Carenti corde dixit quoque | Vers. 4. | *Si quis est & paruulus, veniat ad ME: & insipientibus loquuta est,* | 191 |

*Paruulus*] Simplex, vt est vers. 3.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 192 | Venite comedite panem meum, & bibite de vino quod miscui. | Vers. 5. | *& Venite, comedite panem meum, & bibite VINVM, quod miscui vobis.* | 192 |

*Venite*, &c.] Sic SAPIENTIA incarnata: *Venite ad me omnes, qui laboratis, ego reficiam vos.* Matth. 11, vers. 28. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*, Iohan. 7, vers. 37.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 193 | Relinquite (ergò) infantiam, & viuite, & ambulate ☞ per vias PRVDENTIÆ. (Quas Ego fideliter monstraui & paternè commendo vobis. | Vers. 6. | *Relinquite simplices viam vestram, & viuetis: & incedite per viam Intelligentiæ.* | 193 |

*Per vias*

*Per vias Prudentiæ*] Vias PRVDENTIÆ & INTELLIGENTIÆ, hoc eſt, Gradus COGNITIONIS ac SCALAM cum DEO VNIONIS, per quam IEHOVÆ SAPIENTIA (cui delitiæ eſſe cum filiis hominum) benignæ voluntatis ſuæ clementiâ deſcendente, Nobis contra veſtitu Regenerationis Denario (perfectionis SIGNATVRA) pœnitentialiter amictis, Theoſophicè aſcendentibus, Spiritus ſancti interuentu approximamus, coniungimur, & vnimur DEO, vt hîc & in æternum IEHOVAH fruamur; vias, inquam, has vide figura Amphitheatri huius ſecunda.

*Hic inſeratur figura gradus quinti.*





# V.
# GRADVS PROLOGETICVS QVINTVS EXPOSITVS.

194 Bonus hauriet beneplacitum à IEHOVA, & virum malarum cogitationum condemnabit DEVS.

Prou. 12 Verſ. 2.

*Qui BONVS eſt, & hauriet gratiam à DOMINO: qui autẽ confidit in cogitationibus ſuis, inſipiens eſt.* 194

*Hauriet gratiam*, &c.] Quemadmodum Gratia DEI homines efficit bonos; ita illos qui pietatis & timoris diuini ſunt domicilia, gratia DEI fouet, multiſq; gratiæ Donis adornat. Sunt enim Donorum varii gradus. Sicut radii ſolares vitrum obſcurum obſcurè etiam illuminant; ſi verò paulò fuerit clarius, plus illuminant; ſi clariſſimum & pellucidum, clariſſimè illuminant: ſic animus humanus, ſi aliquo modo purgatus eſt, illuminatur quidem radio æternæ Sapientiæ, ſed ſubobſcurè; ſi magis à vitiis purgatus eſt, clarius illuminatur; & ſi purgatiſſimus eſt, oblitus fermè omnium rerum, clariſſimè illuminatur, viſione quadam intima DEI, teſte Saluatore, Matth. 5. verſ. 8. *Beati mundo corde, quoniam ipſi* DEVM *videbunt*: Et Hebr. 12, 14. *Sequimini ſanctimoniam, ſinè qua nemo videbit* DEVM. Qualis autem hæc viſio? Cognitio ſcilicet myſteriorum Diuinorum, quam vocat Pſaltes occultam DEI Sapientiam, Pſal. 51, 8. Hanc nullus malarum cogitationum vir hauriet à DEO; ſed tenebris interioribus & exterioribus replebitur: id quod vera eſt condemnatio.

195 Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt DOMINVM, animaduertunt OMNIA.

Prou. 28 verſ. 5.

*Viri mali* [?] *non intelligunt iudicium: & quærentes autem* IEHOVAM, *intelligunt omnia.* 195

*Non in-*

*Non intelligunt iudicium*] Multa in vita communi accidunt, quæ verè sunt iudicia DOMINI: at impii hæc non intelligunt, sed casu quodam fieri putant, non aduertentes admirandam DEI Prudentiam. Qui autem Sapientiæ Diuinæ Spiritu præditi sunt, etiam illa diiudicant, quæ hominum aut salutem aut perniciem portendunt: quin omnes omninò hominum actiones iudicant, quem exitum seu finem illæ sint habituræ. Iudicia DEI abyssus multa. *Quærentes autem* IEHOVAM, &c.] Magna, (proh dolor!) humanæ rationis caligo est, quæ sine Diuinis Reuelationibus nullius operis DEI rationem, causam & finem perspicere potest. Quo medio verò, quaque via ad istiusmodi reuelationes sit perueniendum, luculenter Sapiens noster aureo axiomate docet: Quærentes DOMINVM, intelligent OMNIA. Exemplo est Ioseph Patriarcha, Daniel Propheta, & alii permulti. Memorabile est illud Iobi cap. 32. versf. 7. & 8. Spectabam, quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret Sapientiam. Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & Inspiratio Omnipotentis, dat Intelligentiam.

196 Benedictiones sunt super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. | Prou. 10 Versf. 6. | *Benedictio* DOMINI *super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas:* 196

*Benedictio* DOMINI, &c.] Olim Balsamo inungebantur Reges, & summi Sacerdotes, & coniuiæ amabiles: imponebatur etiam manus capiti benedicendo: ita Sapientia Diuina Balsamo Spiritus inungit cultores suos, ornat conuiuas donis, & manus imponit salutares capiti iustorum. Quemadmodum enim caput ornamentum & decus est hominis: ita Diuina SAPIENTIA (quæ est corona capitis augustissima) ornatum homini addit longè pulcherrimum. Assiste igitur ad thronum SAPIENTIÆ, flexis genibus, & Benedictionem Spiritualem ore & mente humili indesinenter & constanter efflagita: & descendet super caput tuum benedictio, instar Balsami stillantis. Sed os impiorum, quod nil nisi arrogantiam, superbiam, contumelias & immunditiem spumat, operiet confusio.

197 Abominatio IEHOVÆ est peruersus: & cum Rectis secretum Eius. | Prou. 3. Versf. 32. | *Abominatio* DOMINI *est omnis illusor, & cum* SIMPLICIBVS *sermocinatio eius.* 197 Impiis malèdicetur, Piis, benè.

*Illusor*] Peruersus corde & bilinguis, declinans à DEO, deserens Timorem DEI. Propterea quidam verterunt, abominatur IEHOVAH desertorē, hoc est, qui ab altitudine Diuinarū contemplationū actionumq; auersus, vergit ad decliua mundi huius immundi, quantumuis eum Spiritus SAPIENTIÆ bonus erexerit in altum. *Cum simplicibus*] Cum rectis, integris, incontaminatis, probis, nihil simulati aut dissimu-

lari habentibus, cum his, inquit Sapiens, Theo-Sophicè loquitur IEHOVAH, VERBO suo Biblicè, Macro & Micro-Cosmicè Diuinitus scripto, vsque in Oratorio & Laboratorio, Cabalisticè, Physico Magicè & Physico Chemicè reuelat atque communicat mysteria & secreta sua. Hinc Philosophus: SI DEVS reperiret cor fidele, vtrique reuelaret ei veritatem secretorum suorum. Felix cui sic IEHOVAH à Consiliis. Consule quartam Amphitheatri huius figuram. *Sermocinatio eius*] O mirabilem DEI mirabilis sermocinationem! vox DEI in omnibus, per Omnia, de Omnibus, ad Omnes. Loquitur DEVS nobiscum semper & vbique. Placuit DEO Biblicè, Macro & Micro-Cosmicè fari: incumbit nobis, ad imaginem & similitudinem DEI formatis, IEHOVAM (ne surdo canat) in SS^a Scriptura, Natura, & Nobis in ipsis audire, videre, obseruare sonantem, tonantem, loquentem & respondentem, vt est figura Amphitheatri huius quarta ordine annotatum. Vide verss. 35, 37. & 342.

| | | |
|---|---|---|
| 198 IPSE ☞ deludet illusores, & ☞ mansuetis dabit gratiam. | Vers. 34. | *Profectò illusoribus* IPSE *illudit, & humilibus dat gratiam.* 198 |

*Deludet illusores*] Certè sanniones ipse ridiculos reddit Lege talionis par pari eis referens. Derident isti SAPIENTIAM; deridentur vicissim ab EA. Lex hæc SAPIENTIÆ incarnatæ æquissima: Eâdem mensurâ, quâ mensurabitis, metientur vobis. Cum sanctis sanctus est IEHOVAH, & cum viro immaculato innocens; cum electo, electus; cum peruerso, peruersus, vt est Psal. 18, 25. *Mansuetis*] Humilibus: hos enim exaltat; superbos deponit. Humilitas siue mansuetudo, & sui in Timore DEI (coram 184
DEO) abiectio, est sui, cum fructibus SAPIENTIÆ in DEO gloriosa inuentio, exaltatio & sublimatio. Nam humiles corde DEVS exaltat sublimesque reddit. Vide vers. 202.

| | | |
|---|---|---|
| * Abominabile IEHOVÆ sunt peruersi corde: & perfecti via beneplacitum eius. | Prou. 11. Vers. 20. | *Abominabile* DOMINO ☞ *cor prauum, & voluntas eius in iis qui* ☞ *simpliciter ambulāt.* * |

*Cor prauum*] Hoc est, stultus, vt verss. 51, 201. & 205. *Simpliciter ambulant*] Immaculatè, innocenter, in integritate, probitate, incorruptè, non vitiosè; sed iuxta beneplacitum DOMINI, SAPIENTIA incarnata induti, Archetypum, ad cuius imaginem & similitudinem formari, imitantes. De quibus Psalmus 147, 11. *Beneplacitum est* DOMINO *super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* His bonum velle, nosse, esse & posse, in omnibus actionibus suis inspiratur à IEHOVAH; non pelle dualitatis rectis. Simpliciter igitur ambula tu qui Oras, quiq; Laboras.

| | | |
|---|---|---|
| 199 ☞ Qui peruersi cordis est, non inueniet BONVM, | Prou. 17 Vers. 20. | *Peruersus corde non inuenit bonum: & qui vertitur in* 199 |

& qui

| | | |
|---|---|---|
| & qui vertit linguam, incidet in malum. | | *lingua sua, cadet in malum.* |

*Qui peruersi cordis est*] Peruerso cordi coniuncta est quoque peruersa lingua, quæ cordis thesaurum aperit, & exitii foueam sibi parar. Lingua enim peruersi, patratrix est proprii exirii, ita perit impius linguâ suâ. Et hinc eruditi illi peruersi, de quibus natum prouerbium, die gelehrten/ die verkerten/ h. e. qui meretricem illam fatuam, stolidam, de qua supra nobis sermo fuit, deperditè amauerunt, & ceu idolum etiamnum adorant. Qui verò Recti sunt corde & Simplices, hi Sponsam sibi assumunt SAPIENTIAM Diuinam, Arcanam, Throni DEI assistricem, Mysteriorum DEI, SS<sup></sup>æ Scripturæ, Naturæ, & Artis OMNIVM veram fidemque Doctricem, & ita hauriunt Bona ac Dona SAPIENTIÆ Æternæ. Vide versl. 187, 294.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 200 ☞ Melior est pauper ambulās in simplicitate sua, ☞ quam diues in prauis itineribus suis. | Prou. 28 Vers. 6. | *Præstantior est pauper, qui ambulat in perfectione sua, quam peruersus viis, & ipse diues.* | 200 |

*Melior est pauper*, &c.] Pauper adhæret soli DEO & SAPIENTIÆ, fide simplici, & in simplicitate sua sapientissimè ambulat, quia DEO placet: placere aurem DEO, summa est felicitas, & veræ diuitiæ. Contentum esse suâ sorte, habere mentem alienam ab auaritia, à superbia, à vanis honoribus, à voluptatibus: in simplicitate & integritate ambulare, magna sapientiæ pars. *Quàm diues*, &c.] Mundus immundus auarus est terrenarum opum, quæ sunt irritamenta malorum, corruptelæ animorum, folles arrogantiæ, & vanæ gloriæ, puluilli voluptatum, & tandem, præmii loco, in exitium æternum præcipitant omnes, qui adhærent illis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 201 Vt quid est pretium in manu stulti, vt emat SAPIENTIAM & cor non est ei. | Prou. 17 vers. 16. | *Quid prodest stulto habere diuitias cum SAPIENTIAM emere non possit?* | 201 O diuitem stultum! |

*Stulto*, &c.] Stultum vocat hoc loco Sapiens non tantum vacuum timore DEI, vt vers. 205. Verùm etiam superbum, arrogantem, & sinè causa iracundum, Einen starrköpfigen eigensinnigen Phantasten/ vnd vnbilligen polterer/ quantumuis etiam opibus valentem. Es ist doch ein Narr vnd wenn er noch so reich vnd hoch von seines gleichen geachtet were. Paulus inquit Gal. 6, 3. *Si quis existimat, se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Hoc faciunt stulti*, (inquit Cato) *quos gloria vexat inanis.* Præterea qui cogitat malum facere, stultus vocabitur, Prou. 24, 8. Vt & renera stulti sunt, in conspectu DEI, impii irrisores, quibus nec DEVS ipse, nec LEGIS Diuinæ, nec VERBI DEI (scripti & incarnati) mysteria, nec Naturæ secreta, verè cordi sunt. Isti, quantumuis eminentes aut Nobiles existant coram mundo immundo, in iudicii tamen die non consistent, sed (quia stulti) ignominia afficientur æterna. Vide vers. 205. *Cum SAPIENTIAM emere*, &c.] Sa-

PIENTIA non venditur pecuniâ; nec hæreditate transit ad liberos: precibus ex toto corde ad IEHOVAM fusis oportet nos eam à Benignitate Benigni (Benignè vt mittat) petere ac impetrare. SVMMA: In Spiritu & Veritate pro Ea est Orandum: proq; thesauris Ipsius feliciter consequendis, sapienter Laborandum. ORATORIVM igitur & LABORATORIVM, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, sapienter ingredienda. Vide vers. 87. Nota: stultus hoc loco potest etiam intelligi prophanè doctus: Et diuitiæ, ingenii dotes, sinè Timore DEI: Ein Sprachgelehrter Narr / Ein närrischer Sprachgelehrter / literatus stultus, non doctus.

| | | |
|---|---|---|
| 202 ☞TIMOR DOMINI Disciplina SAPIENTIÆ: & gloriâ præcedit ☞HVMILITAS. | Prou. 15. Vers. 33. | TIMOR IEHOVÆ, eruditio SAPIENTIÆ: & ante gloriam humilitas. 202 |

*Timor* DOMINI, &c.] Vt vers. 159, 210. *Humilitas.*] Animi. Mansuetudo, quæ lenitas & facilitas morum: quemadmodum superbia casum. Contritionem præcedit superbia, Prou. 16, 18. Hinc in Cantico Beata virgo: DOMINVS dispersit superbos, mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Luc. 1. vers. 51. & 52.

| | | |
|---|---|---|
| 203 Quum venit superbia, venit & ignominia: & cum humilibus SAPIENTIA. Prou. 16. vers. 5. Abominatio IEHOVÆ est omnis elatus corde. | Prou. 11. Vers. 2. | ☞Vbi fuerit superbia, ibi fuerit & contumelia: vbi autem est Humilitas, ibi & SAPIENTIA. Prou. 16. vers. 5. ☞ Abominatio enim DOMINI est omnis arrogans. 203 |

*Vbi fuerit superbia*, &c.] IEHOVAH abominatur superbos; superbi enim resistunt maiestati Diuinæ; ideò DEVS superbis quoque resistit, 1. Pet. 5, 5. Quia humiles tantum pendent à Gratia Diuina: ideo humilibus DEVS dat gratiam. Superbi quia affectant solium DEI, ideo DEVS punit eos aut errore consiliorum, aut infelicitate euentuum, ita vt omnia consilia eorum & euentus conuertantur in ipsorum ignominiam, confusionem & ruinam: è contra verò humiles ornat Luce, & Dono Spiritus Intelligentiæ, consilii, fortitudinis, roboris, cognitionis, quæ dona sunt fontes felicium successuum in gubernatione & actionibus humanis. *Abominatio* DOMINI, &c.] Vult DEVS vt noscamus & confiteamur ore & corde, esse DEI Bona & Dona, quibus fruimur in vita omni: nec quicquam adscribamus prudentiæ aut viribus nostris. *Non nobis Domine, non nobis; sed Nomini tuo da gloriam.* Psalm. 115, 1. *Melior est patiens arrogante.* Eccles. 7, 9.

☞In

| | | |
|---|---|---|
| 204 ☞ In corde Prudentis requiescit S A P I E N T I A: & indoctos quosque erudiet. | Prou. 14 Vers. 33. | *In corde intelligentis requiescit* S A P I E N T I A*: at in medio stultorum ipse cognoscitur.* 204 |

*In corde.*] Animo: qui ἁγιαστήριον vel Sanctuarium S A P I E N T I Æ; Mineruæ templum MicroCosmicon. Ita Prou. 17. vers. 24. Sapiens inquit: *In facie prudentis lucet Sapientia.* Et, Eccles. 8. vers. 1. Sapientia hominis lucet in vultus eius: videlicet physiognomonicè, metaposcopicè.

| | | |
|---|---|---|
| 205 ☞ Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: ☞ amicus stultorum similis efficietur. | Prou. 13. vers. 20. | *Qui graditur cum sapientibus, sapiens erit: sed qui est amicus stultis, conteretur.* 205 |

*Qui cum sapientibus, &c.*] Hoc est, cum iis, qui sequuntur doctrinam Librorum Naturæ, & SS[æ] Scripturæ, conscientiæque testimonium propriæ: qui hoc facit, is fideliter Orando, sapienterq; Laborando, rectâ & certissimâ via ascendit ad summam Diuinarum atque humanarum rerum scientiam vereque sapit. Ad leges & testimonia horum, O M N I A: sinè quibus erubescimus loqui V E R I T A T I S studiosi. Quod si animus tuus, ò fili, S A P I E N T I Æ Æternæ radio, sic Cabalicè fuerit illuminatus; (est enim, secundum Mercurium Trismegistum, D E V S I P S E nostræ oculus Mentis, sinè cuius lumine (dico) manet cœca tam in Physicis quàm hyperphysicis atque Diuinis; nec vnquam videbimus siuè SS[æ] Scripturæ, siuè Naturæ Nostrique ipsius cognitionis lumen(tunc huius tam ineffabilis luminis ductu, per omnes errorum tenebras secu[●]ambulabis: tunc citra læsionem liberè omnia disciplinarum genera, bona & mala (suo modo) fructuosè penetrare poteris: tunc Vlyssis instar (H. C. Agrippæ vtar verbis, quem, ex scriptis suis genuinis, noui bonum & Euangelistam philosophicum, quia verba præsupponunt mentem Theo-Sophicam, non nigromanticam) si Cyclopum specus ingrediamini, & ad inferos descenderitis, remigrabitis illæsi: si ad Lotophagos, ad Syrtes accesseritis, regrediemini securi: si Circes poculum biberitis, non permutabimini: si Scyllam prçternauigaueritis, non periclitabimini: si Sirenes audieritis, non obdormietis, sed eritis de omnibus iudicantes, vt ait Apostolus, & à nullo iudicati. *Amicus stultorum.*] Ex omni omnium vitiorum genere contracta colluuies, à Sapiente nostro & Stoicis, grauissimis assertoribus virtutis, stultitia vocatur; in sacris literis Malitia & Stultitia dicitur: itidem, vt omnibus suis numeris absoluta Probitas, vtrisque S A P I E N T I A nominatur. Stultorum, id est, vitiosorum aut malorum (vt est vers. 201. quorum, proh dolor, pleni status, scientiæ & artes ferè omnes) consortia fuge: nullum enim venenum, nulla pestis perinde nocet, atque istiusmodi stultorum diabolicorum familiaritas. In Cabalæ & Magiæ studio, nigromanticos, (tanquam Diabolum ipsum, cuius isti organa) deuita; in Alchemiæ, Sophisti-

cè & differentes & laborantes: quia ſtulti ſunt. Noli dicere eis, aue; nedum familiares ſint tibi. Conttahit peſtem vicinus à vicino.

*Fide* DEO *fidus, mortali fidito cautè;*
*Et belle ante vide, dignus an ille fide.*

Nam fidere multum, & vidiſſe parum, maxima damna parat. *Vna,* inquit Iuuenalis, *conſpecta liuorem ducit ab vna.* Magna vis conſuetudinis aut conuerſationum in partem vtramque. Cum paucis iisque bonis ambulandum. Talis vnusquiſque eſt, qualium conuerſatione delectatur. Nam *noſcitur ex comite, qui non cognoſcitur ex ſe.* Socius ſocii vmbra. Malitiam autem (Sapienr. 7. verſ. 30.) vincit SAPIENTIA: in SAPIENTIA igitur DEI, cato facta, de malitia triumphum referte queamus, ſi modò in ea ſapuerimus, in qua & vincemus. VNVS igitur eſto tecum, at non ſolus; quia in VNO: Triunus in TRIVNO. Dicit SAPIENTIA incarnata, vbi ſunt duo vel tres congtegati in nomine meo, EGO SVM in medio illorum. Mas & fœmina, DVO: Corpus, Spititus & Anima, TRES eſſentiæ diſtinctæ, in perſona TheoSophiæ ſtudioſi vnà congregatæ in nomine IHSVH CHRISTI crucifixi, SAPIENTIÆ Patris incarnatæ, VNVM ſunt: in medio huius horum QVI ERAT, QVI EST, QVI ERIT, DEVS; DEI SAPIENTIA; SPIRITVS SAPIENTIÆ DIVINÆ. Tunc rectius & verius (quam Scipio) dices, nunquam te minùs otioſum, quàm cum otioſus: nec minus ſolum, quàm cum ſolus. Et: Otioſum, te pluta facete. ô otium beatum, haudquaquam ignauum! quod mundus non capit immundus. Hoc otio fruitur ſolus amicus DEI, non ſtultorum, qui mundanè & prophanè ſapientes. Hæc non capiet homo perſtrictæ frontis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 206 | Etiam abſque Scientia, deſiderium non eſt bonum. | Prou. 19 Verſ. 2. | *Vbi non eſt* SCIENTIA ANIMÆ, *non eſt* BONVM. | 206 |

*Vbi non eſt* SCIENTIA, &c. ] Vbi non ſunt moderata conſilia, ibi cauſa malè agendo corrumpitur. Docet igitur Sapientia amatorem & cultorem ſui fidelem, omnia conſideratè, prudentet, piè & moderatè agere, & finem ſemper reſpicere. Econtra: Vulgus Sapientiæ expers, ruit in negotia, ſinè omni timore DEI, DEO non conſulto, & rapiuntur ſtulti ſtultis conſiliis, tanquam à torrente & rapido flumine. Feſtinatio enim improuida eſt & cæca, quàm malè regit & ad peſſimum exitum deducit DEI obliuio.

Malitiosè inuidus, Sophiæ Diuinæ non particeps.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 207 | Neque verò cum eo qui inuidia contabeſcit, iter habebo: quoniam huiuſmodi non erit Sapientiæ particeps. | Sap. 6. Verſ. 25. | *Neque* (*etiam*) *cum inuidia tabeſcente iter habebo* (*inquit Sapiens:*) *quoniam talis homo non eſt particeps* SAPIENTIÆ. | 207 |

Neque

*Neque cum inuidia tabescente*, &c.] Non communicabo; nihil commune habebo; non versabor cum inuido. Nam mos Philosophorum est, non inuidere. Ideo apertas esse debere Musarum ianuas, voluit pia vetustas. Non tamen sinè discrimine omnibus: At quibus? Solis Doctrinæ & Disciplinæ filiis. DEI enim Dona candidè ac liberaliter, non nisi candidis ac liberalibus ingeniis (ne margaritæ proiiciantur porcis diabolo obsessis, vers. 344.) sunt communicanda. Rectè doctissimus Zwingerus in tabulis Hippocraticis, pag. 37. Vetus hæc artium, inquit, fuit maiestas, vt non nisi initiatis communicarentur, vel viua voce, quos ἀκροατὰς dixere, vndè Cabala Hebræorum nomen habet; vel scripto, sed eo obscuro, quo profanum vulgus arceretur, & solis intelligentibus (vers. 43.) arcanum communicaretur. Ipsa nimirum prostitutio Artibus & auctoritatem, & propter contemptum efficaciam quoque suffurari videtur. Flagris perindè digni sunt, qui artium arcana exteris temerè patefaciunt: vti propter inuidiam meritò repræhendendi, qui ne initiatis quidem communicare volunt. Hæc ille. Ad hunc sensum prudenter interpretanda sunt verba Sapientis nostri citata, & ea, quæ vers. 147. Obiicies fortassis, nasute, inuidiam Physico Chemicè Philosophantium, super summo in Natura & Arte Bono. Audi Rosinum Philosophum: DEI iudicium est, hanc rem scientibus inuidiam inuenire, non propter mundi auaritiam, sed ne mali percipientes hoc, ad prophana agenda fiant promptiores, & de eorum peccatis reddituri sint Philosophirationes. En, habes quoque verbis Zwingeri iam citatis, responsum satis honestum, sufficiens, iustum & æquum.

| | | |
|---|---|---|
| 208 Derisorem efficit vinum, tumultuantē efficit Séchar: & omnis qui se oblectat in ea, non erit sapiens. | Prou. 20 Vers. 1. | ℣ *Luxuriosa res est* VINVM, *& tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens:* 208 |

*Luxuriosa res est* VINVM, &c.] Heraclitus dixit: *stultitiam celare difficile est; in vino verò impossib le.* Cato: *Vno excepto, nemo vnquam ad euertendam Rempub. sobrius accessit.* Plato: *In vita parum sobria Sapiens nemo efficitur vnquam, moderatus verò multò minus.* Seneca: *Consuetudine insania durata vitia vino concepta, etiam sine vino valent.* Sapientia igitur haurienda non est ex poculis. Ex poculo verò Iosephi Patriarchæ, Gen. 44. vers. 5. argenteo, in quo prophetabat & vaticinabatur de futuris, vt bibere tibi liceat, peroptabis. Sanè, summo artificio Diuino-Magico, ex Electro philosophico, Astronomicè conflatum fuisse hoc poculum, quis ibit inficias? Extant quæ Aureolus ab Hohenheim Mysteriarcha, de Electro illo posteritati reliquit. Tale poculum propinat Sapientia in Cantico cap. 8, 2. suis amatoribus, & inebriat eos Nectare Cælesti. Influentiæ illæ Cælestes, & thesauri syderei, qui sunt custodes omnis naturalis Sapientiæ, libentissimè influunt & dimittunt sese in animas sobrias, sapientiæ sitientes. Die vollen vnd tollen Narren aber lesset der Himmel vnfleter vnd Tölpel bleiben.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 209 | Cor Sapientis quærit DOCTRINAM: & os stultorum ☞ pascitur imperitia. | Prou.15. Verſ.14 | *Cor intelligens quærit SCIENTIAM: & os stultorum paſcetur stultitia.* | 209 |

*Paſcitur imperitia* ] Verè Ethnicus; *Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius*, Er bleibt ein Narr/ wie er gewachſen iſt.

Timor Domini Eccl.1,16. Pſal.110.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 210 | ☞ Timor DOMINI principium SAPIENTIÆ: SAPIENTIAM atq; DOCTRINAM ☞ ſtulti deſpiciunt. | Prou. 1. Verſ.7. | *Timor JEHOVÆ principium SCIENTIÆ: SAPIENTIAM & Eruditionem ſtulti deſpiciunt.* | 210 |

*Timor* DOMINI ] Non eſt hic is TIMOR, quo nocentes cruciatum formidant, Theologis dictus SERVILIS, qui furor & nocentis conſcientiæ vermis, rodens quotidie, atque vrens malam mentem, animumvè mali ſibi conſcium: ſed diuinus & ſalutaris à DEO ipſo proueniens, dictus FILIALIS, ſuperior & excellentior amore, vt loquar cum Cabaliſtis. Sic quoque verſſ. 212. & 232. *Stulti deſpiciunt* ] Stulti igitur ſunt, qui deſpiciunt AMPHITHEATRVM hoc noſtrum, ratio eſt, quod ex fontibus SAPIENTIÆ (res ipſa loquitur) DOCTRINA Eius emanauit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 211 | TIMOR IEHOVÆ velut velut vena vitę, vt recedatur à laqueis mortis. | Prou.14 Verſ.27. | *TIMOR DOMINI ☞ fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.* | 211 |

*Fons vitæ* ] Quemadmodum inobœdientia & contemtus DEI, amor proprius & ſuperbia, initium & fons eſt mortis, omniumque calamitatum, & verè ruina & laqueus mortis atque inferni: ita Timor IEHOVÆ, coniunctus cum fide & amore diuino, qui dicitur filialis, verè eſt fons & vena vitæ; propterea quod Spiritus ſanctus, Spiritus eſt Timoris DEI, hoc eſt, author Timoris DEI, in quo ſancto Timore, DEVS ſingularem ſuam εὐδοκίαν & beneplacitum habet, ita vt delectetur illo, tanquam pater filio vnico: reueletque ipſi arcana Sapientiæ: requieſcente ſuper ipſo Spiritu Scientiæ, Intelligentiæ & Cognitionis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 212 | Principium SAPIENTIÆ, Timor IEHOVÆ: & ſcientia Sanctorum, intelligentia. | Prou. 9. Verſ.10. | *☞ PRINCIPIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI: & ſcientia Sanctorum PRVDENTIA.* | 212 |

PRINCIPIVM SAP. ] Vide verſſ. 210. & 232. Iob.28, 28. Ecce TIMOR DOMINI ipſa eſt SAPIENTIA; & recedere à malo, INTELLIGENTIA. Timor DEI filialis ipſiſſimus eſt AMOR: Timere DEVM amare eſt. O fructuoſiſſimam ARTEM AMANDI hanc! quam fideliter

docet

docet Amphitheatrum hoc nostrum. DIVINA hæc; mundana, illa Ouidiana immunda.

213 ☞ Non (igitur) æmuletur cor tuum peccatores, sed in TIMORE DOMINI esto ☞ tota die. | Prou. 23 Vers. 17. | *Ne æmuletur cor tuum peccatores, imò potius in TIMORE IEHOVÆ esto tota die.* 213

*Non æmuletur*, &c.] Κακοζηλία & stulta imitatio morum prophanorum, scurrilium, voluptatum, libidinum, delitiarum, superbiæ, ambitionis, luxus, vsurarum, iracundiæ, dominationis, &c. multis attraxit extremum exitium. Noli transformari in eiusmodi mundanam laruam, sed indue Iesum Christum, & transformare in ipsius imaginem. *Totâ die*] Totâ vitâ: omnibus diebus vitæ tuæ: & TVNC (non prius) SAPIENTIÆ desuper rorantem mannam, (vt est secunda huius Amphitheatri figura) supercælestisque nectaream & aquæ (mentis vellere) & ignis (cordis ardore) pluuiam concipies, gustabisque Animæ, sitientis veritatem, lingua, quàm suauis & iucundus sit DOMINVS: erisque totus (Corpore, Spiritu, & Animâ) tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dat in tempore suo, cuius folium non defluit: & OMNIA quæcunque facies (orabit enim & Laborabit IEHOVÆ SAPIENTIA tecum, vers. 261.) prosperabuntur. (& sic peruenies quoque ad Lapidem Philosophorum) Psal. 1, 3. Experieris quoque verissimum esse, quod Pietas ad omnia sit vtilis. 1. Tim. 4, 8.

214 Quia reuera est merces: ☞ & spes tua non succidetur. | Vers. 18. | *Quia si habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.* 214

*Habebis in nouiss.*] Quia habitas in adiutorio altissimi, & in protectione DEI Cæli commoraris. Dicis DOMINO, susceptor meus es tu, (asylum meum) & refugium meum, DEVS meus, sperabo in eum. Vide psal. 91. totum. Psalmus hic quemadmodum alii pœnitentiales; Benedictorii; Maledictorii; Liberatorii; Vindictorii, &c. ita, hic, dico, Antidotarius & defensorius contra aduersitates omnes. Obseruarunt hoc Hebræi; probauerunt Christiani; experieris tu ipse, si Psalmos Dauidis, singulis diebus, Dauidicè oraueris. At magnum & rarum, Dauidicè orare! Non intelligunt nisi in schola crucis ac tribulationum probè exercitati: his solis PSALTERIVM est promptuarium precationum instructissimum, Catholicon. Laus DEO, quod aliquantulum didicerim. De hoc secreto, loco commodiore, plura. *Spes tua non succidetur*] Non decipiet te SAPIENTIA; caret enim omni fraude: sed verissimos, dulcissimos, æternos fructus ab illa percipies. E conuerso, mundana sapientia, quia est fraudibus, erroribus & incertitudinibus plena; nullum salutarem fructum post se relinquit; sed miseriam, dolores animi, errores, cruciatus, desperationem & mortem.

215 Sentite (ô mortales) ☞ de DOMINO in bonitate ☞ & in simplicitate cordis quærite illum.

Sap. 1. Vers. 1.

*Sentite (ô homines) de* DOMINO *in bonitate, atque in simplicitate cordis eum quærite:* 215

*De* DOMINO] Et de Operibus, Bonis ac Donis eius, iuxta voluntatem veritatis suæ in SS. Scriptura, Libro Naturæ, testimoniisque conscientiarum vestrarum. *In simplicitate*] In simplicitate columbæ, hoc est, in integritate, imitando Archetypum: non in astutia aut calliditate diabolici serpentis. Simplicitas Sancta Veritatis SAPIENTIÆ Æternæ amica. Nunquam simula, nec mala te malum esse cogant. Sis Bonus, auxilio Optimi, in te: etiamsi omnia mala circumcirca te. Esto prudens, ne fallaris, & simplex, ne fallas, Matth. 10, 16. *Consilium malum consultori pessimum.*

Deut. 4, 29. 2. Paral. 15, 4. Quomodo DEVS quærendus, & à quibus inueniatur.

216 Quoniam inuenitur ab his, ☞ qui non tentant illum: ☞ apparet autem iis, ☞ qui fidem habent in illũ.

Vers. 2.

*Quoniam inuenitur ab iis qui non tentant eum, & illis patefit, qui ei non diffidunt.* 216

*Qui non tentant illum*] Haud frustra monet Lex Diuina: *Non tentabis* DOMINVM DEVM *tuum*, Deut. 6, 16. Matth. 4, 7. Luc. 4, 12. Non potest ferre iocum IEHOVAH, qui Zelotes. Huc refer canonem decimum, partis Amphitheatri huius quartæ, in Mageiæ reformatione instauratoria ac renouatoria; & contra, Nigromantiæ extirpatione eradicatoria. Vbi de PROPOSITIONE agitur, *Tunc me intelliges.* Vide versſ. 142, 217. & 251. Non tentat DEVM qui Theo Sophicè consulit; sed qui temerè, iocosè arroganter. *Apparet autem*] Ἐμφανίζεται, patefit: quod verbum cognitionem significat, qua DEVS piis se patefacit ac declarat, aut cognoscendum exhibet, quocunq; id fiat modo, mediatè, vel immediatè, Macro vel Micro-Cosmicè. Sic SAPIENTIA æterna, manifestata in carne, IHSVH CHRISTVS, apud Iohan. 14, 21. dicit, *ἐμφανίσω ἐμαυτὸν, manifestabo ac declarabo meipsum.* Vide versſ. 142. & 195. Estoque intelligens. *Qui fidem habent, &c.*] Docet Sapiens, *τὴν ἀπιστίαν*, incredulitatem, impedimento esse, quo minus cognoscatur veritas, & DEI Dona nanciscamur. Incredulitas (experientia edoctus constanter affirmo) est quasi sinistra manus, qua DEI DONA, quæ sponte suà nobis benignè offert, peruersè excutimus. Quemadmodum enim ianua miraculorum, impetrandique à DOMINO Bona & Dona mirabilia manus, est Fides; ita diffidentia siuè incredulitas, miraculorum amissio aut expulsio, ac ad magna & mirabilia à IEHOVAH impetranda, & per nos (est enim Theo-Sophus DEO id, quod homini sua manus) perpetranda, impedimentum. Rectè igitur vir nunquam satis laudatus Capnio lib. de verbo mirifico 2. cap. 6. *Fœdus cum homine*, inquit, DEVS *percutit, non quocunque, sed cum eo, qui Sanctimonia, Pietate, Religione,*

*potissimum*

*potiſſimum verò* CREDVLITATIS *fiducia clareſcat.* Et altius de VNIONE cum DEO mentali: Non DEVS hanc nobis, crimina noſtra negant. Crimen inter cætera, non infimum, incredulitas. Vt iuſtus viuit ſua fide; ita videns videt fide. Neſcit fidentem deſeruiſſe DEVS, canit poëta Chriſtianus. Morienus Philoſophus: *Omnis qui timuerit, in veritate non eſt perfectus:* Et maximoperè Sapientem aliquid timere non decet. Nam ſi timuerit, citò deſperabit. Quod ſi deſperauerit, eius animus vacillabit, nec vllatenus ſuæ intentionis conſequetur effectum. Vide verſ. 167. Hîc mentem exerce. Clamemus igitur cum Chriſti diſcipulis, omnes: DOMINE, *auge nobis* FIDEM. Fidas, vt videas. Sat dixi.

217 ℣ Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à DEO: probata autem virtus corripit inſipientes. | Verſ. 3. | *Cogitationes namque peruerſæ ſeparant à DEO, ℣ eiuſque potentia dum tentatur, inſipientes arguit.* 217

*Peruerſæ cogitationes ſeparant,* &c.] *Caſta* DEVS *Mens eſt, caſta vult mente* (Corpore, Spiritu, Anima) *vocari,* quæri, inueniri ac retineri. Non poteſtis, dicit Paulus, ſimul eſſe membra ſcorti & Spiritus ſancti. Ora DEVM, vt, ſua gratia, cum odio vitiorum, amor in te oriatur ac confirmetur virtutum: hoc eſt, TIMOR DEI. *Eiuſque potentia,* &c.] DEI videlicet; cuius Potentia ſine maximo periculo Corporis, Spiritus & Animæ, tentari non poteſt. Sunt autem hæc duo vitia (& ſignaturæ quaſi indicantes) infidelium; Vnum diffidentiæ, alterum audaciæ ac temeritatis in DEVM, ſic tentando eum. Hinc diſcito, IEHOVAM ne tentes quæſtionibus friuolis; petitionibus ſuperbis, tibi aut proximo nocentibus, &c. Vide verſ. 216.

218 Quoniam in animam malitioſam non introibit Sapientia, nec in corpore peccatis obnoxio habitabit. | Verſ. 4. | *Quoniam ℣ in maleuolam animam non introibit* SAPIENTIA: *nec habitat in corpore ℣ ſubdito peccatis.* 218

*In maleuolam animam non,* &c.] Ratio eſt, quod diſſimilium nulla fit VNIO. Quid conueniret Luci cum tenebris: beneuolo cum maleuolo; veritati cum mendacio; bono cum malo? Non fit ad Monadis ſimplicitatem reductio, niſi reiiciatur Binarius: non cum IEHOVAH vnio, niſi prius à Teipſo deuiatio, & tui abnegatio. Diuerte à malo & fac bonum, Pſal. 34, verſ. 15. Diſcede à temetipſo deformato, &, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, reformare ad Exemplar Archetypi; patienter ſequere, & Theoſophicè imitare SAPIENTIAM incarnatam; tunc habitabit in te Spiritus SAPIENTIÆ Hhochmahél: Tunc IEHOVAH Pater: IHSVH CHRISTVS crucifixus, Frater; SPIRITVS SANCTVS Amicus, introibit in te, habitabit atque ſedebit, REX, in palatio aut throno ſuo MicroCoſmico, TEMETIPSO, tri-

uno, renato, verè catholico, vt est figura Amphitheatti huius secunda. Lotione pœnitentiali, Esaiæ 1,16. in melius transmutatus, coniungêris atque vnieris DEO: radio Solis supercælestis illuminaberis. Videbisque, mundus corde, DEVM in te, & te in DEO; OMNIA in OMNI. Terrena patitur, terrenus: mundana, à Principe mundi immundi, mundanus: Spiritualia, à Spiritibus bonis, sub modo delegatæ à DEO administrationis, Macro & MictoCosmicè, Spiritualis: Diuina, à DEO ipso, Diuinus. Qui minus purus est, quomodo audet ille purum attingere? De Spiritualibus atque Diuinis, tu terrene & mundane, censere abstine. Iudicas de iis, quotum dulcedinem nunquam gustasti, vt cæcus de coloribus. Vide versf.46. & 157. Censuisti me & librum hunc mundanum immundum; Vide ne nimis mundanè. Quære vers. 46. *Subdito peccatis* ] Ne igitur pecces, ô fili SAPIENTIÆ, nam DEVS ipse videt (in omni enim loco oculi DOMINI contemplantur Bonos & malos, Prouerb. 15,3.) cur non videret? qui finxit oculum: cur non auditet? qui plantauit aurem, Psal. 94. vers. 9. Angelus custos tuus, Psal. 91. vers. 11. DEI minister, Psal. 104. vers. 4. adstat: Conscientia (mille testes) reclamat: diabolus (hostis genetis humani acetrimus) accusat. Proponito tibi, quæso, mi frater, qui ad peccatum sollicitatis, ante oculos Angelum tui custodem, omnium, quæ vel facis vel cogitas, assiduum spectatorem ac testem; DEVM inspectorem, cuius oculis omnia patent, qui sedet supra cælos, & intuetur abyssos: Et rem adeo fœdam, vt homuncione teste palam facete pudeat, non vereberis coram Angelo tibi proximo, DEO, totoque cælitum Choro spectante & execrante facere? Phy quò laberis?

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 219 | Imò, si ad intelligentiam clamaueris, & intelligentiæ dederis vocem tuam: | Prou. 2. Vers. 3. | *Si enim SAPIENTIAM ☞ inuocaueris, & inclinaueris cor tuum PRVDENTIÆ,* | 219 |

*Inuocaueris* ] Vt pium est Misericordiam implorare Diuinam, auxiliumque Omnipotentiæ DEI: sic ipsissima Chtistianitas, pro SAPIENTIA TheoSophicè impetranda, inuocare SAPIENTIAM IEHOVÆ (HHOCHMAHEL) ipsam, in vltimo seculo incarnatam: quam Sapiens noster inuocauit incarnandam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 220 | Si quæsieris eam tãquam argentum, & sicut thesauros scrutatus fueris eam: | Vers. 4. | *☞ Si quæsieris Eam quasi pecuniam, & ☞ sicut thesauros effoderis illam:* | 220 |

*Si quæsieris* ] Si SAPIENTIÆ Chtistianè postposueris mundi immundi vanitates, quantumuis etiam splendidas atque pecuniosas, & quæsieris SAPIENTIAM. At, dices, Vbi, quibus Auxiliis, Cur, Quomodo, Quando: Audi: pulsato fores SOPHIÆ supercælestis, vers. 48. annotatas, in Oratorio & Laboratorio, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, & eam, DEO annuente, inuenies. *Sicut thesauros, &c.* ] E

terra Mundana, montiumque saxosorum profunditatibus effodiuntur opes, irritamenta bonorum. SAPIENTIÆ terra est LIBER trinus, Catholicus, puta, SS.æ SCRIPTVRÆ atque NATVRÆ, & MENTIS nostræ Diuinitus illuminatæ: huius ditissimæ venas, secundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri præsentis, rimare, SAPIENTIAM, IEHOVAH largiente, inuenies: hanc inde, sicut thesaurum, Christiano-Cabalisticè, Diuino-Magicè, & Physico-Chemicè, effode, inque pectoris scrinio prudenter reconde: ausim tibi polliceri, qui hæc rectè scribo, quod placebis DEO, hauries voluntatem à DOMINO, impetrabisque ab Eo, per Eam, in negotiis, consiliis ac laboribus tuis, benè velle, nosse, esse & posse, corporisque, Spiritus & Animæ sic elicies salutem. Nulla, crede veridico, vnquam calamitas aduersitatumvè hyems, sic extinguit fiduciæ, adhærentis DEO, fructuose impetrantem ardorem, quin, ex SAPIENTIÆ Lapide, quem reprobauerunt ædificantes, Psal. 118, vers. 22. posset restitui. Petra, SAPIENTIA caro facta. IHSVH CHRISTVS, seminarium habens ignis cælestis, & venas aquæ viuæ, salientes in vitam æternam. A DOMINO factum est istud, & est miraculum in oculis nostris, dico cum Psalmista.

221 Tunc intelliges TIMOREM JEHOVÆ, & cognitionem DEI inuenies. | Vers. 5. | *Tunc intelliges TIMOREM DOMINI, & Scientiam DEI inuenies.* 221 Scientia Dei.

*Tunc*] Posteaquam methodo præfata Theosophicè quæsieris, & scrutatus fueris SAPIENTIAM. Mentes & manus sapienter admouentes, Dii (ELOHIM) adiuuant. *Non datur ad Musas currere lata via*, hoc est, mundanè: nam lata via mundi via est, Academica. *Cognitionem* DEI] Tu seiole, qui parum Christianè negas, DEVM à nobis cognosci non posse, linguâ super verbis hisce cum Sapiente nostro, ô capita diabolica!

222 Nam nosse TE, consummata est Iustitia: & tuam intelligere potentiam, radix immortalitatis. | Sap. 15. Vers. 3. | *Nosse enim TE (ô DOMINE) consummata JVSTITIA est, & scire JVSTITIAM & VIRTVTEM tuam radix est immortalitatis.* 222

*Nosse te*, &c.] Agnitio DEI, solida, integra, vera & perfecta est iustitia, qui in sese virtutes complectitur omnes: Est autem NOSSE DEVM, non solum de Natura Diuina (liceat mihi cum Petro Epist. 2. cap. 1. vers. 4. naturam Diuinam dicere) sapienter disserere, verùm quoque voluntatem eius, quæ in LEGE (voce Iustitiæ Diuinæ) & VERBO IPSIVS μακρῷ καὶ μικρῷ κοσμικῷ scripto, est declarata, intelligere ac facere, hoc est, timere DEVM, & credere misericordiæ eius. Sic enim Hieremias cap. 9. vers. 24. In hoc glorietur vir, nosse me; quod sim DOMINVS faciens Iudicium & Iustitiam, & misericordiam, hoc est, puniens peccatores, & ignoscens (propter SAPIENTIAM incarnatam, hoc est,

IHSVM CHRISTVM crucifixum) agentibus pœnitentiam; & misericordiam præstans erga eos, qui me timent, mihique credunt. 1. Iohan. 2, 3. & 4. In hoc scimus, quoniam cognouimus eum (DEVM) si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse DEVM, & mandata eius non custodit, mendax est & in hoc veritas non est. Sic complexus est summam Doctrinæ huius Psalmus 147, 11. *Beneplacitum est* DOMINO *super timentes eum, & super his, qui sperant super misericordia eius.* Et Christus apud Iohannem 17, 3. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum* DEVM *verum, & quem misisti,* IHSVM CHRISTVM. Hic solus immortalitatis radix. SAPIENTIÆ ceteta pars magna, nosse Creaturam atque Naturam; maior, seipsum; maxima & summa, DEVM. Rectè sanè, verè ac sapienter dictum ab Augustino: Da, DOMINE, nosse me & nouerim te. Sit quoque à me repetitum. ô IEHOVAH, adiuua & perfice meum velle! Amen. Addo: TEIPSVM autem cognosces, quando collucente luce DEIFICA, in speculo maiestatis DIVINÆ triunius triuno (quod est, VNIVERSVM creatum, VERBVM scriptum & incarnatum, ANIMA que Diuinitus nobis inspirata) oculis & corporis & mentis; TheoSophicè, Physicè, PhysicoMedicè, PhysicoChemicè, PhysicoMagicè, HyperphysicoMagicè, Cabalicè conspicis, intueris, contemplaris Teipsum. Tunc videbis qualis sies videbis næuos, menda & maculas corporis, spiritus & animæ: Habebis cur cum Psalmographo Regio Psalm. 51. pœnitentialiter clames ad IEHOVAM: *Miserere mei* DEVS, *secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me;* & quæ sequuntur. Laua, ô DOMINE, quod est sordidum: riga, quod est aridum: sana, quod est saucium: tege, quod est deuium. Tunc lauabetis & mundabetis: tunc TheoSophicè sic lotus atque purgatus, nosces DEVM: quia beati mundi corde; hi enim videbunt DEVM. Matth. 5, vers. 8. Tunc quæsiuisti inuenistique Regnum DEI, & iustitiam eius: tunc cætera OMNIA (Bona ac Dona Spiritus SAPIENTIÆ, versu sequenti annotata, si Theosophicè Otaueris; & sapienter Laboraueris) adiicientur tibi: (*μακρὸ καὶ μικρὸ κοσμικῶς*) Beatus ergò & sapiens, qui se rectè cognouit. Qui Se atque DEVM Nouerit, huic OMNIA nota esse possunt. Vide figuram Amphitheatri huius secundam. *Scire*] Vndenam? Ex Libris SS.æ Scripturæ, Naturæ, & Temetipso, Diuinitatis radio illuminato.

| | | |
|---|---|---|
| 225 Quapropter optaui, & prudentia mihi data est: inuocaui, & Spiritus Sapientiæ obuenit mihi. | Sap. 7. Vers. 7. | *Propter hoc* ☞ OPTAVI, *& datus est mihi sensus: &* INVOCAVI, *& ☞ venit in me ☞* SPIRITVS SAPIENTIÆ. 22 |

OPTAVI] Non dedit operam literis in Academiis, nec audiuit Græcos, Dialecticos, Rhetoricos, &c nec vsus est methodo studendi, hodierno die vsitatissimâ. Qui philosophandi modus ab Apostolo Paulo reiicitur, 1. Corinth. 1. v. 19, &c. & Coloss. 2. v. 8. Sed Optauit & inuocauit, qui So-

..HAM super Cælestem omnibus prætulit Mundi huius solennitatibus atque thesauris. Sapuit certè. Augustinus tria vidisse sibi optauit: *Paullum in ore, Romam in flore, Christum in corpore.* Ego opto mihi possidere Lapidem ... sophorum, eoque frui perfectè per annos viginti, cum omnibus fru... us atque vtilitatibus suis: tunc verè fortunatus atq; beatus essem, tam ...tura, quam in hac vita, Theo-Sophicè eo si vterer. Obseruandum: Animo primùm in eo oritur desiderium ardens, quamobrem; (vers. 144.) ...ndè sequ tur inuocatio, siuè preces. Tu fac similiter; recurre in Teipsum, nihil supponas (ex & in DEO) in te (auxiliaturi atque auxiliantis DEI promissiones habes, vers. 10.) impossibile: Confidas in DOMINO, (Christiano Cabalisticè obseruando) intelliges; velis Theo-Sophicè, & consequeris. Ex hoc fundamento extructum ORATORIVM Amphitheatri huius nostrum; confirmatum Matth. 6, 6. Vigilantiæ ac confidentiæ est hoc Christianæ, non temeritatis audacis. Firmiter crede; in Timore DEI viu...; in Spiritu & Veritate ieiunans Ora, sapienterque Labora; dabitur tibi sine mora: amicus DEI constitueris, & SAPIENTIÆ fructuumque illius particeps fies. Mens inebriata DEO videt, tanquam in speculo, DEVM in se, & se in DEO; imò, quæ vult aut optat OMNIA. vers. 138. Hæc Luna Cabalistarum Micro-Cosmica crescens, plena, decrescens; accessu, oppositione diametrali, declinatione SOLIS Diuini. Luna crescente, iussu DEI, aderunt Spiritus boni; Tempore Plenilunii, DEVS ipse: decrescente, ora DEVM, ne tenebratum potestatibus teneais ac seducatis à semita Veritatis recta. *Venit in me.*] Quando? Non nisi prius oprauerat & inuocauerat. Non labor hic noctis atque diei vnius. Sudandum pro præmio (DEI gratia adipiscendo. versf. 142. & 145. Hic siste gradum, & super hoc Harpocraticè meditare: est vnum ex illis, quæ silentio potius, quàm sermone assequuntur, laudantur, commendantur. SAPIENTIA vera, non ex libris per se & humanitus vers. 142. discitur chartaceis, sed Diuinitus illabitur nobis, & venit in nos: à nostris studiis non, vt cæteræ Scientiæ, lucem recipit, sed secum affert, & quasi de suo IPSA promptuario in viros non indignos (vers. 145.) radiat atque lucet. Litera per se non prodest quicquam: SPIRITVS SOPHIÆ super Cælestis, Diuinitus in nos veniens, est qui instruit, qui docet, qui viuificat, qui illuminat, qui librum explicat, interpretatur, exponit. Dignus IHSVH CHRISTVS, hoc est, SAPIENTIA Patris, solus accipere LIBRVM, (puta SS^æ Scripturæ, Naturæ & Mentis Diuinitus nobis infusæ) & soluere signacula eius. Halleluiah. Rectè dicitur: *Vbi Spiritus sancti gratia operatur, ibi nihil proderit occultatio Philosophorum: nec manifestatio eorum, vbi eadem deest.* Verissimum hoc esse, Experientiâ edoctus, non semel comperi. Memini me, iudicio adhibito, ponderantem singula verba & emphases locutionum, aliquoties legisse Philosophos secretiores, aut oretenus contulisse cum quibusdam, & tamen non percepisse mentem eorum veram, quamuis dixissent veritatem: postea autem, suo tempore, detracto mihi (Misericordia Diuina procul dubio omni) per SAPIENTIÆ SPIRITVM ignorantiæ velamine, in quadrante horulæ, imò in momento,) suspicor institutione Genii mei boni gratia DEI mihi adsistentis) me plus intellexisse, quàm antea spatio anni totius. Spiritus enim, Vbi & Quando vult,

spirat. Omnem superat rationem humanam, quod Dona DEI humilibus & obedientibus (captiuato intellectu, verss. 307.) per Spiritum SAPIENTIÆ conferantur; detrahantur & abscondantur argutis atque subtilibus mundanis immundis. *Es ist ja wahr, es verdriesse auch welchen es wölle.* Haurit aquam cribro, qui sinè SPIRITVS SAPIENTIÆ reseratione (mediata vel immediata, verss. 32, 74. & seqq. 187.) vult discere ex libro. Liber est index duntaxat ostendens, pro quibus fundendæ sint nobis préces ad IEHOVAM, vt (iuxta liberrimam suam voluntatem) reuelet mysteria, communicet Naturæ arcana, doceat secreta, inspiret veritatem OMNEM. Manet igitur firmum ac ratum hoc, verss. 167. positum, 65. repetitum, *quod Philosophia sit spiraculum* DEI, *& illustratio Diuina:* Quia DOMINVS dat SAPIENTIAM. Quapropter nemo vnquam (quod etiam Cicero obseruauit & annotauit lib. 2. de Nat. Deorum) vir Magnus, sinè afflatu Diuino. Felix igitur, terque quaterque felix, qui IEHOVAM habet à consiliis, quemadmodum est in Oratorio nostro: is hauriet voluntatem, hoc est, benè velle, nosse, posse & esse in omnibus actionibus atque laboribus suis, à DOMINO. verss. 329. Precor (cum Iohanne Chrysostomo) ardenter, & ex imo pectore, vt misericors & benignus DEVS exaudiat preces & gemitus meos, aperiat aures cordis, & obsignet in me fidem, det mentem mysteriorum diuinorum capacem, sobriam ratiocinationem, & vitam plenam officiorum & virtutis, mihi, & omnibus veræ Sapientiæ studiosis sectatoribus, vt semper cogitemus, meditemur & curemus ea, quæ DEI sunt, & nobis in omni vita salutaria, Amen, dicat omnis Sapientiæ amans, Amen. SPIRITVS SAPIENT.] Hhochmaél, verss. 52. & 106. Qui Mirabilis, & verè Diuinus. Nam creat, Iob. 33, 4. Spiritus DOMINI fecit me. Psal. 104, 30. *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur.* Sustinet, vegetat, viuificat & perficit omnia vbiq; diffusus, Psal. 138, 7. Rom. 8, 11, 1. Cor. 2, 4. Sap. 1, 7. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. IOVIS OMNIA PLENA. verss. 154. Sapientiam & loquendi facultatem largitur, Matth. 10, 20. Hinc Cyprianus: *Non difficile est* DEO, *confessori suo inspirare constantiam & loquendi fiduciam, qui, in Numeris, aduersus Bileam etiam asinam loqui fecit.* Miracula facit, Rom. 15. In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti. Inuestigat profunda DEI, 1. Corinth. 2, 10. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda* DEI. Bona distribuit, 1. Corinth. 12, 11. Vndè, omnium Bonorum atque Donorum distributor cum sit benignus, apud hunc vnum & solum quæramus ea, non apud spiritum malignum. verss. 185, 205, 251. & 298. Phy sit diabolo, Amen. Filios DEI facit, Rom. 8, 14. Quicunque spiritu DEI aguntur, ii sunt filii DEI. Sanctificat, Rom. 1, 4. Ecclesiam regit ac ministros designat, Actor. 13, 4. Esa. 48, 16. DOMINVS DEVS misit me, & Spiritus eius. Gratiam & pacem largitur, Apocal. 1, 4. Iustificat, 1. Cor. 6, 11. Iustificationes in nomine DOMINI nostri IHSVH CHRISTI, & in Spiritu DEI nostri. Liberos facit, 2. Corinth. 3, 17. Vbi Spiritus DOMINI, ibi libertas. Regenerat, Mouet corda ad bona opera & inuocationem. Hinc & Spiritus precum dicitur, Zach. 12, 10. Eduxit populum ex Ægypto, Esa. 63, 13 & 14. Spiritus DOMINI duxit eum quasi iumentum. Remittit peccata, Iohan. 20, 23. *Accipite Spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis,* quasi dicat, Spiri-

tus remit-

tus remittet, non vos. Reuelat mysteria. Iohan. 16, 13. Vndè omnis sanctæ reuelationis ac visionis est & dicitur auctor; abscōditarumque rerum magister. Fidem largitur, 1. Corinth. 6, 11. Pios motus excitat, Rom. 8, 26. Docet fideles, Iohan. 16, 13. SVMMA: Virtute & assistentia SPIRITVS huius poteris OMNIA. Seruias tu ei Theo-Sophicè; & IPSE præerit tibi tuisque Catholicè: in ORATORIO & LABORATORIO. SPIRITVS SAPIENTIÆ cur Multiplex aut Multiformis dicatur, vers. 49. & 134. ex iam dictis satis superque probari potest. Quare Paulus 1. Corinth. 12, 4. &c. *Diuisiones*, inquit, *Gratiarum sunt, idem autem Spiritus*. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem DOMINVS. Et diuisiones operationum sunt, idem verò DEVS, qui operatur OMNIA in OMNIBVS. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo Sapientiæ: alii autem sermo Scientiæ, secundum eundem Spiritum: alteri Fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum, in vno Spiritu, alii operatio virtutum, alii Prophetia, alii discretio Spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Et 1. Corinth. 7, 7. *Vnusquisque proprium donum habet ex* DEO: *alius quidem sic alius verò sic: Sit Nomen* IEHOVÆ *benedictū in secula seculorum, Amen.* Addo: Hic DEI SPIRITVS sapientibus tripliciter FAMILIARIS. 1. Diuinitus, immediatè; Influentiâ, Lumine & Motu: Mediatè, Biblicè, necnon in catene humana assumpta. 2. Macro-Cosmicè Naturâ (quæ RVACHELOHIM, Gen. 1. aut Anima Mundi) Catholicè, hoc est, vniuersali virtute ac operatione, in Lapide Philosophorum; Particulariter, in singulis Creaturis, tam spiritualibus quàm corporalibus, & quæ ex hisce sunt, per totum vniuersum creatum, 3. Micro-Cosmicè, in Homine, & quidem σωματικῶς, hoc est, corporaliter, siuè inconcreto, in corpore ac Spiritu, ratione Essentiæ quintæ, simpliciter, Animâ siue mente, quæ particula auræ Diuinæ. Accuratè perlustra Amphitheatrum hoc totum, reperies (more Philosophico) de hisce plura hinc inde. Phy diabolo, cum sua familiaritate perniciosissima fœdissimaque. Iterum Phy. In DEO viuimus, mouemur & sumus, vt docet Paulus ex Arato, Actor. 17, v. 28. cuius & genus sumus: non igitur profanemus Templa DEI, quæ CHRISTVS sanguine suo sibi consecrauit, sed Spiritus DEI habitet in nobis. 1. Corinth. 3, 16.

| | | |
|---|---|---|
| 224 Et ☞ præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione Illius. | Ve. S8. | *Sceptris ac solus illam anteposui, præ eaque diuitias pro nihilo æstimaui.* 224 |

Quantopere aboran dum pro Sapientia. Iob. 28, 18

*Præposui illam Regnis*, &c.] Vide versſ. 45, 317, 318. & 327. SAPIENTIA vera rebus atque negotiis mundanis iure est anteponenda; quippe quæ vna sola Naturæ secreta pandat; thesauros largiatur inexhaustos: Angelis societ beatis; DEO coniungat, veréque felices efficiat atque beatos. Dat OMNIA: Bonis bona; malis (quia digni) mala.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 225 | Nec verò ei Lapidem pretiosum comparaui, quoniam aurum cum ea collatum arena pauca: & lutum æstimabitur argentum, cum illa comparatum. | Vers. 9. | *Nec comparaui illi ☞ lapidem pretiosum: quoniam omne aurum, in comparatione Illius, arena est exigua, & tanquam ☞ lutum æstimabitur argentum in conspectu Illius.* | 225 |

*Lapidem pretiosum*] Posset hîc aliquis non ineptè suspicari, Sapientem nostrum loqui de Lapide Philm. propterea quod sequitur coniunctio causalis, *Quoniam omne aurum*, &c. Cuius Lapidis ritè applicati virtus inter alias multas quoque est, transmutare metalla inferiora in superiora, hoc est, Argentum & Aurum. *Lutum*] Propriè: quid enim (sublato hominum errore) aliud est argentum, quàm limus, ex terra & aqua, albus: & aurum, ex aqua & terra ruber; congelatus fixusque redditus. Sapiens sapientis dictum hoc: Odit virtutis indolem, odit honestas artes, quisquis admirator est auri.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 226 | Supra sanitatem ac formæ pulchritudinem dilexi illam: atque ea malui quàm luce frui, vt cuius splendor non possit supprimi. | Vers. 10. | *Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui ☞ pro* LVCE *habere illam: quoniam inextinguibile est* LVMEN *illius.* | 226 |

*Pro luce habere illam*, &c.] Est enim Lux lucens in tenebris, veniens in Mundum, quam mundus non cognouit, Iohan. 1. Sapit cum Sapiente, qui pro luce proponit habere illam: Vndè Syrach cap. vltimo: Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. Sis oro Hhochmaél, SAPIENTIA DEI lux & lucerna menti, manibus ac pedibus meis; in Oratorio vtroque, (Micto ac Macro-Cosmico) & Laboratorio, meis. Tu ô lux gentium, lumen cordium, radio illuminationis tuæ dignare illustrare cor meũ, tenebras abigere ignorantiarum mentis meæ; disponere actiones atque labotes meos, influere iis benedictionem felicis successus, atque in omnibus ostendere mihi & impertiri veritatem, Amen. Vide vers. 78.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 227 | ☞ Facilè (equidem) videtur ab his, ☞ qui diligunt Eã, & ☞ inuenitur ab his, ☞ qui quærunt illam. | Sap. 6. Vers. 13. | *Facilè perspicitur ab iis qui eam diligunt, & inuenitur ab illis, qui illam quærunt.* | 227 |

*Facilè videtur*, &c.] O Visionem beatissimam, imò DEI-ficam, hanc, videre SAPIENTIAM in Libro SSæ Scripturæ; in Natura; mentaliter in semetipso! Quid iucundius? quid beatius? Non tamen hoc nisi mundis corde contingit. Soli Diis geniti potuêre. Vide vers. 52, 195, 218. *Qui di-*

*ligunt*

*ligunt eam*] Nam DEVS currentem trahit. Vide verff. 145, 160. *Inuenitur*] Ideo Solomon Ecclef. 7, 25. ingemifcens ait: Alta profunditas, feu, profunda, profunda, (ita enim Hebraicè legitur) quis inueniet eam? quasi diceret, ô quàm difficile eft inuenire SAPIENTIAM, inter tot ac tantas ftultitias mundi huius immundi, à veritatis viæ linea recta, feducentes. Inuenitur SAPIENTIA: quia Diuinitus magis illabitur, quàm quòd humanitus, (hoc eft, humana prudentia, ratiocinatione, phantafia, aut fpeculatione) acquiratur. DOMINVS dat SAPIENTIAM, Prou. 2, 6. &c, *Beati qui inueniunt eam*, Prou. 3, 13. Paucorum eft igitur inuenire illam. Quorumnam, dic quæfo? Sequitur Sapiens fapientis refponfum. *Qui quærunt illam*] Quomodo? In Timore DEI ieiunantes Orando, Theo-Sophicè viuendo, fapienterque Laborando, fecundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius. Inuenitur ab his qui manè vigilant ad eam, verf. 160. & qui non tentant eam, verf. 216. DEVS enim OMNIA (vt habet Prouerbium) vendit laboribus. Manus Theo-Sophicè admouentes, Dii (Elohim) adiuuant, verf. 92. cum aliquot [illegible]quentibus. Nec tamen fuper nos noftris meritis aut noftra fanctitate, fed DONO DEI Mifericordis corufcat tam venerandi Numinis & Luminis fplendor. Huc refer caput Iefu Syrach vltimum totum, quod tibi de meliori nota commendo.

| | | |
|---|---|---|
| 228 Anteuertens fuis ftudiofis fe offert cognofcendam. | Verf. 14. | ☞ *Præoccupat qui fe concupifcunt, vt illis fe prior oftendat.* 228 |

*Præoccupat*, &c.] Huius explicationem vide fupra, verf. 144.

| | | |
|---|---|---|
| 229 ☞ Qui de LVCE vigilauerit ad illam non laborabit, ☞ affidentem enim Illam foribus fuis inueniet. | Verf. 15. | *Qui manè furrexerit ad illam, non laborabit: affidentem enim fuis foribus eam inueniet.* 229 |

*Qui de luce vigilauerit*] Vt eft verff. 96. & 170. & alibi paffim in Prologo hoc annotatum. *Affidentem foribus*, &c.] Quibusnam? Senfuum tuorum, Rationis, Intellectus ac Mentis. Præfto eft enim Mediatè & immediatè omnibus, qui optant ac ftudent eam audire, videre, obferuare loquentem atque docentem, in Libris SS* Scripturæ, Naturæ & femetipfis, lege Amphitheatri huius. Vtinam omnes fapientiam fibi affidentem, feque eis offerentem fentirent ac noffent, ô quàm benè effet eis!

| | | |
|---|---|---|
| 230 ☞ Cogitare ergo de illa, fenfus eft confummatus: & qui vigilauerit propter illã, citò fecurus erit. | Verf. 16. | *Nam de illa fufcepta cogitatio, prudentiæ eft perfectio: & qui propter eam vigilauerit, continuò fecurus erit.* 230 |

*Cogitare de illa*, &c.] Vide verff. 18. & 142. Quemadmodum qui coniu-

gium inire volunt, à colloquio amico initium faciunt: ita qui sapientiæ Æternæ coniugium ambiunt, pias, sanctas, pulcherrimas, amabilissimas de ea suscipiunt cogitationes, & ante oculos mentis proponunt sibi imaginem illam sapientiæ formosissimam, qualem sapientissimus Regum, in prioribus Prouerbiorum capitibus depingit, & in lib. Sap. 7. Hæ cogitationes de sapientiæ plenitudine susceptæ, sunt vinculum & copula, virtute magnetica cælesti prædita: sunt seminaria alloquiorum & soliloquiorum Diuinæ Sapientiæ: vsque adeo enim blanda, familiaris & humana est vera sapientia, vt nunquam sinè suauissimo responso amatorem dimittat: sed voce interna, occulta, intellectuali & mentali respondeat; interdum etiam osculo iucunditatis, & motu diuinissimo, vt est Cant. 1. vers. 1. osculetur me osculo oris sui: nam fructus eius dulcis gutturi meo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 231 Quia se dignos ipsa quærit circumeundo, atque in viis beneuolè se illis ostendit, in omnique cogitatione eis occurrit. | Vers. 17. | ☞ *Quoniam dignos* SE, *Ipsa circuit quærens, & in viis ostendet* SE *illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis.* 231 | |

*Quoniam dignos se*, &c.] Huius explicationem vide supra vers. 145.

| | | |
|---|---|---|
| 232 Initium enim ipsius est verissima eruditionis cupiditas: cura verò eruditionis ☞ amor. | Vers. 18. | *Initium enim illius verissima est* ☞ DISCIPLINÆ *concupiscentia.* 232 |

DISCIPLINÆ *concupiscentia.*] Qui enim diligit disciplinam, hoc est, admonitionem, correctionem, repræhensionem, & dehortationem à via mala, à vita vitiosa, diligit scientiam; qui autem odit increpationes, insipiens est. Prou. 12, 1. Talis est quoque DISCIPLINA DEI, per tribulationem & crucem: quas ideo nobis Diuinitùs immittit ac permittit, vt vocent nos ad pœnitentiam: experimur in his consolationem Diuinam, ex qua videmus nos à IEHOVAH diligi, doceri atque defendi, *Dat vexatio intellectum.* Esa. 28, 19. Vnde Paulus: *Tribulatio patientiam efficit, patientia probationem*, id est, agnitionem DEI erga nos voluntatis. Non tentatus, pia rectè dixit Antiquitas, qualia scit? Exules Oratorio & Laboratorio nostro, tu qui respuis castigationem, annuntio tibi, quod nunquam euades in Christiano Cabalistam, Physico Magum, aut Physico Chemistam, manebis sophista. Crucem patienter ferens suam, baiulat & Christi; quo indutus, eundem imitatur: huic ianua aperitur virtutum, hic intromittitur ad REGNVM SAPIENTIÆ PERPETVVM: Disciplinam fugiens, excluditur. Ad augusta, per angusta. Oportet nos prius esse cum CHRISTO in Orco, antequam cum eo ascendimus in Cælum. *Amor.*] Non potest fieri coniunctio & copulatio, nisi interueniente amore, sanctoque

desiderio.

deſiderio. Nam qui meretricio amore ſunt imbuti, hoc eſt, mundano, & vano, indigni ſunt coniugio cæleſtis Sapientiæ. Crede mihi qui terrena volunt, cæleſtia nolunt. Et, quiſquis amat, fit dignus amari. Iſte verò ſanctus amor Sapientiæ eſt flammula Spiritus ſancti, incenſa precibus aſſiduis. Hac in cordibus noſtris micante, patefit aditus ad Sapientiam cæleſtem primus. Nam Sapientiam amaſſe, propè paraſſe eſt. Adeò fidelis eſt in amore Sapientia Diuina, vt ſanctum ſui amorem ferre nequeat, quin amantem redamet, & ſanctum amoris deſiderium impleat.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 233 | Amor autem obſeruatio legum ipſius: rurſum legum obſeruatio eſt immortalitatis conſeruatio. | Verſ. 19. | *Cura ergo* D I S C I P L I N Æ, *dilectio eſt: & dilectio cuſtodia* L E G V M *illius eſt: cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis eſt.* | 233 |

*Cura ergò* D I S C I P.] Hinc apparet, quæ, quales & quantæ ſint T I M O R I S D O M I N I Vtilitates fructuoſiſſimæ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 234 | Porrò immortalitas facit vt proximè ad D E V M accedamus. | Verſ. 20. | *Incorruptio autem facit proximum eſſe* D E O. | 234 |

*Incorruptio facit*, &c.] D E O, qui E N S æternum & immortale, Homo reiectione Binarii (verſ. 118.) regeneratus, fit proximus atque amicus, (verſ. 299.) iungitur atque vnitur; tam in vita hac, quàm futura. *Beati quippe mundo corde: quoniam ipſi* D E V M *videbunt.* Matth. 5, 8.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 235 | C O N C V P I S C E N T I A itaque S A P I E N T I Æ deducit ad R E G N V M P E R P E T V V M. | Verſ. 21. | *Sapientiæ igitur cupiditas ad regnum perducit.* | 235 |

*Ad* R E G N V M P E R P.] Hoc eſt, D E I. Quod (cuius initium in vita hac, complementum in futura) ſi primum quæſieritis, & Iuſtitiam eius, cætera O M N I A, hoc eſt, S A P I E N T I Æ theſauri immenſi & fructus infiniti, adiicientur vobis. Regnum hoc Sabbathum eſt Sabbathorum, Iobel vltimus, (de quibus ex Cabaliſtarum doctrina, nos in ſecunda Amphitheatri huius figura) & Terra viuentium, hoc eſt, immortalitas, quæ vita æterna; vbi dulciſſimis & ſuauiſſimis perfruamur gaudiis, videndo de facie ad faciem gloriam D E I, fruendove D E O ab æterno in æternum. Summa: Catholicè quære primùm Catholicon Triunum (vt docet Amphitheatrum hoc noſtrum) hoc eſt, Agnoſcere D E V M, cognoſcere Temetipſum, ſummumque in Natura & Arte bonum, hoc eſt, Lapidem Philoſophicum auſim affirmare, quod tunc, ſi Chriſtianè oraueris, ſapienterque (pro diuerſis diuerſimodè) Laboraueris, ſpecialia & particularia O M N I A, in ſcibili quouis, (ſi D E O placuerit, verſ. 1.) adiicientur tibi. Accipies Regnum decôris; & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam

dextra sua teget te, & in brachio sancto suo (ψ) defendet te. Sap. 5, 17. *Habitabis in adiutorio Altissimi, in protectione* D E I *cœli commoraberis*. Psalm. 91, 1 tegêris D E I manu, visurus mirabilia D E I. Sap. 19, 8. In omni tempore, & in omni loco D E V S A D S I S T E T tibi. Ibid. v. 20.

236 In hac domum meam ingressus conquiescam: nullam enim acerbitatẽ habet cõsuetudo ipsius, nec vllam molestiam eius conuictus, sed lætitiam & gaudium. (Vers. 18.) Circumeundo quærebam, vt eam apud me reciperem.

Sap. 8. Vers. 16.

☞ *Intrans (namque) in domum meam, conquiescam cum Illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium victus illius, sed ☞ lætitiam & gaudium. (Vers. 18.) ☞ Circuibam quærens, vt mihi Eam assumerem.* 236

*Intrans in domum meam*, &c.] Sic & Daniel ingressus est domum suam, Dan. 2, 17. & cap. 6, 10. Notandum: Omnia S A P I E N T I Æ adiumenta, aut sunt publica aut priuata; de publicis egit hactenus, nunc de priuatis: indicans priuatam delectationem, quam habet domi cum S A P I E N T I A, exercendo Meditationes suas & soliloquia, TheoSophicè in Oratorii domo, tam externi aut visibilis, quod Sacellum Monasticum, à Monade, h.e. Vnitate sic dictum, quàm interni ac inuisibilis, quod est cordis pœnitentialiter deputati, mentisque Diuinitùs illuminatæ. vers. 223. Intrans quoque in domum Laboratorii PhysicoChemici. Monemur hîc, quo pacto mẽs nostra, à terrenarum rerum contagio secreta, per arcanas contemplationes D E O penitus adhærescat, ita vt intra cubiculi sui penetralia super Cælestibus, Macro & MicroCosmicis deliciis: ChristianoCabalisticè, DiuinoMagicè, & PhysicoChemicè, perfruens, secretum meum mihi, secretum meum mihi cum Esaia 24, 16. ore ac corde (ouans) clamitàre possit. *Lætitiam & gaudium*] Gaudium internum, gaudium arcanum, gaudium solis iis cognitum, quibus contingit: quod denique cum Mundi gaudiis nec euanescit, nec aufertur, sed cumulatur in gaudium æternum. *Circuibam quærens*, &c.] Vbinam? in L E G E D O M I N I, Libro Naturæ & Memetipso. At quomodo, quæso? *Diligendo eam*. versſ. 18, 142, & 146. Timendo D E V M, vers. 210. vigilando ad fores eius, & obseruando ad postes ostii illius, vers. 48. Fidem habendo in illam, vers. 216. Concupiscendo eam, vers. 260. de Luce vigilando ad illam, vers. 229. Optando, inuocando, vers. 223. & 251. Proponendo mihi, pro luce habere illam, vers. 226. & adducere eam mihi ad conuiuendum, vers. 307. Idem, Idem Nobis facientibus, secundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, quoque aderit S A P I E N T I A vera. Quæramus modo TheoSophicè Hanc; præoccupabit qui eam concupiscunt. vers. 144.

Non temerè apud D E V M pronunciandũ.

237 Ne festines ore tuo, neque cor tuũ acceleret pro-

Ecclef. 5 Vers. 1.

☞ *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad pro-* 237

ferre

ferre verbum ante DEVM: quia DEVS est in Cælo & tu super Terram, iccircò sint verba tua pauca.

*ferendum sermonem corã DEO: DEVS enim in Cælo, & Tu super Terram; iccircò sint pauci sermones tui.*

*Ne temerè quid loquaris*] Alloquium puri intimi & sinceri cordis, scrutator cordium amat, vt est Psal.19,15. Et erunt, vt complaceant tibi Eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, Domine adiutor meus & redemptor meus. Nascatur igitur sermo tuus, quo DEVM alloqueris, in intimo corde, non in labiis: & satius est te suspiriis loqui cum DEO ex intimo corde profectis, quàm verbis temerariis. Suspiria enim piorum ex Spiritu sancto procedunt, quando ille in nobis gemit; verba, vt plurimum ex humana phantasia: & magnum est discrimen inter verba Spiritus & verba oris.

238 Quum voueris votum DEO, ne tardes reddere illud: quia non est beneplacitum DEO in stultis: quæ igitur voueris redde. Vers. 3.

*(Et) Si quid vouisti DEO, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcunque voueris redde.* 238 VOTVM. Deuter. 23. Vers. 21.

*Si quid vouisti* DEO, &c.] Loquitur Sapiens more Veteris Testamenti. Solebant enim pii in angustiis constituti, DEO Sacrificia εὐχαριστικὰ promittere. Sicut Hanna 1. Sam. 1. vers. 11. cum filium à DEO rogaret, vouet & promittit, se illum ipsum Domino redditurum: sicut & Iephthe. Iudic. 11, 30. Vouete & reddite Domino DEO vestro, inquit Psalmographus, Psal. 76, 12. Et, quod semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, Deut. 23. v. 23. Talia vota ex summo DEI amore, sanctissimo desiderio, & sincera animi gratitudine proficiscuntur: & reddenda sunt DEO sine cunctatione. Sic Patriarcha Iacob cũ in somnis vidisset scalam cælestem, euigilans vouet DEO, se in illo loco constructurũ Domum DEI, hoc est, se ibidem propagaturum agnitionem & verum cultum DEI: & doctrinam de Messiah. Gen. 28, 20. Nos in Nouo Testamento, vouimus DEO votum obœdientiæ filialis in Baptismo, & reddimus hoc votum DEO, in sanctitate & iustitia, fide, patientia, humilitate. Definimus igitur, votum Noui Testamenti sie: Votum est obligatio ad præstandos cultus primæ tabulæ, qui sunt Timor DEI, fides, dilectio, patientia, inuocatio, gratiarum actio, confessio, prædicatio Nominis Diuini. Hæc vota omninò ab omnibus Christianis DEO reddenda sunt. Specialia autem vota sunt, cum præter solitã erga pauperes liberalitatem, obligamus nos ad peculiare aliquod & singulare beneficium, quo aut honor DEI aut salus hominum promouetur: idque sine omni hypocrisi, nec temerè, sed ex intima & sincera animi gratitudine in hunc finem, vt acceptum à DEO beneficium, quod precibus impetrauimus, redundet quoque in proximum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 239 | Melius est vt non voueas, quam vt voueas, & non reddas. | Vers. 4. | *Multoque melius est non* VOVERE, *quàm post* VOTVM ☞ *promissa non reddere.* | 239 |

*Promissi non reddere*] Quo affectu vota sint facienda, in versu præcedenti dictum est. Iam hoc addo: si voueris DEO aliquid, siuè sit cultus primæ tabulæ, vt psal. 22. vers. 23. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Item Psal. 51, 15. docebo iniquos vias tuas: siuè sint opera Misericordiæ secundæ Tabulæ, ita vouendum & reddendum tanquam testimonium tuæ gratitudinis erga DEVM, & sigillum orationis tuæ, quo fidem & gratitudinem tuam DEO obstringis. Hoc si fregeris & fidem non seruaueris; næ DEVM ad retractandam suam erga te Beneficentiam & liberalitatem, & ad reposcenda sua bona, commouebis.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ecclef. 34. vers. 23. | 240 | Sacrificium impiorum est abominatio IEHOVÆ: ORATIO autem rectorum beneplacitum Eius. | Prou. 15. Vers. 8. | ☞ *Victimæ impiorum abominabiles* DOMINO: VOTA *iustorum placabilia.* | 240 |

*Victima impiorum abominab.*] Notatur hîc discrimen verorum & falsorum cultuum. Hypocritæ offerunt DEO externos suos cultus, verbi auditum, celebrationem festorum, sacramentorum vsum, preces prolixas, superbas & putatitias eleemosynas, sinè omni fide & integritate bonæ conscientiæ. Igitur omnia ipsorum opera coram DEO abominabilia: quia ex corde peruerso & non purificato proficiscuntur. Veri autem DEI cultores, qui ex fide sincera faciunt opera sua, vsque adeo in omnibus & minimis operibus DEO placent, vt haustus aquæ frigidæ, ex charitate porrectus, ingentis thesauri loco à DEO habeatur, & scrinio ac gazophylacio DEI reponatur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 241 | ☞ Eruditus in VERBO reperiet Bona: & qui SPERAT in DOMINO, beatus est. Prou. 28. vers. 25. ☞ Qui SPERAT in DOMINO sanabitur. | Prou. 16 Vers. 20. | *Intelligens rem, inueniet bonum & confidens in* IEHOVA, *beatus est. Prou. 28. vers. 25. Qui fidit* IEHOVÆ, *impinguabitur.* | 241 |

*Eruditus in* VERBO] Scilicet Doctrina Sapientiæ, quomodo per Timorem DEI inuestiganda: quomodo precibus assiduis comparanda: quomodo Amore & desiderio copulanda & vnienda. O præclara doctrina, & verbum Sanctum, plenum beatitudine, plenum pinguedine & adipe omnium bonorum temporalium & æternorum. *Qui sperat in Domino*] Huius spei fructus est perpetua felicitas, Psal. 146, 5. Beatus cuius DEVS Iacob adiutor eius, spes eius, in Domino DEO ipsius: qui fidem seruat in

æternum

æternum. Stultissimus & infelicissimus est, qui tumet fiducia propriæ sapientiæ, industriæ, donorum & opum: recedente enim Spiritu sapientiæ à rebus mortalibus, ruunt in interitum & fiunt pestes possidentium.

| | | |
|---|---|---|
| 242 Qui fiduciam suam in eo habent, veritatem intelligent: & fideles in charitate, in eo permanebunt: quoniam gratia & misericordia erga Sanctos eius, & ratio electorum eius habebitur. | Sap. 3. Vers. 9. | *Qui* CONFIDUNT *in illo*, ☞ *intelligent* VERITATEM: *& fideles in dilectione acquiescunt Illi: quoniam donum & pax est electis eius.* 242 |

*Intelligent* VERITATEM] Sic SAPIENTIA hæc incarnata, Iohan. 8. vers. 31. Si vos manseritis in sermone meo, verè Discipuli mei estis, & cognoscetis Veritatem. Veritatem, inquam, OMNEM; in Theo-Sophicis, Iuridicis, Physicis, Physico-Medicis, Physico-Chemicis, Physico-Magicis, Hyperphysico-Magicis & Christiano Cabalisticis; ex & in SS.ª Scriptura, Libro Naturæ, ac Temetipso, oleo Spiritus SAPIENTIÆ Diuinitus vnctо: Orando & Laborando. Ora DOMINUM, vt à DOMINO rorer desuper atque destillet in receptaculum Mentis tuæ, pœnitentialiter loræ atque mundatæ, guttulas SPIRITUS SOPHIÆ super-Cælestis: quo inebriatus, oblitus TUI, (hoc est, prudentiæ tuæ insipientis) sapienter sequaris ea, quæ IPSE suggerit tibi: Vt, eo adsistente tibi, maneas in veritate, & Veritas maneat in te. Nam sinè veritatis ductu æternæ, veritatem rerum Humanarum & Diuinarum nunquam gustabis, nec sapiens eris.

| | | |
|---|---|---|
| 243 ☞ Longè est DOMINUS ab impiis, & ORATIONES iustorum exaudiet. | Prou. 15. Vers. 29. | *Longinquus est* IEHOVAH *ab impiis: sed orationem iustorum exaudit.* 243 |

*Longè est* DOMINUS, &c.] Summa miseria est, DEI præsentia non frui: summa beatitudo, DEUM habere præsentem atque propitium. Impii frustrantur exauditione precum suarum, quo nihil est miserius & infelicius. Quemadmodum subditorum extremus est despectus & perditio, quando à facie Regis repelluntur cum suis supplicationibus: ita extremum est exitium à DEO non audiri. E conuerso summa est consolatio, quod Sapiens noster hîc cum Psalmo 155, 18. cantat: propè est DOMINUS omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

| | | |
|---|---|---|
| 244 Qui remouet aurem suã, ne audiat legem, etiam oratio Eius erit abominabilis. | Prou. 28 Vers. 9. | ☞ *Qui declinat aures suas, ne audiat* LEGEM, ☞ ORATIO *eius erit execrabilis.* 244 |

*Qui verò declinat*, &c.] Qui aures habet ad audiendum, audiat, quid dicat filiis hominum Spiritus VERITATIS; *declinet à malo, & faciat bonum*; Timeat DEVM, & operetur iustitiam; obtemperetque benè monenti, aliàs nihil impetrabit aut efficiet boni, siuè in ORATORIO siuè in LABORATORIO. Qui enim declinauerit aures suas, ne audiat SAPIENTIAM loquentem, docentem & admonentem in SS.ª SCRIPTVRA, Libro NATVRÆ, & SEMETIPSO. *Oratio eius*, &c.] Oratio quæ DEO acceptum debet esse sacrificium, proficiscatur ex corde pœnitente, contrito & humili; aliàs DEO est abominabilis. Si enim arbor displicet, quomodo fructus placere posset. Quin vita sancta immaculata, tota est apud DEVM oratio, sacrificium acceptabile, cultus DEO gratissimus. Opere ipso coram DEO loqui debes, non verbis: si secus, oratio nostra fit in peccatum, Psalmo 109, 7.

245 Qui tegit scelera sua, nunquã aget prosperè: qui verò confitetur, & derelinquit, misericordiam consequetur.

Vers. 13.

*Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit,* ☞ *& relinquit ea, MISERICORDIAM cõsequetur.* 245

*Et relinquit ea.*] Omninò necesse est, in conuersione, & veræ Sapientiæ inuestigatione, deponere delicta contra conscientiam, purificare cor, animam, spiritum, corpus: si debeat fieri vas Misericordiæ & Gratiæ DEI, habitaculum Spiritus sancti, Organum salutare DEI. LAVAMINI; mundi estote; procul este prophani; nemo pollutus introeat; nemo contaminatus ad montem DEI propinquet: sanctificate vos, cras videbitis gloriam Domini. Sic Esaias non sinè causa incipit suam prophetiam cap. 1, 16. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, & discite benefacere, tunc tandem venite ad me: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix & lana dealbabuntur. τὸ ὁλόκληρον ὑμῶν, ait Apostolus, τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ πνεῦμα ἅγια, 1. Thess. 5. vers. 23. & iterum, Rom. 12. vers. 1. *Obsecro vos per* DEI *misericordiam, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam*, DEO *placentem*, &c.

246 ☞ Misericordia & veritate redimitur iniquitas; & in TIMORE DOMINI declinatur à malo.

Prou. 16 Vers. 6.

*Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore IEHOVÆ receditur à malo.* 246

*Misericordiã & veritate*] Misericordia significat, cùm DEI misericordiam erga nos, tum alibi nostram, erga proximum, Charitatem. Estq; veritas hoc loco cor verax, de DEO rectè sentiens, veritatis laudem ei soli tribuens, quod iuxta promissiones suas nobis, in spiritu & veritate inuocantibus eum, ignoscat, adsit, opem ferat, secreta communicet; mysteria

reuelet: Bona & Dona largiatur innumera & infinita. Declinare à malo docet Solomon illos, qui riment DEVM; (timore filiali, qui ipsissimus amor, vers. 210.) qui credunt ei & in eum: qui ex corde diligunt proximum. Sis ergô misericors & verax erga proximum, vt Misericordia implearis ac veritate à DEO diuina.

| | | |
|---|---|---|
| 147 Nonne errant cogitantes malú? misericordia autem & veritas cogitâtibus bonum. | Prou. 14 Vers. 22. | *Errant (igitur)* ☞ *qui operantur malum,* MISERICORDIA *autem & VERITAS preparăt bona.* 147 |

*Qui operantur malum.*] Fructus non potest esse præstantior suo semine: Quicquid seminauerit homo, hoc etiam meret. Archelaus Rex Macedonicus, cùm tres legitimos hæredes interfecisset, & regnum inuasisset, tandem interfectus est ab adolescente, qui gladium ipsius epati infixit: ideò versus de eo factus est: Struens alteri malum, struit suo epari malum. Misericordia & veritas duæ sunt pedissequæ & comites fideles, omnibus qui pietatem & Timorem DEI colunt.

| | | |
|---|---|---|
| 148 ☞ Qui (*ergo*) sequitur IVSTITIAM & MISERICORDIAM, inueniet vitam, iustitiam & gloriam. | Prou. 21. Vers. 21. | *Qui sectatur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.* 148 |

*Qui sequitur iustitiam,* &c.] Qui seminat iustitiam, iustitiæ fructus metet; qui sunt, gloria, honor, felicitas, gaudium bonæ conscientiæ, & vita: Ex iniustitia verò & impietate, nihil nisi ignominia, infelicitas, morsus conscientiæ, & fœda mors nasci possunt. Id quod & Comicus Ethnicus scriptum reliquit: Virtus præmium est optimum; Virtus omnibus rebus anteit; profectò Virtus omnia in se habet bona.

| | | |
|---|---|---|
| 149 Puer autem eram ☞ ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. | Sap. 8. Vers. 19. | *Eram autem puer, eximia ingenii indole præditus, bonamque animam sortitus.* 149 |

*Ingeniosus,* &c.] Bonâ indole natus, siuè Naturâ non malâ præditus, & vocatione internâ ad SAPIENTIÆ studium vocatus, εὐφυία (quæ vox hoc loco legitur) naturalem significat ingenii animique bonitatem, quæ indoles à Latinis solet appellari. Non enim ex quouis ligno fit Mercurius, sed conueniente aptoque nato. Obœdientissimè sequatur, suadeo, qui sic Diuinitus vocatur, quò Fata trahunt, ne, repugnando ordinationi Diuinæ, excitet contra se furorem DOMINI Vide versf. 96. & 170.

| | | |
|---|---|---|
| 150 Imò verò cum essem bo- | Vers. 20. | *Et cum essem magis bonus,* 150 |

nus, in corpus introiui impollutum. | *☞ veni ad corpus incoinquinatum.*

*Veni ad corpus coinquinatum*] Studui Corporis, Spiritus ac Animæ puritati: quæ nos maximè facit familiares Angelis; & spiritus Sancti capaces. Etenim à nullo prorsus vitio sic resistit Spiritus ille *Hhochmael*, puritatis amator, vt impudicitiæ: nusquam æquè conquiescit ac delitiatur, vt in mentibus, lotione Theo-Sophica, virgineis. Est enim IPSE SAPIENTIÆ Spiritus incoinquinatus. vers. 134. Vide verss. 158. & 218. Manè vestiti faciem abluimus, ne quid sordidum hæreat: quantò maiore est cura abluendus animus, vt hunc amabilem & formosum offeramus DOMINO.

Sapientiæ, scire cuius donum sit SAPIENTIA.

Sapientia ergò vera precibus & votis assiduis cęlitus est accersitus.

251 Quum autem intellexissem, ☞ me non aliter eius compotem fore, quàm si DEVS eam daret, quod ipsum erat Prudentiæ, intelligere cuius hoc esset beneficium, adii DOMINVM eumq; oraui, ac dixi toto corde meo; | Vers. 21. *Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi DEVS det; & hoc ipsum ☞ erat Sapientia, scire cuius esset hoc donum: ☞ adii DOMINVM, ☞ & deprecatus sum Illum, ☞ & dixi ex totis præcordiis meis.* 251

*Menon aliter eius compotem fore*, &c.] Quòd non aliter potirer SAPIENTIA; quòd viis, mediis, modis aliis (cuiuscunque nominis) consequerer, adipiscerer aut possiderem eam nullis. Non ex libris Ethnicè philosophantium, nec Nigromanticorum coniuratoriis; non à diabolico spiritu familiari; nec humanitus, ingenii acumine, ratiocinatione supercilιosa, aut ab vllo aliquo homine mundana sapientia, insipiente turgente: sed apud vnicum DEVM OPT. MAX. qui solus (vt docet Amphitheatrum hoc totum) Theo-Sophicè, quando & cui vult, dat SAPIENTIAM; à quo omne donum perfectum, Iacob. 1. vers. 17. Notate hoc qui sinistrè quæritis Lapidem Philm. MOTVM PERPETVVM, cæterosq; SAPIENTIÆ veræ thesauros; & (toties moniti) resipiscite aliquando. Fraternè inseruiam filiis Doctrinæ Amphitheatro hoc meo: sit vicissim apud eos memoria mei semper in benedictione. *Erat SAPIENTIÆ, scire cuius*, &c.] Reuera SAPIENTIÆ est, scire vbinam quærenda SAPIENTIA, apud quem, quibus auxiliis, cur, qua methodo aut via: Quod tamen (DEI ductu) à nobis (absit vanè glorier) in Amphitheatro hoc nostro (rumpantur ilia Momis) Theo-Sophicè atque sufficienter est demonstratum. Sit nomen IEHOVÆ benedictum in seculorum secula, qui post longas innumeras, laboriosas sumptuosasque vanitatum & tædiorum ambages, ) vers. 187. ) à falsitatum & errorum tenebris tandem in portum me aliquantulum deduxit cognitionis DEI, Naturæ, Meique ipsius; normâ veritatis SS<sup></sup>æ Scripturæ, Libri Naturæ, & testimonii conscientiæ propriæ rectæ, secundum Corpus, Spiritum & Animam; in Oratorio, Theo-Sophicè Orando; in Laboratorio, sapienter Laborando: Diuinitus, Macro & Micro Co-

cro Coſmicè. Helleluiah, Halleluiah, Halleluiah. Phy diabolo, & ſquamis eius. Sapiens nihili facit mundum immundum. Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me, ô DOMINE; redde mihi lætitiam ſalutaris tui; & Spiritu Principali confirma me, Cabaliſticè, Magicè & Phyſicochemicè, vt ſemper videam lumen veritatis in lumine tuo, Pſal. 51, v. 13. *Adii* DOMINVM.] Non homines; non Pſeudophiloſophantium ſcholas, nec Spiritus malignos, quantumuis quaſi in Angelos lucis ſeſe transfigurantes, non diabolum vllum, *Aſtaroth, Berith, Floron*, (phy) *Mephoſtophilos, Barro, Remiſſes*, non ſorores fœtidæ Fœdæ fœdas; beſtias peſtilentiſſimas, eiuſdemque farinæ nequiſſimæ omninò omnes, non (per ſe & ſimpliciter) Creaturam vllam, ſiue corporea ea ſit, vel Spiritualis, ſed vnicum & ſolum ENS illud SPIRITVALE, ÆTERNVM, SAPIENTISSIMVM, OPTIMVM: POTENTISSIMVM, INFINITVM, IEHOVAM ELOHIM ZEBAOTH, Creatorem Spirituum, Cæli, Terræ, Maris, OMNIVM, quæcunque in ſe continet Vniuerſum creatum. Huius SPIRITVS vnici atque ſolius ab initio Mundi FVIT, nunc & ſemper EST ac ERIT dare SAPIENTIAM, nullius alterius; niſi ſub modo delegatæ à PRIMO adminiſtrationis. Gloriam enim ſuam alteri non dat IPSE, Eſai. 42, 8. quia Fortis, Zelotes: non poteſt ferre parem. *Et deprecatus ſum illum*] Conuênit DOMINVM Theoſophiæ amator ſtudioſiſſimus: DEVM, inquam, Altiſſimum, totius Vniuerſi Creatorem Omnipotentem acceſſit vnicum & ſolum, alium neminem. At quomodo, dices, quâ methodo, quâ viâ? Orando; non nigromanticè, hoc eſt, diabolicè & ſuperſtitiosè conſecrando, exorciſando, ad aut coniurando, vt pſeudocabaliſtæ faciunt. Oratio in Spiritu ac Veritate ſufficiebat ſola. Abeat in malam rem, cum ſuo magiſtro, diſcipulis, totaque ſchola peſtilentiſſima, Nigromantia: cuius abolitionem extirpatoriam veræque Mageiæ miſerrimæ deformatæ reformationem ac inſtaurationem duratoriam, Amphitheatri huius figura quarta poſui ChriſtianoCabaliſticam; quam accuratè contemplare. Nota: SPIRITVM quidem optat, citat, vocat adſiſtentiæ atque familiarem SAPIENTIÆ veræ ſtudioſus: ſed quem aut qualem? Reuera haud alium, quam Hhochmahél, hoc eſt, SAPIENTIÆ DEI IEHOVÆ ipſius verſ. 223. Tu fili, fac ſimiliter, & ſapiens eris, vide verſſ. 28. & 106. *Et dixi ex præcordiis meis*] Non ſuperficialiter, non tranſcurſoriè aut oſcitanter, (ore ſolo, corde longè remoto, vt ſolet blaterare mundus immundus) verum in Spiritu ac Veritate (totus, hoc eſt, Corpore, Spiritu & Anima reformatus ad exemplar Archetypi; ſermone ac vita eum repræſentans) corde toto, mente eleuata ac ſublimata in DEVM, aliud nihil cogitans, præter DEVM & SAPIENTIAM eius. Modum hîc & ritum obſerua Theoſophicum Orandi, Sapienti noſtro aliiſque ſui ſimilibus (vt poſſum probare ex ſacris) in magnis & arduis vſitatum; quo in IHSVH CHRISTO crucifigendo, & crucifixo non fruſtra adoriebatur IEHOVAM pia vetuſtas: is innoteſcet tibi, ſi acutè intueberis & picturas & ſcripturas figurarum Amphitheatri huius primæ, ſecundæ & quartæ. CLAVE hîc opus eſſet ſecretiſſima. Dicam tamen quid: cap. 19. & 20. lib. 3. de verbo Mirifico doctiſſimi Capnionis mente contemplare Theoſophicè purgata, te non pœnitebit. Noluit vir pius & doctus (ob deriſorum & ſtultorum le-

uitates) arcana velamenta & secretissima symbola in auram spargere, sed magis doctrinæ filiis in aurem insusurrare. Sunt certè adumbratæ superorum imagines, signa, notæ ac symbola, quibus mouemur ad cogitandum desuper Cælestib. & Spiritualibus substantiis, virtutibus & operationibus quodam tramite abstractionis, vel assimilationis via, vel alia quadam ratione ac modis, nobis carne indutis, possibili. Sufficiant hæc Sapienti.

**ORATIO Salomonis pro Sapientia habenda à DEO.**

| | | |
|---|---|---|
| 252 DEVS Patrum meorum, & ☞ DOMINE Misericordiæ, qui fecisti OMNIA VERBO tuo, | Sap. 9. Vers. 1. | *DEVS Patrum ac DOMINE Misericordiæ, qui omnia creasti verbo tuo,* 252 |

DOMINE *Misericordiæ.*] DEVM Misericordiæ implorat Misericordia egens; Iustitia, Iustum; Potentia, Omnipotentem. Vos igitur, quibus est ea sollicitudo, ea cura, & qui mirabilium conficiendorum auidi estis, oculis & animo perlustrate NOMINA DEI, sig. Amphitheatri huius prima à me annotata, (possunt ex Sacris colligi plura) eligiteque ex hoc conuentu, de tali exercitu, ex hac fermè Nominum Sacrorum legione, quo sit potissimum in eiuscemodi operationibus, quibus operam datis, piè vtendum: Theo-Sophicè enim potest illa Diuinitatis symbola Cælestium ingens chorus sequi. Quia nullus Deorum ausit, iuxta Homeri versus, in suis sedibus permanere, moto IOVE. Diuina Nomina, quanquam Hebraica, & propterea nonnullis parum cognita, tamen multum prodesse, credendum est, à quibus simplici & sincera fide puroque affectu vel dicuntur vel audiuntur: Angelosque qui adsunt atque intelligunt, ad opem ferendam iis inuitari. Vide vers. 174. Plura de hisce (DEO annuente) loco etiam suo.

| | | |
|---|---|---|
| 253 Atq; hominem tua Sapientia effecisti, vt rebus abs te conditis dominaretur, | Vers. 2. | *Et SAPIENTIA tua constituisti hominem,* ☞ *vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est.* 253 |

*Vt dominaretur creaturæ*, &c.] Etiam Elementis, vt rectè & Physicè loquuntur Chemici. Ita enim fieri oportuit, vt qui ad DEI imaginem (in iustitia & sanctitate vera, Ephes. 4, 24.) & similitudinem (vnus, personâ; trinus, Essentiis, Corpore, Spiritu, Anima, tribus distinctis) Homo formatus, multi potentia dominationis suæ repræsentaret Archetypum Omnipotentem.

| | | |
|---|---|---|
| 254 Et administraret Mundū in Sanctitate ac Iustitia, rectitudineque cordis Iudicium exerceret. | Vers. 3. | ☞ *Vt disponat orbem Terrarum in Æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet.* 254 |

*Vt disponat*

*Vt dissonat orbem terrar.* ] Non tantum iuxta Legem DECALOGI scriptam, verùm quoque Conscientiæ (quæ scintilla Iustitiæ Diuinæ) hominis Diuinitùs inditam, ab ELOHIM conditore Iusto. Testimonium Imaginis DEI.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 255 Da mihi ☞ sedium tuarum assistricem SAPIENTIAM, & noli me reprobare ☞ à pueris tuis: | Verſ. 4. | *Da mihi assidentem thronis tuis SAPIENTIAM, & ne me numero seruorum tuorum summoueas:* | 255 | 3. Reg. 3. Verſ. 9. |

*Sedium tuarum assistricem* SAP.] Si quis habet laboribus suis adsistentem sedium DEI assistricem SAPIENTIAM, quomodo, quæso, poterit is errare? Est autem sedes IEHOVÆ ab æterno, quare & solii gloriæ eius assistrix, hoc est, SAPIENTIA, (de qua in Prologo hoc Sapiens noster) æterna: aliâs, (vt redundatur, sic loqui cogor) DEVS, quem (diabole) non negas æternum, ab æterno fuisset insipiens, stultus, & malè sanus. Si hoc, quomodo potuit insipiens aliquando creare SAPIENTIAM? Increpet te IEHOVAH, qui ansam præbes hæc cogitandi, ne dum loquendi. *A pueris tuis*] Cupit numerari inter DEI pueros, Regis filius; seruos, SAPIENTIÆ amans; ministros, Rex, vt in omnibus sapienter seruiat DEO: quare & SPIRITVM postulat SAPIENTIÆ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 256 Quoniã seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & ☞ minor ad intellectũ iudicii & Legum. | Verſ. 5. | *Quoniam ego seruus tuus sum, ac filius ancillæ tuæ, homo imbecillus, ac vitæ breuis, & minor quàm vt iudicium ac Leges possim intelligere.* | 256 | Psalm. 115. Verſ. 16 |

*Minor ad intellectum*, &c.] Omnis homo stultus, nisi SAPIENTIA præsit ei. Omnis homo mendax, nisi veritas Diuina illustret ac regat eum: quantumuis etiam magnus coram mundo immundo. Cura, vt IEHOVAH tibi à consiliis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 257 Nam etiam si quis fuerit perfectus inter filios hominum, tamen si Sapientia absit tua, nihili æstimabitur. | Verſ. 6. | ☞ *Et si quis consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit SAPIENTIA tua, in nihil computabitur.* | 257 |

*Et si quis erit consummatus*, &c.] Quasi dicat: quamuis sit aliquis (siuè in aula siuè in caula natus) mundana sapientia summè præditus, vulpecula aulica astuta & fallax, aut sophista fallacibus contentiosisque conclusiunculis, sciens & contra conscientiam ludens; attamen stultus & nullus esset, imò σκύβαλον, in conspectu DEI; cum absit ab eo SAPIENTIA DOMINI. Vide quæ supra de muliere extranea & aliena.

1 Paral 28,5. 2. Paral.1,9.

258 Tu me elegisti regem populi tui, & iudicem filiorum tuorum, ac filiarum.

Vers. 7.

☞ *Tu elegisti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum.* 258

*Tu elegisti me Regem*,&c.] Ad imitationē Orationis huius, quiuis THEOSOPHIÆ amans & studiosus, mutatis tamen (pro vocationis vniuscuiusque diuersitate) mutandis, formare quoque potest ac debet suas precationes: V.g. Tu, DOMINE, constituisti me Theologum, Iureconsultum, Medicum, Physicum, Gubernatorem, Scholasticum, Mechanicum, &c. & iussisti me ædificare Ecclesiam tuam; docere iusta; sanare ægrotos; percontari Naturæ librum: ius & iustitiam administrare; informare iuuentutem; præparare hoc vel illud, &c. da mihi SAPIENTIAM, vt, &c.

259 Et dixisti me ædificare Tēplū ☞ in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ad similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.

Vers. 8.

*Iussisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in vrbe habitationis tuæ altare instar tabernaculi sancti, quod præparasti ab initio.* 259

*In monte sancto tuo*] Olim non sine mysterio in monte, nunc in Spiritu vult adorari Pater Spirituum. Sursum corda, in TE vt habeamus, benignè largite nobis ô DOMINE: vtque per VERBVM tuum Biblicè, Macro & MicroCosmicè scriptum, tanquam per scalam Iacob ad & in te mentaliter ascendere queamus. Amen.

Prou. 8, 22. Ioh.1,3.

260 Et tecū SAPIENTIA tua, ☞ quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum fingeres, & sciebat ☞ quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis.

Vers. 9.

*At tecum est Sapientia, quæ tua nouit opera, quæque tunc affuit cum Mundum efficeres, quæ scit quid in oculis tuis gratum sit, ac rectum in præceptis tuis.* 260

*Quæ nouit opera tua*] OMNIA enim per VERBVM (SAPIENTISSIMVM, versſ.156. & 162.) facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Iohan.1,3. Nota: Cum cuiuis artifici sit credendum in sua arte; OMNIA autem per SAPIENTIAM facta sint: Quapropter eam pro præceptrice in OMNI scibili bono, tibi eligito; huius vnius ac solius DOCTRINÆ fidem adhibeto. Hæc, Lege & Doctrina Amphitheatri huius, te deducet in veritatem PhysicoChemicam, Magicam, Cabalisticam, OMNEM. *Quid esset placitum*] Cur non? Est enim SAPIENTIA PATRIS, sedium eiusdem assistrix, & consiliaria Æterni ab æterno.

| | | |
|---|---|---|
| Hanc demitte è sanctis Cælis, atque à solio gloriæ tuæ eam mitte, vt præsens mecum laboret, atque intelligam quid acceptum sit apud te. | Vers. 10 | *Mitte illam de Cælis sanctis tuis, & à sede Magnitudinis tuæ, vt mecum* SIT *& mecum* LABORET, *vt sciam quid acceptum sit apud* TE. |

*Mitte illam.*] Dat & mittit SAPIENTIAM DEVS; non homo, aut liber (humanitus) vllus: inuenitur apud DEVM, non homines, vel creaturam aliam vllam. verss. 167. & 187. Influentia, Lumine & Motu Solis Diuini nobis communicatur. Clamemus igitur ex toto corde omnes: Rorate Cæli Diuini desuper, & nubes SAPIENTISSIMI pluant SAPIENTIAM: aperiatur terra Mentis meæ, & germinet hominem nouum; qui reformatus ad exemplar Archetypi viuat in æternum.

*De Cælis sanctis tuis.*] MOSEH, Veracissimus totius Naturæ historicus: à solo enim VERACE, influentiâ, lumine & motu SOLIS VERITATIS ductus & dictus, inquit Gen. 1, 1. *In principio creauit* ELOHIM CÆLVM. HOC, à Natura & substantia sua, Hebraicè appellationem propriè habet SCHAMAIM, quasi ESCH VA MAIM; IGNIS & AQVA; Ignis Aqueus vel Aqua ignea: Græcè AIΘHP, quasi αἴθηρ, ex αἴθω, ardeo & ἀήρ, spiritus; SPIRITVS ARDENS: Ein Geistfewriges wasser, Ein wasseriger fewriger Geist; Ein fewriges Geistwasser; LATEX ÆTHEREVS: quicquid Aristoteles ineptissimè reprehendens alios, vt suas de mundi æternitate stabiliret falsitates, contra garriat. HOC in totum VNIVERSVM Mundanum tripliciter distribuit ELOHIM.

Primò, INFERIVS, indidit TERRÆ & AQVÆ, vt ibi esset non tantùm sedes & vehiculū ANIMÆ Mundi, verum quoq; MEDIVM coniungens & VINCVLVM copulans atque vniens duo extrema, quæ sunt, MATERIA prima, & FORMA, hoc est, HYLE nec non ANIMA MVNDI, NATVRA, RVACH ELOHIM: vt latius videre est verss. 162. & 187. & figuræ Amphitheatri huius tertiæ Quæstionibus 5. & 6. Totus globus inferior plenus est SCHAMAIM, Cælo, Spiritu Ætheteo. omnia enim corpora penetrauit massæ sublunaris, voluntate DEI diffusum per & in OMNIA; nec quicquam (Experientia teste) reperitur in toto orbe Terrarum ambituque Oceani totius, quod eius scintilla careat. Mixtum hîc habitat, reperitur atque versatur cum Elementis fructibusque eorundem; coagulatum & congelatum, in nonnullis etiam fixum. HOC, Ignis Gigas Naturæ iudicans singula, à vinculis coagulationum fixationumque Physico-Chemicè relaxat atque resoluit in SPIRITVM ad spectabilem sensibusque obuium omnibus; separando, à superfluitatibus ei admixtis, depurat, & primordiali sic restituit libertati. HOC, CÆLVM INFERIVS, PRIMVM: cuius scintilla *Alcool vini*, quod Spiritus, Aqua & Ignis. Ex re omni, quam dare potes, Laboratoria Physico Chemicorum manifestant & exhibent SCHAMAIM siuè CÆLVM, artificio Physicosophistis haudquaquàm cognito. Frenum, sophista, qui legis vel audis hæc, linguæ inicito tuæ petulanti, & Physico Chemicè (priusquam repræhendas quid, studete memento; ne (quod

non est Sapientis) dicas aliquando, *non putaram*. Non pudeat te carbonum. Necenim DEVM IPSVM pudebit Ignis, tempore vltimi iudicii; in quo Cæli magno impetu transient, Elementa verò calore soluentur, Terra autem, & quæ in illa sunt opera, exurentur. 2. Pet.3,10. MVNDVS PHYSICO-CHEMICE hodie IVDICATVR à philosophis, & THEOSOPHICE IVDICABITVR IGNE die vltimo, à DEO IPSO.

Secundò, SVPERIVS, non mixtum Elementis eorundemque superfluitatibus, sed per & in se (animatum tamen NATVRA) congelauit, solidauit, corpus durum ac solidum constituit atque effecit, hoc est, firmauit. Nam VERBO DOMINI CÆLI firmati sunt, & SPIRITV oris eius (*Ruach Elohim*, Emanatione Diuina, vers. 137.) omnis virtus eorum; Psal. 33, 6. Spiritus eius ornauit Cælos, Iob. 26, 13. Dixit enim DEVS, Gen. 1, 6. Fiat RACHIA (hoc est, extensio siuè expansio solida, firma & compacta;) Vndè Latini FIRMAMENTVM, Germani eine Veste rectè dixerunt: nam quouis ære & adamante est durior & durabilior; Cæli solidissimi, quasi ære, fusi sunt, Iob. 37, 18. quare nec Lucis aut ignis sui calore, nec motus pernicitate imminutionem patitur, nedum, antè diem nouissimum DOMINI, consumatur. Extendit IEHOVAH Cælos solus, Esa. 44, 24. & 45. 12. *Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum*. Es. 40, 22. Propriè Esaias 34, 4. Et tabescet, inquiens, omnis militia (ornatus) Cælorum, & COMPLICABVNTVR, werden zusammen gerollet / sicut LIBER, hoc est, cortex interior ligno adhærens, CELI: & omnis militia eorum defluet, (sicut defluit folium de vinea & de ficu) in medio aquarum, (quoddam interstitium & discrimen inter aquas) & diuidat aquas ab aquis. Et fecit DEVS Firmamentum, (vt sit tanquam firmissima fornix, quam DEVS subiecit aquis, & per quam retineret eas in sublimi) diuisitque aquas, quæ erant sub Firmamento, ab his quæ erant super Firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque DEVS Firmamentum (RACHIA, Extensionem, Expansionem) CÆLVM, (hoc est, *Schamaim*; à Natura & substantia aquarum ignearum: sicut Rachia, à quantitate & qualitate externa, hoc est, extensione & firmatione materiæ.) Dubitet nunc ergò omnium nemo, Aquas veras esse supra Firmamentum. *Benedicite aquæ omnes, quæ super* CÆLOS *sunt*, DOMINO, Dan. 3, 60. Extendens CÆLVM (Schamaim, dictum Firmamentum) sicut pellem: qui tegis aquis superiora (superficiem extimam) eius, Psalm. 104, 3. Laudate DOMINVM Cæli cælorum: & Aquæ, quæ sunt super cælos (videlicet primum & secundum) laudent NOMEN DOMINI, Psal. 148, 4. Quales sint autem AQVÆ SVPERCÆLESTES; cuius generis, substantiæ atque naturæ, nobis Theosophicè percontandum, Influentiâ, igitur, Lumine & Motu SOLIS DIVINI doctus ac ductus, in Nomine DOMINI dico, AQVAS SVPERCÆLESTES esse vnius eiusdemque generis & substantiæ, cuius erat LATEX ille æthereus incombustibiliter ardens, repertus, patrum nostrorum memoria, Patauii in Italia, in monumento vetustissimo, intra vrnulam fictilem, intra duas, altera ex auro, altera ex argento ampullas, cuius liquoris purissimi virtute per plurimos annos lucerna hæc arsit, vt annotarunt in suis antiquarum inscriptionum collectaneis Petrus Apianus & Bartholomæus Amantius. Meminit

huius

huius rei etiam Hermolaus Barbarus in corollario in Dioscoridem, vbi de Aquis in commune agit: Est & Cælestis aqua, inquit, siuè potius Diuina Chemistarum, quam & Democritus & Mercurius Trismegistus nouêre, modò *Diuinam aquam*, modò *Scythicum laticem* appellantes, modò πνεῦμα, hoc est, Spiritum ex ætheris Natura, & Essentia rerum Quinta: Vndè Aurum potulentum, & iactatus ille necdum inuentus (à Chemiæ-Sophistis puta, quorum proh dolor, plena ferè sunt omnia, nec in perpetuum ab istis inuenietur: de Theo-Sophis contrarium sufficienter demonstratum est in Amphitheatro hoc) Philosophorum Lapis, & fabulum constat. Hoc genus laticis, vt arbitror (inquit idem) significat Epigramma nuperrimè in agro Patauino, iuxta oppidulum Atestæ inuentum, opere lateritio ac perinde fragili, per imprudentiam manus rusticæ proscindentis ibi terram, corrupto. Hæc ille. Conradus Gesnerus Medicus Tigurinus pag. 5. de Lunatiis herbis & rebus noctu lucentibus Epigramma præfatum, Ethnicissimum vetustissimum redolens, sic refert:

(Quatuor Elementarius quatuor elementariè loquitur)

*Plutoni sacrum munus ne attingite fures,*
*Ignotum est vobis hoc, quod in vrna latet.*
*Namque Elementa graui clausit digesta labore*
*Vase sub hoc modico Maximus Olibius.*
*Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,*
*Ne pretium tanti depereat laticis.*

Intra hanc vrnam altera vrnula reperta fuit, cum inscriptione versuum horum: de quibus vide quoque præfationem Libri de secretis Remediis Euonymi Gesneri Philiatri:

*Abite hinc pessimi fures.*
*Vos quid voltis cum vestris oculis emissitiis?*
*Abite hinc vostro cum Mercurio petasato caduceatoque,*
*Maximus Maximo donum Plutoni hoc sacrum fecit.*

Hæc ibidem. Grauiter huius aquæ veritatem confirmat Auctor vetustus in Apocalypsi SPIRITVS MVNDI SECRETI, sanctè inter alia affirmans, spiritum hunc (*Schamaim, Cælum*,) æthereum in corpore aquoso plusquamperfectè glorificato existentem, sensibiliter ardere in lampade artificioso, sinè diminutione aut consumptione sui, in perpetuum. Nostra quoque ætate huiusmodi lampades, sinè affusione nutrimenti noui perpetuò ardentes latice æthereo fragrantissimo refertas, in monumentis & antris vetustissimis Germaniæ Inferioris ac Græciæ fuisse repertas, scimus testati historias & viros fide dignos. Tantæ & tam mirabilis, imò quasi super Naturalis conditionis est Ignis laticis huius superCælestis, vt ardeat vase arctissimè clauso, extinguatur flamma eius ab & in aëre nostro, va se apetro. **Es ist gar ein ander wasser vnd fewer / als vnsere gemeine wasser vnd fewer.** Hinc Philosophi Physico Chemici: Aqua nostra ignis est; (Est enim *Schamaim*, de aqua ignea super-Cælesti) corpora magis comburens, quàm ignis vulgi. Hanc aquam verè mirabilem & mirificam CREATOR ELOHIM Omnipotens ordinauit atq; concessit (cui? soli Sapienti; haud quaquam Physicosophistis) inuenire, etiam in regione hac Elementari. Vbinam verò? In Vnica certè solaq; SAPIENTIÆ Minera, quæ Magnesia Sapientû, & Materia Lapidis Phil. debita ac genuina; in quam IEHOVAH

DEVS non tantum posuit, sapienterque reseruauit Cælum, verum etiam Terram & Aquam, hylin nimirum aut semina Mundi huius totius, in statu primordiali catholico adhuc hodie existentia, animata ANIMÆ MVNDI scintilla Catholica; (fig. Amphir. huius 3. Quæst. 7.) vt indè, tanq au in & ex subiecto MacroCosmico Catholicè synoptico, PhysicoChemicè præparando, necnon ChristianoCabalisticè tractando eum, Cathol cè in dagaret erueretq; cognitionem Creatoris, & quem misit IHSVH CHRISTI crucifixi; Naturæ & Creaturę omnis, ac per consequens (est enim veritati consentaneum, eorum quoq; quæ sunt supra Cælos (primum videl. atq; secundum) hoc est, Aquarum superCælestium Schamaim, Aquarum ignearum vel Cæli tertii, tabernaculi DEI & Sanctuarii Angelorum; nec non suiipsius: innotesceretque sic, ex Libro Naturæ synopticè Catholico, TheoSopho, quænā sit mira Creatoris Sapientia, Potētia, Bonitas. Causas Vsvs Lapidis Philosophici ChristianoCabalisticè DIVINI (fig. Amphir. huius quarta, vbi de VRIM & THVMIM) ex hisce facillimè ostendere p.ssem sufficientes, si fas esset sigillū frangere Cæleste & occultæ reuelationis, mysteriaque diuulgare DEI. Sufficiant filio Doctrinæ (cuius meditationi Theosophicæ etiā aliquid indagandū relinquere cēsui) in pręsentia ea quę passim suppeditat Amphitheatrum hoc, &, quod ostenderim (nō enim de Cælorum tantum vsv, verum etiam Substantiâ, Essentiâ, & Natura philosophari Theosophum decet, AQVAS SVPERCÆLESTES esse, (repeririq; à Sapiente in rerum Natura inferiorū) purissimas, subtilissimas, igneas, lucidissimas, plusquam perfectas, quare incorruptibiles, perpetuo in se fixas, hoc est, permanētes, liquidas tamen & fluidas, inflāmabiles, minimè combustiles: in VSVM hunc, vt in regione superSuprema sint atq; constituant Schamaim, siue Cælum Tertiū; quod in superficie citima aqueum est; extimà, igneum, ignis flagrans, aqua ardens. Quid? Hîcce, in hisce puta inferioribus (quāuis in solo MacroCosmico synopticè Catholico) Aqua contra communem stylum ac rationem extat tam nobilissima, ignisvè aqueus tam mirandus, super Cælestis substantiæ atq; Naturæ, reperiturq; à solo Sapiente sapienter; quāto magis in regione superSuprema, hoc est, supra Firmamentum, in Mundo (ob vsum sic dicto Diuinum) hyperphysico. Ni hoc; Minera SAPIENTIÆ typo reali haud repræsentaret Catholicon MacroCosmicon. Absit, inter PhysicoChemicè Sapientes contrarium cogitare, nedum statuere vel loqui. PERGO. In CÆLI, VERBI IEHOVÆ virtute tanquā præhensione quadam & cochlea, in altū subleuatione FIRMAMENTIq; (vt dictum) constitutione, confestim, mox & è vestigio atq; simul extitit spatium quoddam magnum altumve interuallum, inter Cælum & Terram, quod est & dicitur LOCVS: vt enim nec mons sine valle, aut manus primùm iunctæ, postea verò disiunctæ & separatæ, sinè spatio inter eas medio; ita nec Cælum & Terra, facta hac separationis, deductionis, & secretionis à se inuicem sublimatione, absq; interstitio & distantia esse potuerunt. Ezech. 8, 3. Eleuauit me Spiritus inter Terram & Cælum. Locum VACVVM quidem primum extitisse oportuit, postea verò humoribus aqueis, & vaporibus exhalationibusq; continuis (meteororū variorum materiis) è regione inferiore dietim euaporantibus sursumque tendentibus, necnon terrenis corporibus innumeris, vt ibi essent, in longum & latum

crescerent,

crefcerent, ſpirarent & mouerentur, impleri. Mirabile DEI Mirabilis Laboratorium Macro-Cosmicon, Naturâ præſidente aut Laborante, perpetuum, Catholicon. DIXIT prætereà DEVS: *Fiant Luminaria in Firmamento Cæli*, (hoc eſt, *Rachia Schamaim*, in expanſione Cæli, ſiuè ſpiritus ætherei aquei firmati) *& diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & Tempora, & dies & Annos: Vt luceant in Firmamento Cæli, & illuminent Terram. Et factum eſt ita. Fecitque* DEVS *duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas. Et poſuit ea in* FIRMAMENTO CÆLI (hoc eſt, in Rachia, extenſione, ſiuè expanſione Schamaim firmata) vt lucerent ſuper Terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. NOTA: Quomodo, ASTRA ſint in ſigna, (Heb. AOT) hoc eſt, ſigna indicantia, & Alphabetum quaſi in tomo Libri Mundi maioris Cæleſti, quibus DEVS (noſtri curam paternè habens) de variis ac magnis nobiſcum loquitur; futura quæ ſunt & imminent, antequam eueniant, oſtendit, prænuntiat, prædicit; alibi (DEO concedente) latius declarabo. Vide verſ. 35. & 353. Hoc, CÆLVM SECVNDVM; ſublime; Regio purè ætherea. Hoc, Solem, Lunam & Stellas habet; reuera etiam PRIMVM & Inferius (ſuo modo) aſtra ſua: id quod ſciunt atque teſtantur Sapientes. Motu harmonico ſiuè ſympathico (erga ſe inuicem) mouetur vtrunque: id quod inferius, ſicut id quod eſt ſuperius, & contra. Qui motus, certitudinem ſuadet (quam dixi) indicationum. DEVS Mirabilis in operibus ſuis. Sũma: Confluxibilia, conſpirabilia, conſentientia, OMNIA, Micro & Macro-Coſmicè. Deniq; Firmamentum Cæli, teſte Eſaia 51, 6. (reſolutis IGNE coagulationum vinculis) ſicut fumus liqueſcet. Reducetur enim in id, quod erat antè ſui congelationem, ſolidationem ac firmationem, hoc eſt, fit SPIRITVS liber.

Tertiò, SVMME, ſupra RACHIA SCHAMAIM, hoc eſt, Firmamentum Cæli, SCHAMAIM non Elementis (vt Primum) miſcuit, multò minus ſuperfluitatibus eorundem excrementitiis inquinauit; neq; in corpus ſolidum (vt Secundum) ac durum congelauit atque firmauit; verùm (virtute ſuâ Omnipotente) per & in ſe pluſquam perficiendo, AQVAS SVPERCÆLESTES conſtituit tales, quales paulò antè docuimus, & in perpetuum PERMANENTES; manifeſtandoque ignem earum, in ſuperficie extima citra conſumptionem ſui ſemper ardentes, & ſinè fumo luce candidiſſima ſplendentes: HOC, CÆLVM Empyreum, lucidiſſimum; imò, LVX, quam (tanquam rem Diuinitati conſentaneam) DEVS inhabitat inacceſſibilis, 1. Timoth. 6, 16. QVEM idcirco in ignea eſſe Eſſentia Diuinitus Plato ab Indorũ Brachmanis didicit, Quintamq; Eſſentiam Diuinitatis ſtatuit manſionem. Eodem, fortaſſis, ſenſu Thomas de Aquino, quamuis Auctor Auroræ Philoſophorum contrarium cenſeat cap. 19. abſque blaſphemia dixit, DEVM & Angelos ſuos carere non poſſe igne aquæ ardentis, ſed eo indies vti. Carere non poteſt, quia noluit; Voluit Summè, Superiùs, Inferiùs ea vti, pro ſede ac throno Maieſtatis ſuæ, Medioq; in vſus varios conueniente. Placuit ſic DOMINO; placeat idem tibi. HOC, CÆLVM vel CÆLI (Schamaim) CÆLORVM, Deut. 10, 14, 3. Reg. 8, 27. Pſal. 115, 16. Nehem. 9, 6. reſpectu duorum, inferioris & infimi, TERTIVM, ad quod Paulus 2. Corinth. 12, 2. tractu Magnetis

Diuini Mente raptus, in quo arcana audiuit verba, quæ non licet homini loqui: *Immensum, summum*, Deut. 4, 32. *Vltimum*; non enim vlterioris aut superioris meminit SS.ª Scriptura. Α'γιαστήριον h. e. Sanctuarium Angelorum nostrorum, faciem D E I P A T R I S nostri semper videntium, Matth. 18, 10. Paradysus felicitatis summæ; sedes & Thronus beatarum mentium. O præclarum diem (Christianè vtar verbis Ciceronis de Senect.) cum ad illud animatum concilium cœtumque proficiscar! Quid? D O M I N V S D E V S I P S E (H V) in Cælo sursum, Deut. 4, 39. Ad quod & super quod D. N. I H S V H C H R I S T V S crucifixus quadragesimo à Resurrectione die ascendit, ὑψηλότερος οὐρανῶν, *sublimior Cælis factus*, Hebr. 7, v. 26. *Ascendens supra omnes Cælos*, Ephes. 4, v. 10. *Sedens ad dexteram* D E I *Patris, inde venturus est*, Actor. 1, 10. Matth. 26, 64. *iudicare viuos & mortuos*. Matth. 25, 31. Actor. 10, 42. & Seculum per I G N E M. Esaiæ 66, 15. 2. Pet. 3. 7. De hisce C Æ L I S S A N C T I S, Psalm. 102, 20. in quibus D O M I N V S D E V S I P S E sursum, Deutet. 4, 39. Iosuæ 2, 11. Ecclesf. 5, 1. de hoc Sanctuario suo, de excelso hoc Cælorum habitaculo, Deutet. 26, 15. 2. Paralip. 30. 27. Sancto, Solio gloriæ suæ, Esaiæ 63, 15. de Domo sancta sua, Baruch. 2, 16. de Templo sancto gloriæ suæ, de Throno regni sui, Daniel. 3, 53. petit à I E H O V A H sibi mitti S A P I E N T I A M Theosophus noster Regius: Petamus ab E O & nos, in O R A T O R I O T H E O S O P H I C O nostro, in Spiritu ac Veritate, mittetur reuera, modo TheoSophico, etiam nobis. C O R O L L A R I V M: S C H A M A I M, hoc est, C Æ L V M, Doctrinâ hac nostrâ genuinè expositum, salubetrimè te docebit, vndè quid sit L V X, (Hebraicè, A O R) Gen. 1, 3. Authrix splendoris atque illuminationis, nec non (dispositionis modo) D I E I. vers. 139. Quomodo à T E N E B R I S, 2. Cor. 4, 6. (erat enim *Schamaim*, siuè Cælum, &, per consequens, C H A O S vniuersum, ob Lucem suam igneam internam Diuinitus nondum manifestatam, tenebrosum & non conspicuum) vi iussi Diuini rati ac firmi, splenduerit (non secus atque in tenebroso loco ex Spiritu vini manifestatur ignis) D I E S que exortus; ob cuius L V C I S absentiam vel carentiam ignotum & obscurum nobis futurū erat Vniuersum D E I opus hocimmensum: Quomodo quotidie naturaliter fiat & arte manifestetur V R siue I G N I S; Qui, cum absque calore esse nequeat, Effectum suum semper exhibet atque demostrat C A L O R E M: hic, certè, in Omnibus (extat enim in Omnibus Schamaim animatum N A T V R A) totius Formæ ac Speciei est custos, Naturaliumque in Rebus actionum & Rerum gerendarum ac producendarum stimulus, ὁρμητικὸν que (tam externè quàm internè) Naturale & Artificiale Principiū, & impulsiuum, seu κινητικὸν, aut ἐνεργητικὸν à D E O constitutum, ac A N I M Æ, quæ sic (mediante Schamaim) dotes suas (vt insint) multiformiter largitur Rebus, instar obstetricis cuiusdam fidelissimæ Micro & MacroCosmicæ attributum: Cur, vel quo respectu C A L O R sit atque dicatur Diuinus; Cælestis; Elementaris; Naturalis, insitus siue innatus, proportione quadam soli siderumque calori respondens; Vndè actiones horum (I P S I V S) tam diuersæ; Quo sensu (minimè vulgari, attribuendo vnicuique suum) interpretandæ phrases, Philosophorum hæ: C Æ L V M est animatum; Influentia, Lumine & Motu agit in inferiora; Cælum est potissima causa, cur Elementa, quamuis suapte Naturâ cōtraria, permisceantur atque

tur atque

rut atque inuicem coniungantur; Ad primam materiam eandem, quam vir ad sibi dilectam coniugem, obtinet rationem; Res adamat inferiores; in Terram non secus ac Mas in fœminã semen transfundit suum, Corpora gignit inferiora; Omnium est parens; Instrumentum est, quo DEVS agit nobiscum; Est causa omnium, quæ gignuntur; Confert Formam & Speciem in materiam apparatam immittit; Regit omnia, quæ hic continet Mundus; fœcundat semina; Omnis fœcunditas à CÆLO spargitur; ALIÆ quehisce similes: TVNC RECTE PHILOSOPHARI POTERIS DE NATVRÆ SECRETIS. Benè docet & discit, qui benè distinguit. *A sede magnitudinis tuæ.*] Dicit DOMINVS Esa. 66, 1. Cælum sedes mea. Psal. 103, 19. DOMINVS in Cælo parauit sedem suam. Psalm. 123, 1. *Ad te leuabo oculos meos, qui habitas in cælis.* Psal. 10, 4. DOMINVS, *in Cælo sedes eius.* Matth. 6, 9. *Pater noster qui es in cælis.* Notandum: A throno celsitudinis Diuinæ, nil nisi Diuinum, æternum; SAPIENTIA (Emanatio Diuina, v. 137.) igitur non creata, non formata, nõ orta aut facta vt creaturæ, sed genita ab Æterno Patre Diuino Diuina Æterna; modo nobis mente fideli potius Christianè credendo, quàm fanatica imaginatione comprehendendo. *Mecum sit,* &c.] Vt mihi sit præsto SPIRITVS FAMILIARIS; v. 223. Ora DEVM OPT. MAX. vt Tu, qui ad exoptatum operis tui PhysicoChemici finem peruenire cupis, vt tibi assistat SPIRITVS ASSISTENTIÆ bonus, qui opus non tantum ab infensissimo hoste diabolo, omnis confusionis auctore, quàm fidelissimè custodiat; verum quoque ad sapienter Laborandum te adhortetur; &, ne in aliquo delinquas, vnde operi nocumentum accidere possit, dehortetur. Non certè scurrile existimari debet, præesse Laboratorio Sapientum; sed illud, velut ἀγιαστήριον reuerenter ingrediendum, inque eo ita laborandum est, ne genium tuum bonum, Te, & Opus tuũ custodientem offendas. Sues munda ni hoc minimè intelligunt; Philosophi mentẽ meam & sensum percipiẽt soli, eumque sequentur. Vt & mihi sit SPIRITVS ASSISTENTIÆ mecum Oret, meeũ Laboret: Mentẽ, Intellectũ, Rationẽ, Cogitationes & sensus, Actiones atq; Labores omnes sapiẽter instituat, dirigat, disponat, adiuuet, promoueat, fortunet, beet, versl. 28, 145. 158. 181. & 292. Mysteriũ hoc magnum, à perpaucis obseruatũ, sine quo Lapidem Philosophorum ad finem optatũ (quamuis in & ex Principiis Naturalibus, iuxta Naturę methodum, artificialiter rectè progrediaris) tu qui Christianũ te profiteris, nunquam perduces. vers. 132. Esto, vita & factis, qui vis videri, dici ac esse Philosophus Christianus. Donum DEI est; cuius secretum Hermes & alii habuerũt ex inspiratione Diuina; MacroCosmicè cõstans Corpore, Spiritu & Animâ: super quo etiã Nobis MicroCosmicè, secundũ Leges atque Doctrinã Amphitheatri huius, Corpore, Spiritu & Anima, Theosophicè Orandum, Cabalicè, Magicè, PhysicoChemicè sudandũ vel laborandum. Vt IEHOVAH Triunus, cooperando Tibi triuni tuisq; Laboribus, in Opere PhysicoChemicoCatholico triuno consequendo, inspirare, dare atq; largiri dignetur benè velle, nosse, esse & posse, Theosophicè operari memẽto. Qui potest capere, capiat, sat dixi. *Obserua:* Scientiæ & Artes quædã bonæ interdũ sunt & vocantur INCERTÆ, nõ quòd per & ex se incertæ illæ sint, aut nonnũquã malè nossent eas tractare sibi hoc præsumẽtes; Verùm quod DESIT

artifici operanti VOLVNTAS DEI. An Gottes Segen ists alles gelegen. Man muß auch das Glück von Gott haben. Cur enim, obsecro te, IEHOVAH Omnipotens, si vellet maledictione sua diuina te punire, aut detrahere (ob peccata) donum illud suum, vel thesauris & fructibus Sapientiæ te priuare, cur, inquam, non posset Ille, qui Omnia creauit, qui etiam inuertit, cum vult, ordinem Naturæ; quemadmodum ad voluntatem Iosua Sol stetit in medio Cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Ios. 10,13. Ad petitionem Ezechiæ, DEVS reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. 4. Reg. 20,11. Viri tres Hebræi, Sadrach, Mesech & Abednego, missi in medium fornacis (Babylonicæ) ignis ardentis, igne non tacti fuerunt. Daniel. 3, 21. & seqq. Et hæc fiunt per Omnipotentiam DEI, qui habet Naturam in manu sua omnipotente, eamque regit sicut vult. VELLE igitur DEI nobis est impetrandum. Idē sibi voluit magnus ille Picus Mirādulæ Comes, (quam uis propter hanc vocem iniquè laceretur à viro quodam magnæ auctoritatis) cum dixerat: *Frustra Naturam adit, qui* PANA (hoc est, DEVM totius Naturæ) *non attraxerit*: Quod secundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, DEO annuente, in Oratorio TheoSophicè fieri potest, vers. 190. SVMMA: Incertæ sunt & manent Scientiæ ac Artes secretiores, nisi subdelegatè à SVMMO iuncta nobilioris operationis virtute; nisi in quam, VIRTVTE DIVINA animentur aut roborentur. Hoc idem est, quod dixit Solomon, (v. 329.) haurire voluntatem à DOMINO, & inhabitare cum SAPIENTIA, vers. 300.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 262 Nouit enim ac intelligit omnia, ac me deducet in actionibus meis moderatè, atq; in gloria sua custodiet. | Vers. 11. | ☞ *Scit enim illa* OMNIA, *& intelligit, & deducet me in operibus meis* ☞ *sobriè, & custodiet me in sua Potentia.* | 262 |

*Scit enim illa* OMNIA] Quare, facta amica, soror & sponsa tua, de omnibus te sapienter instituere potest ac vult: quia promisit v. 187. Cuius iusti sermones omnes: non est in eis prauum quid, neque peruersum, vers. 42.

*Sobriè*] Non solum sinè ebrietate; sed etiam dextrè; sapienter; super linea veritatis recta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 263 Et erunt accepta opera mea, ac rectè populū tuum diiudicabo, eroque dignus solio Patris mei. | Vers. 12. | ☞ *Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium Patris mei.* | 263 |

*Et erunt accepta*, &c.] Quando, Non nisi SAPIENTIA sit, Orauerit, Laborauerit secum. Sic & nos in DEO sapientes, possumus OMNIA quæ volumus; volumus autem, TheoSophiæ studiosi, quæ DEVS IPSE. Quapropter, quæcunque, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, faciemus, prosperabuntur, vt est Psal. 1.

☞ Quis

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 264 | Quis enim hominum poterit ſcire Cõſilium D E I? aut quis poterit cogitare, quid velit D E V S? | Verſ. 13. | *Quis enim homo conſilium* D E I *intelligit? aut quid velit* D E V S *animo comprahendet?* | 264 Eſa. 40, 13 Rom 11,34 1. Cor. 2,16 |

*Quis hominum*, &c.] Obiectio eadem, quæ infra verſ. 297. Ad quam vide verſ. 268. reſponſionem.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 265 | Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. | Verſ. 14. | *Nam cogitationes mortalium timidæ ſunt, ac noſtræ opiniones fallaces.* | 265 |

*Cogitationes noſtræ*, &c.] Quatenus noſtræ per ſe, & abſolutè, ex nobis, quoad noſtræ duntaxat innitimur Prudentiæ, opinamur, non ſcimus. Cogitationes, ſpeculationes, ratiocinationes, inuentiones & operationes noſtræ omnes incertæ ſunt, niſi veritatis atque virtutis Diuinæ inſpiratione animentur ac roborentur. Sonſt ſeynd es phantaſiæ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 266 | Corpus enim corruptioni obnoxium aggrauat animam, ac terrenum domicilium plenum curarum mẽtem deprimit. | Verſ. 15. | *Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat Animam; & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* | 266 |

*Corpus quod corrumpitur*, &c.] Sic etiam Paulus externum hominem φθειρόμενον dicit, qui cum deſideriis ſuis corrumpit & corrumpitur. B I N A R I V S ergò reiiciendus. Vide fig. Amphitheatri huius ſecundam. *Terrena inhabitatio deprimit*, &c.] Mens noſtra in corpore hoſpitans propter peccatum corruptibili atque mortali, quaſi in carcere quodam tenebroſo tenetur recluſa, ita, vt nec D E V M rectè agnoſcere, Naturam & ſeipſum cognoſcere queat ex & per ſe homo. Quamobrem orandus D E V S, vt exercitio in D E I amore Theo-Sophico (pœnitential ter victis ac ſuperatis affectibus carnis) ad Diuinarum, Spiritualium & Naturalium rapiatur contemplationem atque tractationem, & quaſi de profundo carceris Diuinitus extracta ſurſum, in cacumine domicilii collocetur: hinc quæ prius in imo poſita videre non poterat, cernere iam incipiat, & ſuo modo colloquio ſecretè fruatur dulciſſimo I E H O V Æ ſpirituumque bonorum à D E O ſubdelegatorum; inebrietur Nectare Diuino, ſicque perueniat ad cognitionem & fruitionem totius V N I V E R S I. verſ. 145. Hoc, non niſi ſtudioſus Amoris Diuini fidelis intelligit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 267 | Et difficile æſtimamus, quæ in Terris ſunt: & quæ in conſpectu ſunt inueni- | Verſ. 16 | *Ac vix quæ in terra ſunt, conectura aſſequimur, & quæ in manibus verſantur, cum* | 267 |

mus cum labore, quæ autem in Cælis sunt quis inuestigabit?

*labore inuenimus: quis autem ea peruestigabit quæ sunt in Cælis?*

*Difficile æstimamus*, &c.] Vide verſ. 187.

SPIRITVS SAPIENTIA mittitur.

268 Senſum autem Tuũ quis ſciet, ☞ NISI TV DEDERIS SPIRITVM SANCTVM DE ALTISSIMIS:

Verſ. 17.

*Conſilium autem tuum quis nouit, niſi tu dederis* SAPIENTIAM, *ac de altiſſimis* ☞ *Spiritum ſanctum tuum* ☞ *miſeris?* 268

*Niſi tu dederis* SPI.] Ad obiectionem verſſ. 264. & 297. ſapientis ipſius ſapiens reſponſio. Solus enim DEI SPIRITVS, & cui IPSE patefacit ſiuè reuelat, nouit arcana DEI, inquit Paulus 1. Corinth. 2, 11. DEVS in Cælo eſt reuelans myſteria, profunda & abſcondita, Dan. 2, 28. SVMMA: In SAPIENTIA DEI ſcimus, intelligimus & poſſumus (IEHOVAH volente) OMNIA. Et, cum vnuſquiſque ſit optimus verborum ſuorum interpres, vndè quæſo certius & verius Naturæ, SSæ Scripturæ, & Tui ipſius cognitionem veriſſimam hauries, quàm ab ipſa veritate. Quomodo autem DEVS (qui ipſiſſima eſt Veritas) fiat nobis à Conſiliis, Theo-Sophicè docet Amphitheatrum hoc noſtrum. Ibi Pythagoricè ſtudete memento; ne ſis filius ante patrem: fraternè moneo. *Miſeris.*] Huc refer verba figuræ Amphitheatri huius ſecundæ: decebit vos igitur prius piè lotos, &c. & quæ ſequuntur. *Spiritum tuum ſanctum.*] SPIRITVM SAPIENTIÆ, verſſ. 223. & 261. Non diabolicum, malum; de altiſſimis, non inferni profundis; MEDIATE etiam, & quidem vel per Angelum lucis, non beſtiam tenebrarum; vel per ORGANA Naturalia aut Artificialia, (agit enim DEVS per varia MEDIA nobiſcum, eaque mirabilia, quia ipſe Mirabilis) SAPIENTIÆ veræ in ſcena Mundana hac fideliter ancillantia, quo commodius DIVINA humanitus percipiamus, noſcamus & intelligamus. Sunt enim Scientiæ & Artes bonæ miniſtræ aut Apoſtolæ (liceat mihi docendi cauſſa ſic loqui) quædam SAPIENTIÆ, quas miſit in Mundum, vt prædicarent de DOMINÆ ſuæ mirifice theſauris inexhauſtis Euangelium, id eſt, nuntium lætum ac bonum, filiis Diſciplinæ atque Doctrinæ, SAPIENTIÆ hæredibus fidelibus dilectis.

269 Et ſi correctæ ſint ſemitæ eorum qui ſunt in Terris, & quæ Tibi placent, didicerint homines:

Verſ. 18.

☞ *Nam ita viæ eorum qui Terram incolunt, directæ fuerunt, ac quæ tibi placent, didicerunt.* 269

*Nam ita viæ eorum*] Vide verſſ. 28, 74, 157, 158, 187. & 294. Quod cum ita ſit, vt ITA, hoc eſt, hac methodo, hac via didicerint alii, V. G. Sapiens

noſter,

noster, imò verò Sapientes omnes, (nemo enim vnquam vir magnus sinè afflatu Diuino) etiam Nobis erit insistendum vestigiis eorundem, vt eodem modo sapienter discamus ab eodem SAPIENTIÆ SPIRITV, à quo illi, sapientesque fiamus. Quæcunque enim sunt scripra, ad Doctrinam scripta sunt nobis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 270 Nam per SAPIENTIAM sanati sunt ☞ quicunq; placuerunt tibi DOMINE à Principio. | Vers. 19. | *Et sunt SAPIENTIA conseruati.* 270 | |

*Quicunque placuerunt tibi*, &c.] Cum autem nemo placeat DEO, nisi qui cum SAPIENTIA inhabitat. Vers. 300. Theo-Sophicè nobis studendum, vt cum Ea inhabitemus: Et tunc placebimus DEO, diligemur ab EO, impetrabimusque, secundum Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, Orando & Laborando, in fide vera, OMNIA. Efficacissima res mente puta Fides firma.

| | | |
|---|---|---|
| 271 Duo postulaui à te, prohibeas à me, antequam mo-<br>272 riar. Vanitatem & verbum mendax remoue à me: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi: ale me cibo qui conuenit mihi: | Prou 30 Vers. 7.<br>Vers. 8. | *☞ DVO (insuper) rogaui TE, ne deneges mihi antequam moriar: ☞ vanitatem & ☞ verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria.* 271 272 |

DVO *rogaui* TE.] Interiorem & exteriorem hominem & vitam considerans Rex sapientissimus, vtriusque gubernationem à DEO petit. Animæ, custodiam à vanitate & mendacio: corpori, verò, mediocritatem fortunarum optat & precatur. Sibi enim soli relictus homo, labitur in tenebras & errores mentis, & externam quoque felicitatem & successus amittit. Ex pietate enim & timore Domini, qui fons est Sapientiæ, fluit totius corporis & externæ vitæ incolumitas. Hinc fit homo lignum illud, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, cuius folium non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur, Psalm. 1, 3. *Vanitatem.*] Quid est vanitas, nisi sapientia mundana immunda, quæ est fatua, cœca, temeraria, superba, ignara DEI, superstitiosa, idololatrica, contemptrix DEI, seditiosa, crudelis, sanguinolenta, audax, inhumana, epichærecaca, inquieta, hypocritica, philonica, impudens, incontinens, truculenta, auara, calumniatrix, mendax, deceptrix, fallax, arrogans, bilinguis, dolosa; & in summa, nihil nisi serpentina illa astutia & malitia homini naturali congenita: & lapsus ille protoplasti deplorandus, & ruina horribilis ad exitium æternum semper vergens & pergens. *Verba mendacia.*] Mendacium opponit veræ DEI Agnitioni & Inuocationi: Agnitio enim & Inuocatio DEI sunt fontes æternæ benedictionis & beatitudinis: mendacium verò, id est, ignorantia

DEI, idololatria, ſuperſtitio, contẽtus DEI & inuocationis, abyſſus eſt maledictionis, tẽporalis & æternæ. Diuitias & paupertatem non optat: nam

*Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis:*
*Fulgida lux Mundi pauper Ieſus erat.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 273 | ☞ Ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt DOMINVS? aut egeſtate compulſus, furer, & periurẽ NOMEN DEI mei. | Verſ. 9. | *Ne fortè ſatier, & abnegem, dicamque quis eſt* IEHOVAH? *& ne fortè efficiar pauper, & furer, aſſumamque in vanum nomen* DEI *mei.* | 273 |

*Ne fortè ſatiatus*, &c.] Mediocria commoda vitæ Sapienti optanda ſunt. Diuitias & opes, *irritamenta malorum*, vocat Poëta. Pharao in ſumma ſua opulentia & potentia imprudenter & arroganter hãc vocem edidit, Quis IEHOVA? Diuitiæ igitur nimiæ ipſum peſſumdedêre; quia ſuperiorem, & potentiorem Dominum in mari rubro expertus eſt, quem tot prodigiis ſupernaturalibus & planè diuinis, induratus mente, reuereri, timere & agnoſcere noluit. Errant igitur, qui in philoſophia noſtra ſecretiori tantùm aureos montes quærunt; Inſipientis, non Sapientis, hoc eſt. Sapientia enim DEI cultrix & amatrix eſt, non auri. Expers hæc Sponſa Cæleſtis eſt omnis auaritiæ, luxuriæ, ſuperbiæ, faſtus, & incedit habitu ſimplici, vili, honeſto tamen & mundo, vtiturque rebus ſecundis modeſtè, & præparat ſe ad ferenda aduerſa: imò, vt theſaurum colligat Myſteriorum Diuinorum & Naturalium; paupertatem, onera, labores ſuſtinet, nec facilè aduerſis cedit:

*Namque bonos nec blanda inflant, nec aſpera frangunt;*
*Sed fidei inuictæ gaudia vera iuuant.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 274 | At ☞ excellentia rectificationis eſt Sapientia. | Eccl. 10. Verſ. 10. | *Poſt* INDVSTRIAM *(hanc verò tãdem) ſequitur* SAPIENTIA! | 274 |

*Excellentia rectificationis*, &c.] Quàm diſtorta & deprauata ſit Natura humana; quotidianæ infirmitates, hallucinationes, tenebræ, errores, ſatis teſtantur: ideo rectificatio & emendatio naturæ peruerſæ, ſingulis momentis, inſtituenda: cuius ἐπανορθώσεως & rectificationis noſtræ finis eſt Sapientia. Omnium malorum ſummum nobiſcum naſcitur, cui omnes veniam dant, nec eius emendationem deſiderant; philautia ſcilicet & amor proprius, quo vnuſquiſque ſibi amicus eſt naturâ, & ſuis opinionibus delectatur. Sed reuera hic morbus, quo ſinguli nimium ſibi placent, fons eſt omnium errorum & delictorum in vita. Proinde reædificatio naturæ & amoris proprii ſummè eſt neceſſaria, ſi ad SAPIENTIÆ veræ LVMEN aſpirare cupis, Sapientiæ cultor.

Verum, tu DOCTRINÆ fili, qui IEHOVÆ gratiâ,
ſic adeptus es SAPIENTIAM Eiuſve DONA quædam ſingularia.

Da

| | | |
|---|---|---|
| 275 Da (quoque) Sapienti occasionem, & addetur ei SAPIENTIA: doce iustum, ℟ & festinabit accipere. | Prou. 9. Verſ. 9. | *Da Sapienti increpationem, & Sapientior erit: doce iustum, & addet Doctrinam.* 275 |

*Et festinabit accipere.*] Etiam cum gratiarum actione ingente, debitaque laborum remuneratione. Hæ SIGNATVRÆ hæredum SAPIENTIÆ fidelium dilectorum. Qui autem obliuiſcuntur benefactorum, aut filii inepte volunt eſſe ante patrem, daß das Ey will klüger seyn denn die Henne / ii ingrati ſunt, à quorum domo non recedet malum. Signatura Sapientis.

| | | |
|---|---|---|
| 276 In auribus ſtulti ne loquaris: quia contemnet Prudentiam eloquiorum tuorum. | Prou. 23 Verſ. 9. | ℟ *In auribus (autem) inſipientium ne loquaris: quia deſpicient Doctrinam eloquii tui.* 276 |

Vbi & cur Sapienti non loquēdum.

*In auribus insipientium*, &c.] Præcepti huius ne obliuiſcaris, fraternè moneo. Non enim apud omnes, nec omni tempore, nec omnia, de DEI, Hominis, Spirituum, Naturæque Myſteriis, arcanis atque ſecretis fari ac philoſophari conuenit ac par eſt, nec omninò tutum; ſed eſt (quemadmodum iam ſæpius dictum) quibus, quando, & quantum. Loquendum interdum vt multi, ſtatuendum vt pauci. Inſeruiendum tempori, loco & perſonis. Caue quoque, vt benè monuit vir quidam Religioſus, Saturnus aliquis adſpiciat libros tuos arcanorum teſtes; ne boum calcibus (quod pleriſque præcepti huius immemoribus contigit) ignominioſè ſubiiciaris & conculceris. Vtinam ipſe ſemper memor huius! Margaritas, porcis diabolo obſeſſis non obiicito. In tempore & loco tacuiſſe ſæpè profuit.

| | | |
|---|---|---|
| 277 Exultat gaudio Pater iuſti: ℟ qui Sapientem genuit, lætabitur in eo. | Verſ. 24. | *Exultando exultabit Pater iuſti: & generans Sapientem, lætabitur in eo.* 277 |

*Qui Sapientem genuit*, &c.] Non ſolum ex ſemine ſuo filium genuinum corporaliter, verùm etiam Doctrina, inſtitutione, præceptis ſalutaribus, Doctrinæ & Diſciplinæ filium, Sapientet, Vide verſſ. 34. Hinc phraſis, apud Sapientes vſitatiſſima, hæc: ô fili mi, mi fili.

| | | |
|---|---|---|
| 278 ℟ Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio Sapientum commorabitur. | Prou. 15. Verſ. 31. | *Auris quæ audit increpationem vitæ, in medio Sapientum commorabitur.* 278 |

*Auris qua audit*, &c.] Sicut per oſtium aurium intrauit inobœdientia & malitia in cor hominis: ita audiendo vocem admonitionis & caſtigationis, Sapientia intrat in mentem. Et, ſicut audiendo vocem diaboli, totum cor hominis corruptum & inquinatum eſt, ita audiendo vocem DEI, in

Libro SS^æ^ Scripturæ, Naturæ, & femetipſo, cot hominis à corruptione, fœditate diabolica & ignorantia liberatur. DEVS enim ornat & compenſat ſtudium ſapientiæ, in hac vita, maiori luce, intelligentia, ſcientia, cognitione rerum ſpirituali & naturali, conſilio, robore fidei, conſolatione, ſucceſſu, in gubernatione publica & domeſtica, & poſt hanc vitam præmiis immortalibus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 279 | Qui negligit Diſciplinam, ſpernit animam ſuam: ſed qui audit increpationem, poſſidet cor. | Verſ. 32. | *Qui abiicit* ☞ DISCIPLINAM, *deſpicit Animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus,* ☞ *poſſeſſor eſt cordis.* | 279 |

*Diſciplinam*, &c.] Quemadmodum qui negligit medicinam, odit & ſpernit ſanitatem corporis, & hoſtis eſt vitæ huius corporalis: ita qui negligit diſciplinam, quæ eſt medicina animæ, eſt hoſtis & homicida animæ ſuæ. Et, quemadmodum ſanitas vmbilico, & irrigatio oſſium, eis qui timēt Dominum, & à malo declinant, Prou. 3, 8. ita in contrario, inueteratio, languor & tales, vermis conſcientiæ rodens, eis qui Timorem Domini & diſciplinam deſpiciunt. Pſal. 32, 3. *Poſſeſſor eſt cordis.*] hoc eſt, dominus eſt ſuorum affectuum, iræ, odii, gaudii, triſtitiæ, metus, voluptatis: quos affectus ſi regere & moderari rectè quis didicerit; næ ille in omnibus rebus aget prudentius, & cum poſſeſſione & moderatione cordis ſui, gloriam & honorem poſſidebit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 280 | Paupertas & ignominia erit deſerenti correctionem: ſed qui cuſtodit increpationem, honore afficietur. | Prou. 13 Verſ. 18. | ☞ *Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit* DISCIPLINAM: *qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur.* | 280 |

*Egeſtas & ignominia*, &c.] Hominem naturalem, qui à veræ Sapientiæ viis planè exorbitauit, innumeris correctionibus corrigit indeſinenter Ipſa Sapientia, vt in viam eum reducat, & ab innata & congenita ſtultitia liberet. Si correctionem hanc admittit homo Sapiens, ornatur à correctrice Sapientia multis præmiis, inter quæ etiam ſunt opes honeſtæ ac legitimæ, item honores: ſi verò reſpuit homo fatuus Diſciplinam, recedit ab illo Sapientia, & ſuccedit paupertas & ignominia, filiæ impietatis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 281 | ☞ Qui enim erudit deriſorem, ipſe ſibi iniuriam facit: & qui arguit impium, maculam ſibi generat. | Prou. 9. Verſ. 7. | *Corripiens deriſorem, accipit ſibi ipſi ignominiam: & increpans impium accipit maculam ſuam.* | 281 |

*Qui erudit deriſorem*, &c.] Cautè igitur circumſpiciendum, quales ſint ii, quibus concredimus myſteria, arcana, ſecreta: ne diabolus ſuſcitet cuculum ingratum.

☞ Noli

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 282 | ☞ Noli arguere derisorē, ne oderit te; argue Sapientem, & diliget te. | Vers. 8. | *Ne increpes igitur derisorem, ne fortè odio habeat te: increpa Sapientem, & diliget te.* | 282 |

Signatura Sapientis.

*Noli arguere derisorem*, &c.] Laterem enim vel Æthiopem lauabis. Cogita Germanorum illud: *Hat mich dēn der Teuffel mit Narren beschissen. Es müste auch einer viel zuthun haben / der alle Narren solte klug machen.* Hos deuita. Nolite sanctum date canibus. Epicurei & athei fiunt furiosiores increpando: at pii dociles & timentes DEVM, proficiunt in Sapientia & multis aliis excellentibus donis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 283 | Quærit derisor Sapientiam, & non inuenit: at Scientia intelligenti est facilis inuentu. | Prou. 14 Vers. 6. | ☞ *Quærit (quidem) derisor* SAPIENTIAM, *& non inuenit: Doctrina prudentiū facilis.* | 283 |

*Quærit derisor*, &c.] Ingenium scopticum & nasutulum, nequaquam veræ Sapientiæ capax est. Simplicem enim, & discendi cupidum animum SAPIENTIA amat, fauo & melle cibat, & nectate Sapientiæ inebriat. Anima ad cognitionem apta, ait Ptolomæus, veri plus assequitur, quàm qui, supremum in modum, se in Scientia exercet. Aptitudo verò hæc ingeni cæleste donum est, & Orando acquiritur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 284 | In conspectū intelligentis apparet SAPIENTIA: & oculi stulti sunt in extremo terræ. | Prou. 17 Vers. 24. | ☞ *In facie prudentis lucet* SAPIENTIA; *oculi stultorum in finibus Terræ.* | 284 |

*In facie prudentis*, &c.] Hoc est, vultus Sapientis est modestus, at oculi stultorum circumuagantur inconstantes, & sunt leuitatis indices: vultus enim est animi pictura. Quomodo in aquis resplendet vultus prospicientium, corda hominum manifesta sunt prudentibus, Prou. 27, 19. Et, diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Ibid. vers. 23. Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimus faciem illius comutabit, Eccles. 8, 1. Ergô, Metoposcopicè, Physiognomonicè, Cheiromanticè, explora homines, discipulos, vti Pythagoras, per dies aliquot. Quemadmodum enim omnes res conditæ, certis à Natura notis & signis, pictæ & exornatæ sunt, diuinisque Naturæ characterismis insignitæ; certa nimirum proportione, figurâ & habitu: vnde de interno & latente spiritu occultisque rerum proprietatibus iudicium fieri potest: imò ipsa proprietas rerum occulta & spiritus latens seipsum prodit certis quibusdam notis & signis externis, & pro natura ac indole sua, talem effingit signaturam, figuram, proportionem & habitum, qualis à Sapientibus vult cognosci: quæ Signatura Magiæ Naturalis initium, & quasi alphabetum primumque elementum est. Ita præcipuè hæc pictura in hominis vultu & habitu cognoscenda est. Concurrit enim totius Naturæ signatura in Micro-Cosmo. Hic characteres Naturæ, & notæ hieroglyphicæ, certum

efficiunt sensum & sententiam, quæ à Sapientibus & huius scripturæ ac literaturæ naturalis gnaris probè intelliguntur. Nec enim mentitur Natura, aut falsum de se ipsa præbet testimonium: non decipit indagatores sui, modò Scripturam hanc probè discant intelligere. Cælum habet sua signa. Ignis, Aër, Aqua, Terra; Vegetabilia, Animalia, Mineralia, Metalla, suas habent signaturas: Angeli habent suas notas: omnes Prophetæ, omnes Apostoli, omnesque Sancti: imò Saluator ipse habet signum Filii Hominis Crucis figuram.

185 Etenim operibus suis cognoscitur puer, an mundum & an rectum sit opus eius. | Prou. 20 Vers. 11. | *Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.* 185

*Ex studiis suis*] Ex actionibus, tanquam charactetismo naturali, vel signatura. Nota: Tribus modis viri magni & præclari excitantur. I. insiti sunt præclaris ingeniis igniculi Diuinitus, quibus impelluntur ad res præclaras agendas, qui subinde sese exerunt & emicant ab ineunte ætate, vt in Iosepho Patriarcha apparet, in Dauide, Solomone, Daniele, Iosia, &c. Hi ab vtero materno selecti sunt prouidentiæ Diuinæ instrumenta, & operum DEI organa. II. Naturalis astrorum influentia, & astrorum fructus, quandocunque ad maturitatem peruenerunt, mundo beneficium aliquod naturale exhibituri, & ex thesauris suis producturi, (est enim omnis naturalis sapientia in astris) tale ingenium à prima conceptione inclinant, vndè varii, variis in rebus & facultatibus, prodeunt artifices. Hinc canit Poëta:

*Ingenium cæleste suis velocius annis*
*Surgit, & ingratæ fert malè damna moræ.*

Tertiò Cælum aliquod est internum in Homine, quod illuminatur S. Sancto, & Donis Spiritus sancti singularibus, FIDE & ORATIONE acquisitis. Hîc latet Spiritus Cabalisticus & schola philosophiæ sagacis Theophrasticæ.

186 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. | Prou. 11. Vers. 13. | *Qui ambulat fraudulenter, reuelat secretum: fidelis autem spiritu, celat rem.* 186

*Qui fidelis est*, &c.] Fide, oratione & taciturnitate multa acquiruntur mysteria cælestia & arcana naturalia. Proptetea Esaias Propheta canit cap. 24. vers. 16. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Et Dauid Psalm. 51, 8. incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Hinc etiam Apostolus Paulus, *In Christo Iesu omnes thesauri Sapientiæ & Scientiæ sunt absconditi.* Coloss. 2, 3. Igitur petite, quærite, pulsate. Hæc sunt verba illa ἄῤῥητα, ineffabilia paradysi & tertii Cæli, de quibus Apostolus, 2. Cor. 12, 4.

*Eximia est virtus, præstare silentia rebus*
*At contra grauis est culpa, tacenda loqui.*

Qui reue-

287 Qui reuelat ſecretum, incedit fraudulenter: & cum eo qui allicit labiis ſuis, ne miſceas te.

Prou. 20 Verſ. 19.

☞ *Qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter: & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.* 287

*Qui reuelat myſteria*, &c.] Quicunque ad ſecretiora ſiuè diuina, ſiuè naturalia aſpirat, neceſſe eſt, vt ad Conſtantiam, Grauitatem & Taciturnitatem ſe aſſueſcat. Tales cum ſint Myſteriorum reuelatores Angeli boni, procul fugiunt omnes inconſtantes, leues & garrulos: extremè inimici ſunt omnis inconſtantiæ, leuitatis & garrulitatis. Igitur tu quoque, fili Sapientiæ fugias eiuſmodi homines leues & garrulos, ne tibi ipſi exitium accerſas.

288 ☞ Multi homines miſericordes vocãtur, virum autem fidelem quis (facilè) inueniet?

Verſ. 6.

*Multitudo hominum prædicat vniuſcuiuſq; miſericordiam: virum autem veracem quis inueniet?* 288

*Multi homines miſericordes*, &c.] Hoc eſt multi homines & habentur & vocantur ſancti, ſed verè bonum & fidelem quis inueniet? Solus enim Deus intuetur corda hominum & diſcernit omnia fucata & ſimulata à ſinceris atque veris. Cautiſſimè igitur cum hominibus verſandum. Nulla etiam in amicitia peſtis eſt maior, quàm adulatio, blanditiæ & aſſentatio. Quam uis enim multis nominibus, hoc vitium eſt notandum: leuium hominum atque fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cic. in Lælio.

289 ☞ Ne (igitur) moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

Prou. 3. Verſ. 29.

*Ne cogites contra amicum tuum malum, quum ipſe habitet ſecurè tecum.* 289

*Ne moliaris*, &c.] Mens verâ imbutâ Sapientiâ, & Sophiæ filius, Medicus eſt humanæ ſocietatis, non euerſor. Animus enim generoſæ Sapientiæ capax, amans veritatis & iuſtitiæ eſt, inimicus verò omnis ſophiſticæ & iniuſtitiæ. Inprimis autem vtitur omni *ἐπιεικείᾳ* in tegendis & emendandis arcanis delictis proximi, tantum abeſt, vt nouis inſidiis, noua mala eidem ſtruat. Nullum eſt crudelius vulnus, inquit Sophocles, quàm falli ab amico: Offt ſeynd die nechſten die ſchädlichſten.

290 Eſt conflatorium argento, & caminus auro, ☞ at probat corda IEHOVAH.


Prou. 17 Verſ. 3.

☞ *Qui (enim) reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* 290

*Qui reddit mala*, &c.] Sicut gratitudo complectitur veritatem & iuſtitiam, quas DEVS amat; ita ingratitudo conflata eſt ex mendacio & iniuſtitia. Has peſtes cum DEVS acerrimè oderit, maximèque deteſtetur,

non dubium est, ingratos à DEO puniri. Est & illa vox Xenophontis memoria digna: *Homines non assuefacti ad gratitudinem erga benè meritos, postea fiunt ingrati aduersus* DEVM. *At probat corda* IEHOVAH] IGNE quoque crucis ac tribulationum scrutatur corda & renes. Nam IGNIS probat OMNIA. Et si DEVS reperiret cor fidele, vtique reuelaret ei secreta sua, ac largiretur ei Dona ac bona sua: **Er weiß wol/ wenn vnd wo er soll segnen oder hinderen.**

*Hic inseratur figura sexti gradus.*





# VI. GRADVS PROLOGETICVS SEXTVS EXPOSITVS.

291 ☞ VENERVNT mihi (Vir ſapiens atteſtatur) OMNIA BONA pariter cum (SAPIENTIA) illa, & innumerabilis honeſtas ☞ per manus Illius.

Sap.7. Verſ.11.

*Acceſſerunt autem mihi bona ſimul omnia cum illa, diuitiæque per manus illius innumerabiles.* 291

*Venerunt autem mihi,* &c.] Vide verſſ.314.315.334. & 338. *Per manus illius*] Per labores SAPIENTIÆ manuales Theoſophicos in Oratorio & Laboratorio, ſecundum Leges atq, Doctrinam Amphitheatri huius: non negotiatione mundana immunda. verſ.317. Vnde Pſalmus 128, 2. *Labores manuum tuarum manducabis.* Torrens redundans vena, ſeu fons SAPIENTIÆ, Prou.14,4.

292 Et lætatus ſum in omnibus: & quoniam antecedebat me iſtā SAPIENTIA, & ignorabam quoniam ☞ horum omnium mater eſt.

Verſ.12.

*Lætatus autem ſum in omnibus, quoniam eorum author eſt Sapientia: ego verò ignorabam eorum ipſam eſſe matrem.* 292

*Quoniam antecedebat me,* &c.] Quaſi diceret, Quoniam mecū erat theoricè & practicè: mecum Orabat, mecum Laborabat, verſſ.261, & 302. *Horum omnium mater eſt.*] Summa ſummarum: Qui filius DISCIPLINÆ non eſt, hoc eſt, TIMORIS DOMINI, is SAPIENTIAM veram (matrem omnium Bonorum atque Donorum DEI) non habet ſororem, non ſponſam: Cui hæc non amica, fruſtra Orat, fruſtra Laborat; quia non hauſit ſalutem & voluntatem à DOMINO, verſ.329.&, per conſequens, non

erit hæres Thesaurorum SAPIENTIÆ infinitorum. Quare in reductione ad Monadis simplicitatem esto totus: tunc consequeris. Vide Versſ. 157.158.& 213. & secundam huius Amphitheatri figuram.

Amicitia cum DEO.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 293 | Inexhaustus enim hominibus thesaurus est: quo qui sunt vsi amicitiam cum DEO coierunt, propter Dona Disciplinæ commendati. | Verſ. 14. | *☞ Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt ☞ Amicitiæ* DEI, *☞ propter* DISCIPLINÆ *dona cõmendati.* | 293 |

*Infinitus thesaurus*, &c.] Quia ipsa æterna, Immensa, Omnipotens, Infinita; cuius propterea thesauri inexhausti & infiniti. Ab initio Mundi semper dedit, dat hodie, nec deficit ei vndè in omne æuum largè dare vult ac potest. *Amicitia* DEI] Ita, vt fruiti sint, DEO Paterno, Fraterno, Amico; BONO Summo. Vide secundam Amphitheatri huius figuram. Ad hoc enim creati sumus, vt summum illud BONVM, ex sacrosancta Scriptura, Libro Naturæ Conscientiæque propriæ testimonio cognoscamus, contemplemur, amemus & veneremur: in hoc redempti sumus, vt eo semper fruamur. Hoc vnicum, hominis animum aliâs insatiabilem, abunde explere potest. O amicitiam fructuosissimam hanc! Nota: Amicorum omnia cum sint communia, quid non impetraret à DEO homo factus DEI amicus? Theosophicè annitere, vt DEI fias amicus; tunc in Spiritu & Veritate ieiunans Ora, tunc sapienter in iis quæ docet Amphitheatrum hoc Labora: & IEHOVAH aderit tibi, dabitque sine mora. Hausisti enim salutem & voluntatem ab amico, DEO: ab amica, SAPIENTIA. Est SAPIENTIA conciliatrix amicitiæ cum DEO instituendæ: quia hominem in Timore DEI iungit DEO: quo facto, impetrat in mysteriis Diuinis Naturæque secretis (Diuinitus, influentia, lumine & motu; aut per Magistrum Sapientem, quem tibi mittit DEVS, aut te ei, verſ.32.) benè velle, nosse, esse & posse à DEO. Vide verſ. 299. *Propter Disciplinæ*, &c.] Propter TIMOREM DEI: qui initium SAPIENTIÆ, verſ. 210. commendans nos DEO.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 294 | Mihi enim dedit DEVS, eorum, quæ sunt in Natura veram cognitionem, vt Mundi cõstitutionem, vimque Elementorum intelligam. | Verſ. 17. | IPSE *enim dedit mihi horum, quæ sunt* SCIENTIAM *veram; ☞ vt sciam ☞ dispositionem Orbis Terrarum, & ☞ virtutes Elementorum.* | 294 |

IPSE *dedit mihi*] Vide supra verſ. 187. *Vt sciam*] Quæ, Qualia, & Quanta? Non Diuinorum duntaxat mysteria, verum etiam OMNIA,

sicuti

ſicuti ex ſequentibus patebit. At quomodo? iterum quæres. Immediatè, reſpondeo, & mediatè, iuxta DEI liberrimam voluntatem; Et quidem; TheoSophicè; Phyſicè; PhyſicoMedicè; PhyſicoChemicè; PhyſicoMageicè; HyperphyſicoMagicè; Cabalicè; Lege atque Doctrina Amphitheatri huius totius. Sunt vocabula, quæ recenſui, pauca, attamen eorum ſenſus latiſſimè ſeſe diffundit. Definitiones petis: rectè: do. THEOSOPHIA *eſt Theologia, in ternario*, (hoc eſt, Biblicè, Macro & MicroCoſmicè) *Catholica*, IEHOVÆ *Mirabilis mirifica*, (verſ. 157. Vox DEI in Omnibus, per Omnia, de Omnibus, ad Omnes. (verſ. 35.) PHYSICE *eſt Mundi vtriuſque, hoc eſt, Maioris totius, & Minoris*, (ſecundum Corpus & Spiritum, quæ habet ex Macrocoſmo) *Traditione, Natura & Arte, Vniuerſaliter, ex & in ſacroſancta Scriptura, Lapide Philm. & Nobisipſis; Particulariter ex & in partibus vtrorum; cognitio & tractatio*. PHYSICOMEDICINA *eſt ars cognoſcendi Librum Naturæ* (Macro & MicroCoſmicè) magnum: ita, vt legere poſſis (tā vniuerſaliter, quàm particulariter) Temetipſum in Mundo maiore; & contra Mundum maiorē in Teipſo: ad humani corporis ſanitatē tuendā, morboſque profligandos (v. 297.) PHYSICOCHEMIA *eſt ars, methodo Naturæ Chemicè ſoluendi, depurandi & ritè reuniendi Res Phyſicas; Vniuerſali; (* MacroCoſmicè, Lapidē Philm. MicroCoſmicè corporis humani partes: abſit tamē calumnia de priſtina figura reddenda) *& particulares, globi inferioris*, OMNES. MAGEIA *Vetuſtiſſimorū Sapientū* (qui Perſis Magi, Græcis *Philoſophi*, Latinis *Sapientes*, Indis *Gymnoſophiſtæ*, Græcè & *Brachmanes*, Ægyptiis *Sacerdotes* & *Mekubales*, Hebræis *Prophetæ* & *Cabaliſtæ*, Babyloniis, nec nō Aſſyriis *Chaldæi*, Gallis Celtis *Druidæ*, & Bardi & *Semnothei* appellabātur) VNIVERSALITER *ſumta, idem quod ſtudium apud Hebræos Cabalæ ſummè perfectum & abſolutum, cum in Diuinorum cultu, Spiritualium tractatione atque cum iis conuerſatione, & Naturalium inueſtigatione, piè ac ſapienter conſiſteret*: Quamuis hi, in vno eodemque ſtadio, Duce benigniore, longè præcurrerent illos. At, PHYSICOMAGEIA (opus tantum de Bereſith, hoc eſt, Sapientia Naturæ, verſ. 162.) eſt Naturali artificio (Macro & MicroCoſmicè) mirifica prácticandi ratio. HYPERPHYSICOMAGEIA (reſpectu Naturalis & Doctrinæ cauſa, ſic dicta) eſt cum Angelis bonis, flammeis DEI miniſtris, ſub modo delegatæ à DEO adminiſtrationis, tam vigilādo quàm dormiendo, mediatè & immediatè, pia & vtilis conuerſatio. CABALA eſt Diuinæ reuelationis, ad ſalutiferam DEI, & Maſchiah agnitionem; Formarum ſeparatarum, Naturæ (in Macro & MicroCoſmo) noſtriq; ipſius cognitionem, vnionem, & fruitionem; necnon SS.* Scripturæ intellectum verum; vel immediatè, aut medio conueniente) quo Diuina humanitus ſentire poſſimus) tam Vniuerſaliter quàm Particulariter, TheoSophicè ſortita, Symbolica RECEPTIO. En habes. Expoſitiones neceſſarias & ſufficientes, ſuo (DEO iuuante) tempore, filiis Doctrinæ abundanter exhibet Amph. hoc noſtrum Philoſophicè explicatum. Hiſce, in præſentia, contentus eſto: nec calumniare, quæ neſcis. De Mageia, Alchemia, Cabala, Vir aliàs in Diſciplinis communioribus ſatis doctus, (nomen reticeo, vt honori ipſius conſulam) admodum ieiunè cenſuit in ſuis poëmatibus. **Ein jeder judicirt von einem Dinge wie er es verſtehet.** Tales miſericordiam potius merentur, quàm reprehenſionem. Nihil enim ſcom-

Huc pertinet Signatura.

Diuinum Cabalę ſtudium.

mata illorum derogant veritati; cum potius tangant abusum (qui non tollit rei substantiam) quàm vsum legitimum ac verum, quasi opificis defe-ctus tendere debeat in artis indignitatem. Eodem modo posset etiam (sed quonam iure?) inuri nota hæresium SS^æ Scripturæ. ADDO: Quæratal-liquis: Vndenam habes, quæ in Amphitheatro hoc tuo nobis proponis? Cum Sapiente nostro ingenuè respondeo, (& quidem eò lubentius, vt satisfaciam Aristarchis quibusdam, nec tamen quicquam à me arroganter dictum volo, de quo in optima & solenniori iuris forma protestor) MIHI, (omnium Philosophorum minimo) DEDIT DEVS: A DOMINO ACCEPI: tam immediatè, quàm mediatè. Atquomodo quæso, iterum inquies? Dicam. Audisti antea, nimirum, Theo Sophicè, Physicè, Physico-Medicè, &c. vt supra. Nam Ego, ad scrutandas res altissimas ardore ingente, igne Diuino inflammatus, Philosophorum variorum populorum, tam vetustissimorum & veterum, quàm Neotericorum monumenta, Symbolicè aut mysticè, hieroglyphicè, figuratè, ænigmaticè, parabolicè, allegoricè, arcanè, secretè vel manifestè, sculpta, picta, scripta (domi & foris) ego ipse & per alios (emptione, commutatione,) &c. prout fieri potuisse tempus & occasio concedebant, conquisiui, perlustraui: Libros Theo-Sophorum, Cabalistarum, Magorum, Physico-Chemicorum, hoc est, verè Sapientum, nec non Ethnicè Philosophantium non illuminatorum aut Sophistarum euolui, relegi & iterum legi: suspiriis votisque Christiano licitis atque concessis optaui, inuocaui, oraui, aperuit (res ipsa loquitur) qui solus dignus IHSVH SAPIENTIA PATRIS, non solùm hosce, quos dixi, verùm etiam Librum DEI in ternario Catholicon, qui est, SS.^a Scriptura, & Mundus vterque, maior & minor, remouitq; signacula eius, (vers. 223. & figura Amphitheatri huius secunda) ita, vt Liber Librum adhuc de die in diem explicet atque interpretetur. In officina Vulcani, ab anno inde vsque ætatis meæ decimoquinto, indefessè laboraui, sumptibus (certè) non exiguis, tamen (gratia DEO) propriis, solus & cum sociis, fidelibus mihi ac infidelibus, iam dextrè, iam sinistrè: quomodo enim benè, qui nunquam malè? Docuerunt, quæ nocuerunt. Obseruaui, quæ Natura (obstetricante Arte) docebat: ô fructuosissimam Cabalam Physico-Chemicam hanc! sermones, labores, cum meos tum aliorum mentisque præsagæ conceptus, sedulò annotaui. Quando vos pigri patres stertistis, ego laborans vigilaui. Meditatus sum gnauiter die ac nocte super hisce quæ videram, legeram, audieram, didiceram; stans, sedens, deambulans, recumbens, ad Solem, ad Lunam, ad ripas, flumina, in pratis, montibus, syluis, nemoribus, etiam ad lampadem siuè candelam ceream, in camera (ad recreandum spiritus animales cerebri) suffumigata, patheticè me mouentem: vixi ac contuli (à quouis enim discendum non ineptè rebar) cum senibus, iuuenibus; Religiosis & laicis; (non loquor pueriliter, aut aniliter, sed scientificè) cum Principibus, & alto stemmate natis; doctis atque indoctis; simplicibus, & pelle vulpinâ tectis; prudentibus; insipientibus; rusticis ac idiotis, cum diuitibus, pauperibus, cum Theo-Sophis atq; Theo-Sophistis; bonis, malis; albis, nigris: (obscientiam saltem cognitionis, non approbationis: non enim scientia mali, sed vsus damnat (cum theoricis aut contemplatiuis exercitatis, practicisque exper-

tis; cum

tis; cum mechanicis, quorum officinas frequenter visitaui; So wol mit den weit vnd tieffgelehrten, hoc est, nauris atque montanis. (credendum enim vnicuique in suo arte perito) als hochgelehrten: cum Iudæis, Christianis, sectariis, imò atheis; audiui omnes, spernebam nullum: Bonum feci vultum (iuxta Raimundi consilium vtilissimum) iis, qui vadunt per mundum; nam non pauca bona reperi apud nonnullos: sub purpura, serico, & holoserico (fatear veritatem) interdum latuisse stultitiam, contra, sub pallio sordido nonnunquam Sapientiam, non semel sum expertus. Non pudeat te pauperis Sapientis, aut malè vestiti, suadeo: Succurre egeno, te non pœnitebit. TheSophicè consului DEVM, & obseruaui eum loquentem ac respondentem in SS.ª Scriptura, Naturâ, Memetipso. cuius SPIRITVS sancti monitis ac ductu habebam donum discretionis Spirituum, (1. Corinth. 12, 10.) & sensum ac discretionem boni ac mali, (Hebr. 5, 14.) vt Bonum (quod propono) retinueram, malum (quod expurgaui) reieceram. Sum diu peregrinatus; inuisi alios, quos experientiâ aliquid scire aciudicio valere confirmato autumabam, nec semper frustra: nam IEHOVAH, mihi benigno, corda eorum sic mouente, disponente ac inclinante, de mysticis, arcanis, secretioribus (ouantes nonnulli se nactos Doctrinæ filium, attentum, & veritatem sitientem) absque velamine mecum amicè disputarunt ac contulerunt: Musæa & Bibliothecas perlustrare, Laboratoria contemplari, labores aspicere, non inuiti concesserunt; quæ sumptibus magnis laboribusque Herculeis plurimos per annos indagassent, fraternè manifestarunt: Præparata, (inter quæ DEI, DEVM testor, ordinatione mirabili, ab vno habui LEONEM VIRIDEM Catholicon, & SANGVINEM LEONIS, hoc est, AVRVM non vulgi, sed PHILOSOPHORVM; oculis vidi meis, manibus tetigi, linguâ gustaui, naribus olfeci: ô quam mirabilis DEVS in operibus suis!) præparata, inquam, dono dederunt, quibus apud proximum meum egenum, in casibus desperatissimis, fructuosissime sum vsus; & modos præparandi (IEHOVÆ instinctu misericordis) sincerè reuelarunt. Ita oportuit, iuxta Pauli. 1. Thess. 5, 21. doctrinam, *omnia probare; quæ bona tenere.* Ita oportuit me discere, addiscere, philosophari: nam pars minima horum in Vniuersitatibus Academicorum docetur & discitur. In Vniuersitate DEI Peripatheticè, hoc est, circumambulatoriè nobis studendum atque discendum. Hæc methodus mirabilis; quâ, dedit Mihi DEVS Mirabilis; hæc viâ, quâ, (vt scirem, non opinarer) ambulaui. (versſ. 28, & 157.) Quis dedit? Solus, inquam, DEVS, immediatè & mediatè: subdelegatè tamen Natura, Ignis, Ars, Magistri tam viui, quàm muti; corporales & spirituales boni, vigilando ac dormiendo. (versſ. 32. & 157.) Quapropter in humilitate Christiana, cum Virgine beata animo grato iure cano: *Fecit mihi magna, qui potens est,* Luc. 1, 49. Dicoque cum Propheta Regio: *Miserator & Misericors* DOMINVS, *Longanimis & multum Misericors. Non in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem Cæli à Terra, corroborauit Misericordiam suam, super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misericors est* DOMINVS *timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus*

quomodo factus sit Mundus, Vide verſ. 150. cum aliquot ſequentibus. Si E N S Catholicon triunum primum, de quo fig. Amph. huius tertia, ritè conſideraτes, eiuſque reliquias, quas D E V S Catholicè poſuit atque concluſit in maſſam peculiarem, reſeruauitque in vſus Theo-Sophicos Sapienti, Phyſico Chemicè ſcites tractare in Laboratorio, ad ſenſus (ſic enim voluit & ordinauit D E V S, experientia teſte) tibi appareret Mundi E L O H I M C R E A T O R I S artificium conſtituendi, (non dico, creandi) mirabile totum. Hinc noſſe diſcito, quæ ſit M A G N E S I A Phil. Phyſico-Chemicorum Catholici ſui Catholica. Vnum ſi per totum noueris, etiam alterum. Tunc intelliges, quæ annotaui verſſ. 28, 157, 162. & quarta Amphitheatri huius figura, vbi de Lapidis Philoſophici egi vſu triuno. Hæc videre, eſt non niſi Sapientis. Propter mundi ingratitudinem inuitus cogor (D E V M teſtor) digito compeſcere labellum. Attamen filiis doctrinæ figuris Amph. huius ſecunda & tertia fideliter inſeruiui, inſeruiamq; ſequentibus hiſce. Nam ** *Virtutes Elementorum*] Et fructuum eorum, quos produxerunt, Gen. 1. Hos te quoque docebit vſus Phyſico-Medicus, analyſi Phyſico-Chemica præparatoria præmiſſa.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 295 | Initium, exitum, mediumque temporis, ☞ ſolſtitiorum viciſſitudinem, ac ☞ tẽpeſtatum varietatem, | Verſ. 18. | ☞ *Initium & conſummationem & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & conſummationes temporum,* | 295 |

*Initium & conſum.*] Hoc ex Aſtris, tanquam Alphabeto Cæleſti, à Magiſtro exercitato Aſtronom. & Aſtr. legi ac ſciri poteſt. Sunt enim in ſigna, Tempora, Dies & Annos, Gen. 1, 14. *Solſtitiorum viciſſitudines.*] Verſionum mutationes, h. e. Solis conuerſiones, quæ ſunt duæ; vna hyberna, quá ad nos accedere incipit: altera æſtiua, quâ non vltrà progreditur, ſed ad inferiores circulos (docendi cauſſa excogitatos) recedere incipit. Solſtitia duo appellantur ἡλίου τροπαὶ, *Solis verſiones*, & *tropici* nuncupantur. *Tempeſtatum varietatem.*] Commutationes temporum. Huc refer Ephemerides Aëris perpetuas Mizaldi; & Prognoſticon Meteorographicon perpetuum Sculteti. Item, Bauwern practica & obſeruationes. Sie fehlen nicht allezeit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 296 | ☞ Anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, | Verſ. 19. | ☞ *Morum mutationes, & diuiſiones temporum, Annorum circuitus, ac ſitus ſtellarum:* | 296 |

*Morum mutationes*, &c.] Temperamentorum humanorum corporum, quæ ad diſpoſitionem & conſtitutionem Cæli & conſtellationum variantur, mouentur, inclinantur. Imò actiones hominum aut redduntur iiſdem difficiliores aut faciliores: quia omnia, quæ ſub Sole ſunt, ſuum habent peculiare tempus certis deſtinatum actionibus. *Anni curſus.*] Annorum circulos, ſiuè circuitus, ac ſiderum poſitiones. Eam Solis repetitam conuerſionem, quæ annos conficit, vulgò annorum reuolutionem appellant.

297 ☞ Naturas animaliũ, & ☞ iras bestiarũ, ☞ & vim vẽtorũ, & ☞ cogitationes hominũ, ☞ differentias virgultorũ, & ☞ virtutes radicum.

Vers. 20.

*Naturas Animalium, irasque bestiarum, ventorum vim, & cogitationes hominum, differentias plantarum, radicumque facultates.* 297

*Naturas animalium,* ] Consule sequentia. *Iras bestiarum,* ] Impetus ferarum iracundos. Quidam affectus vertunt, accipientes genus pro specie. Nam θυμοειδὲς, est illa pars in bestiis atque hominibus, in qua est sedes iracundiæ, itaque vim irascibilem in bestiis intelligit. *Vim ventorum* ] Generationes, proprietates, virtutes ac operationes ventorum: Aëris salubritatem, & insalubritatem. *Cogitationes hominum* ] Hoc etiam nostra ætate (testor SAPIENTIAM ipsam) à SAPIENTIA vera, per pedissequas suas fideles dilectas, hoc est, Scientias & Artes bonas secretiores (versſ. 74. & 190.) Theosophicas, concessum fuisse hominibus nonnullis piis & bonis (inter quos columna Imp. Rom.) mihi non ignotis, sed admodum familiaribus, probare possem testimoniis veris ac certis, nisi loco reseruarentur commodiori: CLAVI fortassis secretissimæ Amphith. huius. At, inquies, (vt etiam v. 264.) DEVS solus, qui καρδιογνώστης, talia scit? Verũ est. Sapiens ipse sapienter tibi respondet, vers. 268. *Differentias virgultorum,* &c. ] Doctrina de SIGNATVRA Rerum Naturalium (quæ ARS SIGNATA) plurimum hîc locum habet: Signis enim indicantibus Diuinitùs iis impressis atque annexis cum hominibus colloquuntur, vires facultatesque declarant, seque quales sint, magnificè exponunt. Hac scientiâ ductus Adam, primus omnium nostrorum parens, imposuit cunctis animantibus Terræ & vniuersis volatilibus Cæli, nomina sua Essentialia & propria, Genes. 2, 19. Ancillante hac Salomon (luce Naturæ in se exorta) disputare potuit super lignis à Cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, & disserere de iumentis & volucribus & reptilibus, & piscibus. 3. Reg. 4, 33. Hoc ALPHABETVM in Naturæ libro PHYSICOMEDICVM, quod qui discere respuit, monoculus manebit & claudicans in Medicina. Hoc Philippus Theophrastus Paracelsus (reuera *Germanicus Asclepiades,* vti verissimè de eo testatur *Petrus Ramus*) à tenebris obliuionis in lucem fructuosissimè reuocauit: Iohan. Baptista Porta Neapolit. in Phytognomonicis aliquo modo explicuit: Ego (post Paracelsum primus omnium, Phytognomonicis Portæ in Germania nondum extantibus nec visis (ex consilio & decreto amplissimi Collegii Medici in Basileensium Academia pro Doctoris gradu in Medicina consequendo, IEHOVAH summo iuuante, Thesibus affixis viginti octo, publicè docui atque defendi, Anno Christi 1588. die 24. Augusti; defendamque pro viribus in gloriam atque honorem DEI Mirabilis (auxilio eiusdem) donec vixero. Non sunt nugæ, quæ Physicus de rerum Naturalium SIGNATVRIS profitetur: nugæ sunt, quæ nugiuendulus quidam contra nugatur. *Virtutes radicum* ] Analysis PhysicoChemica multum in hoc adiumenti præstare potest.

| | | |
|---|---|---|
| 298 Omnia denique quæ ſunt recondita & aperta cognoui: nam omnium Artifex Sapientia me docuit. | Verſ. 21. | ☞ *Et quæcunque ſunt abſconſa & improuiſa didici:* ☞ *Omnium enim Artifex docuit me* S A P I E N T I A. 298 |

Myſtica arcana, & ſecreta reuelat SAPIENTIA DEI.

*Quæcunque ſunt abſconſa*, &c.] Myſticè, arcanè, ſecretè, in SS.ª Scripturâ, in Naturâ, & denique in vita communi. *Omnium enim artifex docuit*, &c.] Tam mediatè quàm immediatè, per ſpecula; & dormiendo ac vigilando, etiam per ſortes. At quibus, quæſo auxiliis, vel quomodo? Reſponſum ſufficiens accipis paſſim in Prologo hoc, figuraque Amphit. huius quarta. Docè me, obſecro, *Ruach Hhochmahél*, Spiritus S A P I E N T I Æ D E I verſſ. 1. & 223.) à te ſolo (in poſterum, ſicut hactenus) erudiri, inſtitui ac informari cupio, ſitio, opto. Vos qui eſtis myſteriorum D E I percontatores ſecretorumque Naturæ reconditorum inueſtigatores, imò omnium quæ ſunt abſconſa & improuiſa, vos, inquam, fraternè admoneo, vt nequaquam accedatis Nigromanticos, Spiritus malignos, familiares diabolicos in Angelos lucis ſe transfigurantes, 2. Corinth. 11, 14. fugite, fugite (ſuadeo) iſtos: cum S A P I E N T I Æ veræ ſtudio venient vobis O M N I A Bona (verſ. 291.) Hanc Lege & Doctrina Amphitheatri huius quærite vnicam, hanc audite ſolam: Nigra cum ſuo magiſtro orco linquite. Danielicè diſcitote rerum abſconditarum reuelationes quærere apud D E V M, cuius methodum reperietis Dan. 2, 17. & ſequentibus. Item, Fig. Amphit. huius quarta.

| | | |
|---|---|---|
| 299 Et cum (S A P I E N T I A) ſit ☞ vna ☞ O M N I A poteſt: & in ſe permanens omnia innouat: & ☞ per nationes in Animas Sãctas ſe ☞ trãsfert. ☞ & Amicos D E I & ☞ Prophetas conſtituit. | Verſ. 27. | *Quum autem Vnica ſit, omnia poteſt: in ſeipſaque manens innouat omnia, ac ſingulas per ætates in ſanctas ſe trãsferens animas, amicos* D E I, *Prophetaſque efficit.* 299 |

*Vna*] Vnius D E I omnipotentis vnica, verè catholica, hoc eſt, vniuerſalis; quamobrem O M N I A poteſt in O M N I B V S, & in O M N I A. Res mira, obſeruatuque digna, quod propterea poſſit O M N I A, cum ſit V N A, vel vnica. ô mirum ſuper omni mirum, T R I V N V M O M N I A, verſ. 303. *Per Nationes*, &c.] Non eſt D E V S acceptor perſonarum, ſed in omni gente, populo aut Natione, qui timet eum & operatur Iuſtitiam (hoc eſt, declinat à malo, & facit bonum, Pſalm. 37, 27.) acceptus eſt illi. Actor. 10, 34. & 35. Hæc Religio Catholica, verſ. 184. Hoc omnis homo, Eccl. 12, 13. Huic qui nomen dederit ſuum, etiamſi olim non circumciſus, nec hodie baptiſatus (de iis loquor, qui vixerunt & viuunt extra cœtum Eccleſiæ viſibilem: non enim priuatio Sacramentorum damnat, ſed contemptus: eſtque Baptiſmus non tantum fluminis, verùm & flaminis, hoc eſt, Ignis Spiritus D E I Mirabilis, cuius viæ imperſcrutabiles, admirandus: nullique ad Imaginem & ſimilitudinem D E I formato inuidẽdus) Amicus fit D E I, & par-

ticeps SAPIENTIÆ veræ; efficacia SAPIENTIÆ Æternæ, Omnipotentis, Misericordis (olim) incarnandæ, & (in plenitudine temporis) incarnatæ, hoc est IESVH CHRISTI crucifigendi & crucifixi, Saluatoris Catholici in Omnes. Exemplo sunt non Ethnicè, non impiè, quamuis inter Ethnicos seu impios viuentes innumeri. Qui, si DEI amici non fuissent, haud quaquam SAPIENTIÆ thesauros inexhaustos (quorum passim in hoc Prologo fit enumeratio) ex gratia Diuina possedissent. *Se transfert*] Rectè igitur est (vt supra ex Capnione allegauimus) Spiraculum DEI & Illustratio Diuina datur à DEO, mittitur, non discitur arte quâdam humanâ, seu humanitus: quamuis pro ea à DEO impetranda ceremonias quasdam TheoSophicas, non damno, h.e. Diuino-Magicas, de quibus publicè fari nefas summum. *Amicos* DEI] Amicus cum sit, quemadmodum rectè dixit Cicero de Amicitia, tanquam alter idem, verum quoque est Capnionis, lib. de Verbo Mirifico, hoc, quod homo vnitus DEO, fiat quasi DEVS humanus, vel quasi homo Diuinus. Vide vers. 293. Poteris, mi frater, amicus factus DEI, Influentiâ, Lumine & Motu Spiritus SAPIENTIÆ repletus, illustratus & ductus, fieri atque esse (absit inuidia dicto) tuus ipsissimus vel Hermes Trismegistus, aut Bezeleël, Achaliab, Pythagoras, Socrates, Plato, Democritus, Hippocrates, Geber, Calid, Haly, Morienus, Parmenides, Homerus, Virgilius, Ouidius, Raymundus, Arnoldus, Isaac, Vlmannus, Bernhardus, Paracelsus, Zacharius, &c. ita, vt haudquaquam egeas auxilio vel consilio librorum chartaceorum eorum, quos antea, ob ignorantiam tuam, fueras admiratus. Bibis enim ex vno eodemque SAPIENTIÆ Oceano, è quo Sapientes omnes: vnde, sicuti tu hactenus secutus fuisti alios, ita posteri te sint secuturi. A Pimandro, h.e. Mente Diuinæ potentiæ (θεοδιδακτικῶς) institueris, vt dicere possis cum Dauide ex cap. 23. lib. 2. Sam. vers. 2. *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Non sunt Philosophi auctores, sed interpretes duntaxat Naturæ, librique illius magni, **Einer aber hat es besser troffen / dann der andere / Ein jeder nach seinem** dono. Etiam si amissi essent libri chartacei omnium omninò omnes; tamen scientiæ & artes Methodo possent restitui hac TheoSophicâ. Nam qui primum docuit, is & te, amicum sibi factum, amicè docebit; quia vult, promisit enim: semper dedit, nec ei deficit, vnde semper dare potest. Et si, vt scripto quodam peculiari docuit vir doctus & pius Michael Neander, iuuenis vel homo sedecim annorum, methodo suâ humanitus potest institui, vt euadat in Philosophum perfectum Academicum: quantò magis hoc præstare poterit ille, à quo omne bonum, qui est donorum largitor, methodo suâ Christiano Cabalistica, ac Diuino-Magica, vt euadas (quemadmodum docent exempla multa) in Theosophum perfectum seu absolutum. Vide versf. 10. 187. 342, OIEHOVÆ SAPIENTIA, *Hhochmahel*, cui delitiæ esse cum filiis hominum, vers. 157. *Laua me* (vers. 222.) *& mundabor*; esto mihi; in me lætare mentique te iunge meæ, vt amicus sim DEI, læter in te, & transmigrem totus in DEVM. *Prophetas constituit*] Reuelationes Diuinas patientes, earundemque interpretes futura prædicentes, propriè Prophetæ aut Vates dicuntur. Imbuuntur autem Prophetæ ad prophetandum, per Angelorum apparitiones & institutiones; per visiones; ænigmata, figuras;

verbo

verbo claro & expresso, interno afflatu Spiritus DEI, tam vigilantes quàm dormientes, immediatè & mediatè, oracula DEI accipiendo. Vide cap. Numeri 12. & figuram Amphitheatri huius quartam. Dices: *Spiritus quomodo discernam?* Audi: Donum DEI est discretio Spirituum, 1. Cor. 10, 10. SPIRITVS Boni notæ sunt VERITAS, quâ omnia sua sigillat DEVS. (Est enim EMES, VERITAS, DEI sigillum, fig. Amph. huius prima) & PIETAS, cùm ad obseruantiam vnius DEI & veræ pietatis studium quosuis inducit: Mali, MENDACIVM & SEDVCTIO à DEO VERO: & quamuis interdum suadeat, dicat vel faciat vera, non tamē pugnent (quod ad vsum & finem) cum lege Diuinitus tradita in SS[a] Scriptura, Natura & Conscientiis nostris. De hoc vide & lege cap. 13. Deuteronomii. Quicquid agis, Theo-Sophicè age, & respice DEVM, Proximi Charitatem, & conscientiam propriam: hoc prudenter agere, respicereque finem. Obiicis; Bonis semper sese immiscet nequam ille versutus, qui se transformat in Angelum Lucis, & seducit incautos & simplices. Respondeo, Scimus ex verbo DEI, officiorum Angelorum DEI Bonorum esse, defendere pios siuè DEVM timentes ab hostibus suis, ac custodire ab omni malo. Psal. 34. vers. 8. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Psal. 35. vers. 4, 5. & 6. *Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur, cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti; & Angelus Domini coarctans eos. Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.* Et Psal. 91. vers. 10. & seqq. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Hisce cōnfisus aggredior DEVM orando, obseruans DEVM mihi respondentem.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 300 | Neminem enim diligit DEVS, nisi qui cum Sapientia consuetudinem habeat. | Vers. 28. | *Neminem enim diligit DEVS, nisi eum, qui cum SAPIENTIA inhabitat.* | 300 |

Vt diligat nos DEVS quærimus SAPIENTIAM.

*Neminem diligit* DEVS, *nisi*, &c.] Perculsit (DEVM testor) animum meum, dum legebam, Vox hæc Sapientis. DEVS bone, quid hoc est? neminem diligere DEVM, nisi eum, qui cum SAPIENTIA inhabitet: Inhabitat autem cum SAPIENTIA, non nisi in viis eius qui ambulat; qui DEVM ex toto corde amat, & Proximum sicut seipsum; qui primùm & ante omnia quærit regnum DEI; qui timet DEVM, & operatur iustitiam, hoc est, TEOSOPHVS, qui solus veræ SAPIENTIÆ incola, dominæ suæ mirificæ obediens, eique soli totus (Corpore, Spiritu & Animâ) deditus ac seruiens: aut saltem ita studens, vers. 1. Totum requirit hominem. Non potest quis dominis inseruire duobus; SAPIENTIÆ Æternæ, & mundo immundo. Es heist in studio hoc tam pio tam sancto, tam honestè fructuoso, & proximo, & nobismetipsis: Mundus Freund/ DEVS Feind/ & contra. Iacob. 4, 4.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 301 | Cum placuerint Do- | Prou. 16 | *Quū placuerint* IEHOVÆ | 301 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | MINO viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. | Verſ. 7. | *viæ viri, etiam inimicos eius pacatos reddet ei.* | |

*Cum placuerint*, &c.] Vt placeas DOMINO, in viis SAPIENTIÆ (verſ. 7.) ambula: neminem enim diligit DEVS, niſi quicum SAPIENTIA inhabitat, verſ. 300. Et tunc coget DOMINVS inimicos tuos pacem inire tecum: aut eoſdem diſperget per Spiritum virturis ſuæ, vt eſt Sap. 11. verſ. 21. Quare Achor dux filiorum Ammon, Iudith. 5, 17. & 19. *Non fuit*, inquit, *qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu* DOMINI DEI *ſui*. Quotieſcunque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe à culu DEI ſui, dedit eis DEVS virturem reſiſtendi.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 302 | Eſt enim perita Scientiæ DEI, atq; ei initiata, eiuſq; operum electrix. | Sap. 8. Verſ. 4. | *☞ Doctrix (etiam) eſt DISCIPLINÆ DEI, & electrix operum illius.* | 302 |

*Doctrix*, &c.] Doctrix, electrix, & inuentix Scientiæ operum DEI, & quaſi quædam Sacerdos atque Magiſtra artificioſiſſima, tam myſteriorum SS^æ Scripturæ, Naturæque ſecretorum inueſtigandorum & inueniendorum, quàm DISCIPLINÆ, h. e. TIMORIS DEI. verſſ. 14, 5. & 158.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 303 | Quod ſi diuitiarum eſt in vita poſſeſſio deſiderabilis: quid SAPIENTIA, omnia operante, locupletius? | Verſ. 5. | *Et ☞ ſi diuitiæ appetuntur in vita; quid SAPIENTIA locupletius, ☞ quæ operatur OMNIA?* | 303 |

OMNIA dat SAPIENTIA.

*Si diuitiæ appetuntur*, &c.] Non tamen vt inde ſuperbias, aut rem facias mundanè mundanam; ſed vt honeſtè viuas, ſisque Eleemoſynarius DEI; in hoſpitiali hoc magno, ſubueniens Proximo tuo egeno. Si in hunc finem optas diuirias, ſapienter adi SAPIENTIAM veram: dabit ex laboribus manuum tuarum SAPIENTIÆ in LABORATORIO Sapientibus, vnde tu quoque dare poteris, vice DEI. Vide verſſ. 291, 317. & 319. Diuitiæ, per SAPIENTIÆ labores, Donum DEI, verſ. 326. *Quæ operatur* OMNIA.] Quia eſt OMNIA in Omnibus, & in Omnia. verſ. 299. verborum horum paucorum ſenſus eſt latiſſimus, imò infinitus. Mentis labores, iuxta Amphitheatri huius doctrinam, hîc Theo-Sophicè exerce; experiêris mirabilia. Vide verſ. 137. Ex cognitione, poſſeſſione & fruitione horum, Philoſophi veri mundum contempſerunt immundum. Hinc vox Morieni Romani: *Omnes qui* OMNIA *ſecum habent, alienis auxiliis non indigent.* Et Philippi Theophraſti Paracelſi: *Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.* Aurea libertas.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 304 | ☞ Si autem ſenſus operatur: quis horum quæ ſunt, | Verſ. 6. | *Si autem Prudentia agit, atque opera efficit: quid illa in* | 304 |

magis

magis quàm Illa est ☞ artifex?

*rerum natura artificiosius est?*

*Si autem sensus*, &c.] Si sensu, ratione, prudentiâ, intellectu, arte aliquid præstari aut effici potest, quid ILLA (quæ dat, scit, intelligit & operatur OMNIA) in rerum Natura artificiosius est, aut reperiri potest? *Artifex.*] Est enim (comprobante Experientia) effectrix eorum omnium, quæ sunt ac fiunt Bona, aut in Natura, aut vita. Hanc, igitur, præficias Tibiipsi, nec non Oratorio ac Laboratorio tuo: vt tibi præsit Spiritus familiaris, te doceat, ducat, custodiat, benèque nosse, velle, esse & posse largiatur in OMNIBVS.

305 Si verò Iustitiam quis diligit: labores huius virtutes sunt: Temperantiam enim docet, & Prudentiam, iustitiam ac fortitudinem quibus nihil est hominibus in vita vtilius.

Vers. 7.

*Et ☞ si IVSTITIAM quis diligit; labores huius magnas habent virtutes: ☞ Sobrietatem enim & PRVDENTIAM docet, & ☞ IVSTITIAM & VIRTVTEM; ☞ quibus vtilius nihil est in vita hominibus.* 305

*Si Iustitiam quis diligit*, &c.] Si amat quis id, quod est iustum ac æquum (vers. 81.) mediante SAPIENTIA possidebit; vt vers. docetur 39. & aliquot sequentibus. Versatur enim ILLA in conformandis quoque hominum moribus atque virtutibus comparandis, Decalogo eos conformes viuere studentes faciens. *Sobrietatem.*] Quæ ianua est omnium virtutum. Anima sicca, prudentissima. Mens obœsa, tendens deorsum non sursum. Crapula (quam Diabolus concacat in bibulorum cerebella) fœdius quid omnibus latrinis. vers. 79. Audi Paulum ad Ephes. 5, 18. *Nolite*, inquit, *inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis Spiritualibus in cordibus vestris* DOMINO: *gratias agentes semper pro omnibus in nomine* DOMINI *nostri* IHSVH CHRISTI, DEO *& Patri.* Hæc ille. Ieiunium Christianè institutum eum abstinentia à nimio cibo & potu illicitisque voluptatibus, cum luctu & humilitate animi, peccatorum confessione & precatione Diuinam Clementiam simpliciter ambiente, est instar scopatum, quibus euerrimut atque purgamut pro aduentu SS[ti] hospitis, in templum suum Catholicon (figura Amphitheatri huius secunda, & vers. 218.) triunum, Microcosmicon, renouatum. Domat enim IEIVNIVM carnem; humilitatem parit, fugans temeritatem; Castitatis lumen accendit; Intellectum acuit; eleuat Mentem; salubria consilia administrat; fugat morbos; & impetrat (ex gratia) gratiam Diuinam. *Iustitiam.*] Illam; quæ virtutes in sese complectitur omnes. *Quibus nihil vtilius*, &c.] Nam ita viuentes, amici constituimur DEI; aliâs nequaquam: quoniam in maleuolam animam non introibit SAPIENTIA, vers. 218. Nec vllum diligit DEVS, nisi qui cum SAPIENTIA inhabitat. vers. 300.

306 Præterea si quis multarum vsum rerum desiderat, hæc antiqua nouit, & futura coniectat, sermonum versutias atque ænigmatum explicationes intelligit, signa & prodigia prænoscit, euentusq; tempestatum ac temporum. 306

Vers. 8. *Et ☞ si multitudinem* S c i e n t i æ *desiderat quis: scit præterita, & de futuris æstimat: ☞ scit versutias sermonum, & ☞ dissolutiones argumentorum: ☞ signa & monstra scit antequam fiant; & ☞ euentus temporum & seculorum.*

*Si multitudinem Scientiæ*, &c.] Si autem etiam Scientias reconditas, Artes secretas, & Experientiam multarum rerum desideret quis, scit i l l a præterita, præsentia & futura: neque solum Ipsa talia scite vult, verùm quoque suæ studioso germano, id est, fideli dilecto, mediantibus ancillis suis fidelioribus aut virginibus quasi cubicularibus, (versſ. 74. & 270.) Scientiis puta & Artibus secretioribus bonis, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius Theosophicè reuelare, communicare, date & fortunato inspirare successu Labores eius, virtuosè potest, libenter vult, atque amicè gaudet. *Scit versutias sermonum*] Fallacias orationis, & solutiones ænigmatum; quæ sunt obscuræ atque implicatæ sententiæ, quales Solomoni pro ponebat Regina Austri aut Saba, 3. Reg. 10, 1. & 2. Paralip. 9, 1. Item Parabolarum, Allegoriarum, Metaphorarum & figurarum aliarum, vers. 5. *Dissolutiones argumentorum*] Quia V e r i t a s est; cui adstipulatur Experientia, refutans syllogismum sophisticum omnem. *Signa & monstra*, &c.] Non tantum Ipsa scit, sed etiam (vt iam dictum) hominibus aperit. Quomodo? Annuntiatione virginum suarum cubiculariarum, & mihi (farear veritatem) quoque nonnunquam familiarium: Christianè Christiano. *Euentus temporum & secul.*] Propterea Prophetas (v. 305.) constituere potest atque constituit.

307 ☞ Proposui ergò h a n c ☞ adducere mihi ad conuiuendum; ☞ sciens quoniam ☞ mecum communicabit de bonis, & erit allocutio tædii mei. 307

Vers. 9. *Itaque hanc decreui mihi ad vsum vitæ ac consuetudinem adiungere, certò sciens eam bonorum consultricem mihi fore, curarumque ac molestiæ consolatricem.*

*Proposui*, &c.] Diuinum propositum hoc, & summè beatum. Proposuisti idem in me mihi, ô Hhochmahel, inque eo firmum & fixum me vt teneas, o o. Amen. *Adducere mihi ad conu.*] Sororem, Amicam, vers. 106. Sponsam, vers. 146. eam assumere mihi: associare mihi, vt veniat in me Spiritus eius familiaris, vers. 223. In hortum delitiarum vel Paradysum mētis meæ. *Sciens*] Certò sciens, non opinans. Diffidentia, de S a p i e n t i a sibi affistenda, non cadat in S a p i e n t i æ studiosum: aliàs frustrabitur fine pro-

positi boni optato. verss. 1. & 216. *Mecum communicabit de bonis*, &c.] Sciens SAPIENTIAM assistricem sedium DEI (vers. 255:) iam factam Amicam meam, mihi (DEI Amico) futuram in meditationibus & soliloquiis (verss. 28, 158, 162, 170, 336. &c.) de SAPIENTIÆ laboribus sapienter & fructuosè instituendis, Consiliariam Sapientissimam, & consolatricem simul curarum atque molestiarum: fidelissimam. Est enim in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium, dulce refrigerium, quemadmodum rectè canit Ecclesia. Sciens, quod in dubiis & consilium bonum datura sit, & solatium in curis molestiisque gratum. Intelligent hæc non nisi fideles & experti; quibus, sopitis sensibus affectuosis & ratione nudè humana, LVMEN MENTIS Diuinitus accensum cadit super Intellectum, mouens liberam credendi voluntatem: quæ NOBILISSIMA NOTITIÆ VIA. Quod de literis scripsit præclarè M. Tullius, Oratione pro Archia, longè æquiore ratione ad SAPIENTIÆ veræ studium trāsferri debet ac potest, vbi sic inquit: *Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc nec attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in aliis videmus.* Hæc ille. Felicissimus, igitur, qui cum SAPIENTIA inhabitat, & cum quo ILLA.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 308 | ☞ Habebo propter HANC claritatē ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis. | Vers. 10 | *Gloriam in vulgus propter hanc adipiscar, & honorem apud seniores iuuenis.* | 308 |

*Habebo propter hanc claritatem*, &c.] Ratio est, quod ignorantia sit mater admirationis; admiratio autem parit claritatem, gloriam, honorem. Ignorant enim illi, quod tu noris. Deindè: cum SAPIENTIA ipsa sit clara, vers. 142. Præclaros quoque reddit Doctrinæ & Disciplinæ filios hæredes suos fideles dilectos, (quorum initia in vitâ, complementum in futura) siuè iuuenes ii sint, siuè ætate senes; vers. 21. & 25. tam apud plebem, quàm populi seniores: ob Dona ac Bona SAPIENTIÆ, benignè iis concessa. Sunt enim hi in DEO IPSO, QVI ERAT, EST, ERIT OMNIA in Omnibus, vera GLORIA & victoria nostra.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 309 | Acutus inueniar in iudicio, in conspectuq; potentum ero admirabilis. | Vers. 11. | *Et ☞ acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentum admirabilis ero, & facies principum admirabuntur me.* | 309 SAPIENTIÆ fructus. |

*Acutus inueniar*, &c.] Quis iustius, quis acutius iudicabit? quàm is cui SAPIENTIA IEHOVÆ à consiliis. *In conspectu potent.*] Felices terque quaterque felices Potentes, si mirentur, audiant, ament Sapientes, obediantque eis. Alsdann stehet es wol vmb sie. Nam Sapientes fiunt Reges Sapientum consuetudine. vers. 74.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 310 | Me tacentē expectabunt, loquentemq; attentè audient, atq; dum pluribus dis- seram, ori suo manus apponent. | Vers. 12. | ☞ *Tacentē me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante ne plura, ☞ manus ori suo imponent.* 310 |

*Tacentem me sustinebunt*, &c.] Cum expectatione summa attendent, vt ego loquar, spectantes aliquid singulare. Noli cogitare, quid ego proferam singulare, cum nihil possit dici, quod non sit dictum prius: ô te miserum! diffidentiæ tuæ atque pigritiæ insigne hoc est argumentum. Quasi Spiritus SAPIENTIÆ esset exhaustus, vt non æquè in te, ac in aliis veteribus etiam hodie possit aut velit inuenire noua & antea inaudita. Quamdiu vis esse alterius ingenii mancipium? *Manus ori imponent.*] Significat hæc manus ad os appositio atq; admotio summum studium voluptatemque, quæ φιληκοΐα, Græcis appellatur: faciunt enim audientiam, qui ita silent, & silentium summum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 311 | Præterea ☞ habebo per HANC immortalitatem; & memoriam æternā his qui post me futuri sunt relinquam. | Vers. 13. | *Propter hanc, immortalitatem obtinebo, ac relinquam memoriam posteris sempiternam.* 311 |

*Habebo propter hanc immortalitatem.*] Dat enim SAPIENTIA claritatem æternam. Et, si verum, quod dixit Ethnicus, *Dignum laude virum Musa vetat mori*, quantò magis hoc Sapientis nostri? Memoria enim iusti cum laudibus: nomen impiorum putrescet. Pro. 10, 7. *Memoria Sapientis semper in benedictione.* Sunt enim libri vasa memoriæ, & fama perpetua sapientum. Amphitheatro hoc (laus DEO) & ego *Henricus Khunrath.* Lips. Med. Doct. TheoSophiæ amator memoriam posteris relinquam honestam & bonam apud bonos: etiam in despectum diaboli squamarumque ipsius. Et quamuis fucum dicendi non sim secutus, sciatis, causæ veritatem potius, quàm locutionis ornatum me quæsiuisse. Gratias autem ago DEO meo, quod hoc virtutis signum voluerim (DEI gratia) ostendere. Sap. 5, 14.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 312 | Populos gubernabo, nationesque mihi subditæ erunt. | Vers. 14. | ☞ *Disponam populos: & ☞ nationes mihi erunt subditæ.* 312 |

*Disponam populos*, &c.] Tam doctrinaliter, quàm politicè. *Nationes mihi erunt subditæ.*] Quia Rex.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 313 | ☞ Timebunt me audientes Reges horrendi; ☞ in | Vers. 15. | *Tyrāni formidabiles quum audierint, me extimescent, in* 313 |

multitu-

multitudine videbor bonus, & in bello fortis. | *multitudine bonus videbor, in bello strenuus.*

*Timebunt me*, &c.] Hostibus & inimicis meis formidabilis ero; & terrorem eis SAPIENTIA (quæ mecum) iniiciet, à DOMINO pro sponsa mihi concessa.. *In multitudine*, &c.] In vulgus bonus apparebo tempore pacis, propter IVSTITIAM, ex qua viri boni appellantur: & fortis, tempore belli, propter SAPIENTIAM, quæ melior quàm vires. vers. 63.

314 ☞ Hæc cogitãs apud me, & commemorans in corde meo, ☞ quoniam immortalis est in cogitatione SAPIENTIÆ. | Vers. 14. | *Hæc apud me reputãs, summaque animi cura perpendens, esse immortalitatem in cognatione Sapientiæ,* 314

Fructus & Vtilitates SAPIENTIÆ veræ.

*Hæc cogitans apud me*, &c.] Non obiter, non superficialiter, sed studiosè ac sollicitè in corde meo hæc, id est, SAPIENTIÆ thesauros, labores, fructus & vtilitates, animi lance perpendens. Meditationem & studium coniunxit Sapiens noster, cum laboribus de SAPIENTIA susceptis, in quo etiam à nobis studiosè imitandus: Orando & Laborando simul. Non laborandum absque studio & meditatione in Oratorio. *Quoniam immortalis est*, &c.] Synopsin hîc instituit vtilitatum SAPIENTIÆ, de quibus in præcedentibus prolixè.

315 Et bonam in amicitia illius delectationem, diuitiasque inexhaustas in laboribus manuum eius, atque in cõgressione collocutioneq; eiusdem Prudentiam, atq; in communicatione sermonũ gloriam. | Vers. 18. | ☞ *Et in amicitia Illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sinè defectione, & in certamine loquelæ Illius SAPIENTIA, & præclaritas in communicatione sermonum IPSIVS.* 315

*Et in amicitia illius*, &c.] Tria hîc Sapientiæ filio commendantur. 1. Amicitia Sapientiæ Æternæ; deindè Labores eius, demum colloquium. Laborum verò eius & colloquii nemo potest fieri particeps, nisi contractâ prius firmâ & inuiolabili cum eâdem amicitiâ: quod non nisi relictâ & repudiatâ mundanâ Sapientiâ immundâ fieri potest. Tum demum vera & sincera ἀμεταμέλητος delectatio ex Amicitia Æternæ Sapientiæ hauriri potest. Ex laboribus eius, honestæ diuitiæ: ex colloquio, prudentia & gloria.

316 ☞ Beatus homo qui inuenit SAPIENTIAM, & qui affluit PRVDENTIA. (Legitur &, effluit Prudentiam. | Prou. 3. | *Beatus homo, qui inuenit Sapientiam, & homo qui producit in lucem intelligentiam.* 316

SAPIENTIÆ laus.

*Beatus homo, qui*, &c.] Quid, quæso, beatius eo, qui inuenit SAPIENTIAM? Cum in toto Vniuerso nihil sit præstantius, excellentius, vtilius SAPIENTIA. Ratio est, quia dat DEVM; Semetipsam; Amicos facit DEI; Prophetas constituit; dat longitudinem dierum; honores; diuitias; OMNIA. Vide versf. 314. & 315. Quis ergò, mortalium non quæreret, totaque vita amaret eam? Occupet vltimum magna scabies, exulerque è limine Mundi.

SAPIENTIÆ dona, & fructus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 317 | Melior est acquisitio Eius ☞ negotiatione auri & argenti, ☞ primi & purissimi fructus eius. | Versf. 14. | *Quia melior est negotiatio eius negotiatione argenti: & auro melior est prouentus eius.* | 317 |

*Negotiatione auri*, &c.] Negotiatione mundanâ, quæ *finantiaria, feneratoria*, partiter/ *deceptoria*, &c. omni; instituta, exercitio indefesso, propter solas diuitias pecuniarias, aurum & argentum. SAPIENTIA acquiritur praxi tantum TheoSophica mentali, ex inspiratione Diuina, in Oratorio vtroque; SAPIENTIÆ fructus non infimi nanciscuntur negotiatione laborum manualium Sapienti, in Laboratorio. Hermes cap. 1. *In tam longa ætate*, inquit, *non destiti experiri, nec Anima à labore peperci, artem & hanc scientiam solius* DEI *viui inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.* Et paulò post: DEO *gratias agite, qui hanc scientiam vos docuit* (mediate & immediatè) *gratos enim diligit*. *Primi & puriss.* &c.] BONVM enim SVMMVM, (DEI DONVM) Homini ad Monadis simplicitatem reducto, reducive TheoSophicè studenti, confert, videlicet, Agnitionem, Cognitionem, Cognationem, Vnionem & Fruitionem IEHOVÆ, CREATVRÆ atque NATVRÆ, HOMINISq; IPSIVS, hoc est, Catholicè OMNIA: in quo ternuno, plusquâperfecta, vera, summa, Catholica, hîc & in æternum fructuosè duratura, consistit BEATITVDO. Omnia namque DEI mysteria (quæ nos scire vult) Naturæque secreta, omnis morum & Legum ratio iustarum, omnis præteritorum, præsentium & futurorum notitia, ex SAPIENTIÆ æternæ, solius veræ, fonte inexhausto, scaturiunt, emanãt & deriuantur in nos, per eloquia eius Librorum SS.æ Scripturæ, Macro & MicroCosmi mirabilia, mirabiliter reuelantur & traduntur nobis, audiuntur, videntur, obseruantur, à Doctrinæ & Disciplinæ filiis. Non cuiuis facilè adire Corinthum, nedum SAPIENTIÆ gazam! TheoSophicè Orandũ, sapienter Laborandũ: ChristianoCabalisticè, DiuinoMagicè, & PhysicoChemicè, iuxta Leges atq; Doctrinam Amph. huius, currendũ sudandum in Oratorii & Laboratorii stadio. Victori βραβεῖον, quod est, victoriæ præmium, decernitur; non somno vitiorum dormienti aut pigro.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 318 | Pretiosior est cunctis opibus; & ☞ omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. | Versf. 15. | *Pretiosior est margaritis, & omnia desiderabilia tua non æquantur ei.* | 318 |

*Omnia*] Mundana, quorũ gloria vana: Sapientia enim propter se ipsam cognoscitur atque inuestigatur; quia in ea est res interna, Aurum & Argentum,

gentum, & non externa, & simul veritatis inquisitio. Laboribus enim Sapientiæ, h. e. Christiano Cabalisticis, Diuino-Magicis, & Physico-Chemicis acquiritur Lapis Philosophorum, qui dat Solem & Lunam per & ex se: cum cæteræ artes omnes addiscantur non propter seipsas, sed propter, aurum & argentum, extranea. Quare SAPIENTIA ex sese, ex fonte Benignitatis suæ perenni, largissime donat (modo, quo dictum) opes innumeras, thesaurum infinitum: Bona & Dona Animi, Corporis atque Fortunæ, dicta. Vide versf. 45, 224. & 327.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 319 Longitudo dierũ in dextera illius: & in sinistra illius, diuitiæ & gloria. | Vers. 16. | Longitudo dierum in dextera Eius, & in sinistra Illius diuitiæ & gloria. | 319 |

*Longitudo dierum*, &c.] Mediante enim PHYSICO-CHEMIA, (quæ SAPIENTIÆ veræ, in hoc seculo, pedissequa est fidelis, & virgo quasi Cubicularis à secretis Naturalibus) filio Disciplinæ industrio, DOMINA benignè largitur Vegetabilium, Animalium partiumque eorundem, Mineralium, Lapidum, Gemmarum, Margaritarum, & Metallorum Essentias pretiosas, subtilitatesq; salutariter efficacissimas: imò, & LAPIDEM PHILOSOPHORVM, restaurationis ac conseruationis nostræ vetustissimam Medicinam Catholicam: ex quorum vsu legitimè Medico, longitudo dierum. DIVITIÆ verò, ex Lapidis catholici præfati benedicti vi mirifica, qua Metalla inferiora in superiora, hoc est, in Argentum & Aurum, reuera conuertuntur, & in esse & in forma fructuosissimè transmutantur. GLORIA denique, ex vsu Lapidis plusquamperfecti Christiano Cabalisticè Diuino. Vide figuram Amphitheatri huius quartam. Obseruandum: quò dextra dignior sinistrâ, eò longius præferendus diuitiis pecuniariis sanus & longæuus vitæ status. Vide versf. 326.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 320 Viæ eius pulchræ, & omnes semitæ Illius pacificæ. | Vers. 17. | Viæ eius, viæ delectabiles; & omnes semitæ eius pax. | 320 |

*Viæ eius pulchræ.*] Tota pulchra est SAPIENTIA, soror mea, ob veritatem in Doctrina & Laboribus, vtilitatemq; ex fructibus: *Pacificæ*, siue *Pax*; quia animi irrequietudinem à DEO ipso homini immissam, etiam super Physico artificialibus (de qua tertia huius Amphitheatri parte, sub numero 1. Probat. 5.) fructuosè sedat, desiderium ardens sufficienter implet; & hominem totum tranquillum, quietum ac vera pace (vers. 23.) internè & externè, pacificum reddit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 321 Lignum vitæ est his qui apprehenderint Eam: & qui tenuerit Eam, beatus. | Vers. 18. | Hæc lignum vitæ est apprehendentibus eam: & qui tenent eam, beati. | 321 |

*Lignum vitæ.*] Secundum corpus, Spiritum & Animam: in vita hac atque futura. Poteſt etiam hic per Lignum vitæ intelligi cognitio DEI, ſuiipſius, & Naturæ: ſunt enim hæ tres cognitiones fructus SAPIENTIÆ. Ab effectu ergô & conſequenti (tanquam ſignatura indicante) iudicandum quoque & concludendum, quod Theo Sophi, SAPIENTIÆ Labores (puta, Chriſtiano-Cabaliſticos, Phyſico-Magicos, & Phyſico Chemicos) ſapienter exercentes, (hi enim SAPIENTIAM cum fructibus Eius apprehendunt tenentque,) ſint etiam immatriculati in album iuſtorum. Nam fructus iuſti lignum vitæ. Prou. 11, 30. Paſſiuè & Actiuè. Magnum ſolatium hoc Cabalæ, Magiæ & Alchemiæ Theo-Sophicè operam danti. Certificatio vocationis diuinæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 322 Quoniã Sapientia os mutorum aperuit, linguaſq; infantium fecit diſertas. | Sap. 10. Verſ. 21. | ☞ *SAPIENTIA (Etenim) aperuit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas.* | 322 |

SAP. *aperuit os*, &c.] Eloquentia vera cum Sapientia coniuncta eſt; & naſcitur ex multarum rerum infallibili cognitione. Vbi enim res ipſæ deficiunt, ex veris Sapientiæ theſauris, Spiritualibus, Diuinis aut Naturalibus depromptæ, ibi hæc rerum inopia, aut obmuteſcere facit hominem in rebus arduis, aut effundit ſe animus, in ineptam, vanam & ſtultam garrulitatem & vaniloquentiam, DEO, Angelis & hominibus inuiſam. Falſa eloquentia naſcitur ex ſerpentina illa aſtutia, & opus habet multis verborum lenociniis, coloribus & perſuaſionibus, ad fallendos animos hominum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 323 Mecum (vlterius inquit SAPIENTIA IPSA) eſt CONSILIVM & ÆQVITAS, mea eſt PRVDENTIA, mea eſt FORTITVDO. | Prou. 8. Verſ. 14. | ☞ *Penes me eſt conſilium & Sapientia, Ego ſum Intelligentia, mea eſt fortitudo.* | 323 |

*Penes me eſt Conſ. & SAP.*] Non penes ſapientes huius mundi immundi inſipientes, paſſim in ſtatu Eccleſiaſtico & Politico, diabolica aſtutia, impiè regnantes: aut in ſcholis quibuſdam Ethnicè, hoc eſt, contra SAPIENTIAM veram (in & ex SS^æ Scripturæ, Naturæ & Mentis puræ libris, aut Theo-Sophicè, vel Phyſicè, Phyſico-Chemicè, Phyſico-Magicè, &c. vt ſupra annotatum, ſimplici veritate veracique ſimplicitate docentem) ſecundum Ethnicorum quorundam delitia ſuperciliosè & (proh dolor) impunè iuuentutem ſeducentes. SAPIENTIÆ Æternæ ſolius eſt Conſilium, Sapientia, Prudentia, Fortitudo: ſinè cuius Spiritus afflatu nemo vnquam verè Sapiens, Philoſophus, Conſilio valens, Prudens, Fortis: ſinè cuius inſpiratione, & illuſtratione, doctrina nulla vera, ſolida aut ſana.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 324 Per me Reges regnant, & | Verſ. 15. | ☞ *Per me reges regnant, &* | 324 |

Principes

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Principes decernunt iustitiam. | | *Legum conditores iusta decernunt.* | |

*Per me*,&c.] Per Legem meam, quæ scintilla SAPIENTIÆ iustitiæque meæ: & propterea conformis mihimet ipsi. Ego ipsa Lex mea, Iustitia, Veritas, Salus & Anima Regni. Ego instituo Magistratus, & muto imperia, pro mea voluntate.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 325 | Per me Principes dominātur, & principes & omnes iudices Terræ. | Vers. 16. | *Per me* ☞ *Principes imperant, & potentes iusta decernunt.* | 325 |

*Principes imperant.*] Ad verbum, *principabunt*, id est, officio Principum, Dominorum aut Imperatorum funguntur. Hebræi, inter Germanos hodierno die viuentes, Germanicè vertunt, *Rex regnauit*, der könig hat gefünigt. An verò Principes omnes per SAPIENTIAM regnant? Non, sed ii saltem, qui (vt est vers. 160.) diligunt eam, & qui manè ad eam vigilant: non qui diligunt comessationes & potationes, quorum DEVS venter est: qui Deos simulant, & Bacchanalia viuunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 326 | Mecum sunt ☞ diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. | Vers. 18. | *Diuitiæ & gloria mecum sunt, substantia stabilis, & iustitia.* | 326 |

*Diuitiæ & gloria*,&c.] Substantia multa & magna: opes non tantum semper & in æternum duraturæ, verum quoque pecuniariæ & temporales. Vndè patet, etiam diuitias non simpliciter esse damnandas; cum ex SAPIENTIÆ laboribus, singulare SAPIENTIÆ sint Donum. Contemplamini, quæso, vnius saltem operis Physico Chemici, Catholici, (de Cabalisticis & Magicis iam lubens taceo) vsum fructumvè transmutatorium, tertia & quarta Amphitheatri huius partibus veraciter annotatum; mirabimini SAPIENTIÆ in Natura (per artem) vires atque secreta, & confirmemini in veritate de veritate Thesaurorum SAPIENTIÆ æternæ. Naturalium, vos SAPIENTIÆ veræ theoricè ac practicè studentes. Vide versf. 30, 314, 315. & 319.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 327 | Melior est fructus meus auro & obrizo: & prouētus meus argento electo. | Vers. 19. | ☞ *Melior est fructus meus auro & Lapide pretioso: & geminina mea argento electo.* | 327 |

*Melior est*, &c.] Testimonio DEI ipsius, lib. 3. Reg. 3, 11. Vbi sic legitur: *Dilexit autem Solomon* DOMINVM; *ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. Apparuit autem* DOMINVS *Solomoni in Gabaon per somnium nocte, dicens, postula quod vis, vt dem tibi. Et ait Solomon; Dabis ergò seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possis,*

*& discernere inter bonum & malum. Placuit ergò sermo coram* DOMINO, *quod Solomon postulasset huiusmodi rem. Et dixit* DOMINUS *Solomoni, quia postulasti verbum hoc, & non petiisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi Sapientiam, ad discernendum iudicium: ecce, feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, vt nullus antè te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit: sed & hac, qua non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet, & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in Regibus, cunctis retrò diebus. Si autem ambulaueris in viis meis, & custodieris pracepta mea, & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur euigilauit Solomon, & intellexit quod esset somnium: cumque venisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis* DOMINI, *& obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuersis famulis suis.* Omnis SAPIENTIÆ Æternæ fructus bonus: Optimus, qui Diuinus: perdurans in omne æuum. Vide vers. 45. & 224.

| | | |
|---|---|---|
| 328 ☞ Vt ditē diligentes me, & ☞ thesauros eorum repleam. | Vers. 21. | *Vt diligentes me hæreditare faciam esse perpetuum, & thesauros eorum repleam.* 328 |

Finis Sapientiæ.

*Vt ditem*] Corpore, Spiritu & Anima; Bonis ac Donis Corporis, Animi & Fortunæ, communi voce dictis: In tempore, & in æternum duraturis. *Thesauros*] Corporis, Spiritus, Mentis, dictosque Fortunæ. Internos, & externos: corporales ac spirituales.

| | | |
|---|---|---|
| 329 Qui me inuenerit, ☞ inueniet vitam, & ☞ hauriet salutem à DOMINO. | Vers. 35. | *Nam qui inueniet me, inuenit vitam: & haurit voluntatem à* IEHOVAH. 329 |

*Inueniet vitam*] Est enim fons vitæ, si quis sitit, veniet ad eum, & bibat, Iohan. 4, 14. Esa. 55, 1. Apoc. 21, 6. Nec æternam solum inueniet; verum & in hoc mundo temporalem longiorem, ex fructibus SAPIENTIÆ laborum Physico Chemicorum. Nam longitudo dierum, in dextera eius. Vide vers. 319. *Hauriet salutem*, &c.] Gratus erit DOMINO, vt fauore eum prosequatur, & impleat, in omnibus actionibus laboribusq; suis, benedictione: ita, vt obtineat siuè assequatur voluntatem à IEHOVAH, hoc est, Benè velle, nosse, esse & posse; iuxta voluntatem suam in omnibus, quæ Orando & Laborando Theo-Sophicè vult aut optat. Summa: DOMINUS ei erit promptuarium, ex quo accipiet, quicquid sibi placuerit. Vide v. 181.

| | | |
|---|---|---|
| 330 Qui autem peccat contra me, spernit animam suam: omnes qui odio habent me, diligunt mortem. | Vers. 36. | *Qui autem* ☞ *in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.* 330 |

*In me peccauerit.*] In SAPIENTIAM æternam grauiter peccat, crimenq; læsæ Maiestatis Diuinæ committit, qui Legem, Doctrinam & admoni-

tiones eius tam fideles atque amicas, scurriliter derider, contraque conscientiæ testimonium securè spernit: estque (diabolo excæcatus) iniurius sibiipsi; quia opprimit se totum, expolians Corpus, Spiritum & Animam (Macro & Micro-Cosmicè) Benedictione Diuinâ.

331 Per me (verò) multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. | Prou. 9. Vers. 11. | Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. 331

*Per me*, &c.] Per Benedictionem meam, fructusque laborum manuum (meo ductu) tuarum, in Oratorio & Laboratorio, de quibus in Prologo hoc passim.

332 Fili mi, (iterum paternè admonet Sapiens noster) ne effluat hæc ab oculis tuis. Custodi LEGEM atq; CONSILIVM. | Prou. 3. Vers. 21. | Fili mi ne recedant hæc ab oculis tuis: custodi Legem & cogitationem. 332 — Sequentibus verbũ DEI, & eius consilium, omnia prosperè pollicetur.

*Ab oculis tuis.*] Ante oculos non tantùm corporis, verùm & Mentis diu noctuq; tibi obuersentur. *Legē.*] In qua doctrina sana veritasq; ipsa quiescit.

333 Et erunt vita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo. | Vers. 22. | Et erit vita Animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. 333

*Vita animæ tuæ.*] Lege verboq; DEI, animæ morienti Christianè restituitur vita, DEVS: quam mori, infelicitatis extremæ. Quare vt Anima tua sit semper viuens, custodi Legem atque Consilium SAPIENTIÆ viuæ. Quid aliud est vita animæ, quàm DEVS fons vitæ; verbum Patris, Lux & vita hominum, & patris & filii Spiritus; fide viuificans animam nostram. Quid aliud est mors animæ, quàm separatio à DEO, fonte vitæ, amissio verbi viuificantis, priuatio Lucis spiritualis, cui succedunt tenebræ spirituales, in quibus habitant spiritus tenebrarum, secum vehentes errores, & horrores infernales: qui sunt carceres animæ, & vincula mortis æternæ.

334 Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & rectitudines, & omnem semitam bonam. | Prou. 2. Vers. 9. | Tunc intelliges IVSTITIAM & IVDICIVM, & ÆQVITATEM, & omnem semitam bonam. 334 — Fructus & Vtilitas SAPIENTIÆ.

*Tunc.*] Cum videlicet SAPIENTIAM Sapienter quæsieris quasi pecuniam, & sicut thesauros sollicitè Eam scrutatus fueris & effoderis. v. 220. Solem præueneris, & ad Orientem lucis adoraueris. v. 170. *Omnem semitam bonam*] Tam in corporalibus, Naturalibus, humanis & secularibus, quàm spiritualibus, hyperphysicis, Diuinis atque æternis. *Venerunt mihi* OMNIA *bona pariter cum illa*, inquit Sapiens. vers. 291.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 335 | ☞ Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. | Prou. 3. Prou. 33. | *Tunc ambulabis cum fiducia viam tuam, & pes tuus non impinget.* | 335 |

*Tunc ambulabis fiduc.* &c.] Si DEVS, vita nostra, pro nobis, quis contra nos? Si ille sustinet, quis deiiciet? Tu modo victoriæ votum toto pectore Christianè concipe. Tu modo cura, vt membrum sis SAPIENTIÆ DEI incarnatæ viuum, TheoSophicè imitans Archetypum iuxta Legem ac Doctrinam Amphitheatri huius: & sic Tu in corpore, omnia poteris in capite. In teipso quidem nimis es imbecillis, in illo nihil non vales. Hæc gloria, hæc victoria nostra. Hæc via TheoSophica impetrandi benè velle, nosse, esse & posse, à IEHOVAH, in Cabalisticis, Magicis, Chemicis; OMNIA IN OMNIBVS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 336 | Si dormieris, non timebis: quiesces, & ☞ suauis erit somnus tuus. | Vers. 24. | *Si accubueris, non timebis: quum quiesces, suauis erit somnus tuus.* | 336 |

*Suauis erit somnus*] Et dormiens, in Mentis virgineæ, hoc est, à peccatorum sordibus, pœnitentiæ lotione mundatæ, speculo, Visionibus Diuinitùs admoneberis, doceberis, instrucêris, doctrinâ lætiferâ plenè refertis. Mens secura quasi iuge (perpetuum) conuiuium. Prou. 15, 15. Hinc Augustinus: *Diues in conscientia securior dormit in terra, quàm diues in purpura.* De Visionibus hypnoticis, aut Reuelationibus somnialibus, siuè insomniis præsagientibus atque Diuinis, hoc tibi Laconicè habeto: ANIMA, à curarum vituperandarum mole libera, sobria ac sana in corpore sano, vitiorum Domina affectuumque Regina, sui compos ac sibi sese Theosophicè insinuata, totius Vniuersi creati (quia DIVINÆ, CREATORIS Vniuersi, particula auræ) iure aggreditur assequi & exponere secreta; iungi Spiritibus bonis; vetera recensere; Noua contemplari; præsagire futura: denique parentem parentisque (irradiatione parentis) tanquam in speculo, Diuinitùs repræsentare mysteria. Summa: SPIRITVI SAPIENTIÆ DEI iuncta Mens nostra, pœnitentialiter lota atque mundata, TheoSophice eleuata alis, & sublimata, igne amoris Diuini, in ἁγιαστήριον, hoc est, *Sanctuarium Spirituum bonorum*, siuè DEI Angelorum, (quod fieri potest homine tam vigilante, quàm dormiente) Spiritualia, Cabalicè recipiendo, patitur; supercælestia contemplatur, Physica, ex & in hyperphysicis (non solùm per se, verùm etiam sensibus & sensibilibus intermediantibus) videt multa: Viribus autem sopitis & absorptis inferioribus, hoc est, in exstasi, siuè excessu aut raptu in DEVM summo, patitur summa, hoc est, Diuina; videt apprehenditque ineffabiliter OMNIA. Mercurii Trismegisti (qui Spiritu afflatus Diuino) exordium Pymandri, ob Doctrina excellentiam, hisce lubuit apponere: *Cum*, inquit, *de rerum Natura cogitarem, ac Mentis aciem ad superna erigerem, sopitis iam corporis sensibus, quemadmodum accidere solet iis, qui ob saturitatem, vel defatigatigationem, somno grauati sunt: subitò mihi visus sum cernere quendam immensa magnitudine corporis, qui me nomine vo-*

*cans, in*

*cans, in hunc modum clamaret: Quid est, ô Mercuri, quod discere & intelligere cupis? Sum ego Pymander, Mens Diuina Potentia, vide quid velis: nam tibi vbique adero. At ego, cupio rerum Naturam discere,* DEVMQVE *cognoscere. Ad hæc Pymander, tua me Mente complectere, & ego in cunctis, quæ optaris, erudiam. Cum hæc dixisset, mutauit formam, & vniuersa subitò reuelauit.* D. Cyprianus lib. Epist. 9. Epist. 9. *Memini*, inquit, *quid mihi sit ostensum, & quid mihi inter cætera reuelare dignatus sit* DOMINVS, *nec ridicula illa, & visiones ineptæ sunt habendæ, sicut de Ioseph fratres sui dixerunt, ecce, somniator venit.* Hæc ille. Et fratrum de fratre iudicium hoc? Sat scommaticum! Non mirum, si iudicium fratres mundani de me idem præposterè ferant. Vtut sit, certum tamen manet, inter vanos somniatores non habendos, quibus (siuè mediatè, siuè immediatè) DEVS reuelat. Cicero: *Est quiddam in nobis præsagiens & Diuinans.* Quid illud? Mens; præsaga boni vel mali. Exempla tam ætatis nostræ, quàm vetustatis plura, in locum reiicio commodiorem; cui multa, cum fusiore deductione, studiosè reseruauimus. Colophonis loco Iulii Cæsaris Scaligeri, ex lib. Epidorpidum addam hoc, de somniorum veritate:

*Qui vera negat somnia, somnians profatur:*
*Nam non semel inuenimus, & nimis frequenter.*
*Per raraque nox præterit absque sensione.*

Hæc veritatis scientissimus, non mei, sed Thomistarum caussa, adduxi. O quid solutis est beatius curis!

| | | |
|---|---|---|
| 337 Non timebis à pauore repētino, & à desolatione impiorum, quum venerit. | Vers. 25. | *Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.* 337 |

*Ne paueas*] Non terreberis, & dormiens & vigilans, spectrorum laruis, quod viris coram mundo immundo magnis & multis (etiam nostro tempore) accidisse scio: nec Conscientiæ malæ furiis stimulaberis. Magna vis Conscientiæ. Bona, dulcis nutricula senectutis; mala, medullitus vorat misellos. Nulla deest voluptas, vbi hæc adest tranquilla: nulla tristitia, vbi ea mala. Animæ tranquillitate homini nihil dulcius. Lege Sap. cap. 17. verss. 10. & 11. cap. 18. vers. 17.

| | | |
|---|---|---|
| 338 DOMINVS enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. | Vers. 26 | *Quia* IEHOVAH *erit fiducia tua, & custodiet pedem tuum à captione.* 338 |

DOMINVS *erit*, &c.] Est enim IEHOVAH murus, hoc est, CIRCVLVS Theo-Sophorum igneus, (valeat ille pseudomagorum fictus & pictus) inclusione defensoria circundans timentes eum: excludens hostium terriculamenta, fuganſque procul partes aduersas omninò omnes. Angelus DOMINI in circuitu timentium eum. Psalm. 34. vers. 8. *Ne capiaris.*] Aduersariorum vi, astutia, aut doctrina falsa: nec seducêris sophisticis diaboli captionibus à veritatis linea recta. Quapropter DOMINI DEI Omnipotentis consilium & auxilium implora, vt te faciat Opera de Beresith

& Mercaua, id est, rerum humanarum & diuinarum cognitionem, (quæ Philosophia atque Theologia) in Oratorio & Laboratorio, super lineam rectam, (cum Morieno loquor) hoc est, viam veritatis linearem absque omni deuiatione feliciter adipisci. Rectè fiet; modò ipse rectè velis. Prout ipse credis, Oras & Laboras; tibi fiet. Dices tandem, Misericordiæ DEI fuit, quod non absorpti sumus.

| | | |
|---|---|---|
| 339 Cultores suos Sapientia ☞ ærumnis liberauit. | Sap. 10. Vers. 9. | *SAPIENTIA hos qui se obseruarunt, à doloribus liberauit.* 317 |

*Ærumnis liberauit*] Primùm enim multarum rerum diuinarum & humanarum cognitione Sapientia mentem imbuit & ornat, vnde animus suaui reficitur gaudio: Quò enim altius mens hominis in cognitionem DEI, Naturæque ascendit & exurgit, eò maiore lætitia, & suauitate perfunditur: vnde & amore Creatoris animus magis magisque inflammatur, DEOque VNITVR: vnde tranquillitas & serenitas oritur conscientiæ. Deinde cultorem sui Sapientia ex ærumnis ita liberat, vt Iosephum ex carcere, ex quo cùm radii Sapientiæ, per interpretationem & expositionem somnii Regii emicarent & effulgescerent, carcere liberatus, in regiam dignitatem erectus & euectus est.

| | | |
|---|---|---|
| Tob. 4, 7. Luc 14, 13. 340 ☞ Honora (ergò) DOMINVM de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum. | Prou. 3. Vers. 9. | *Honora IEHOVAM de diuitiis tuis, & de primitiis omnium prouentuum tuorum.* 340 |

*Honora* DOMINVM, &c.] Non diabolum, mundanè viuendo. Animo grato agnosce esse DEI Dona ac Bona, quæ tibi proueniunt, quæ accepisti, accipis, accepturus es. Nam id significatum ritu offerendarum primitiarum, Deut. 26. Et sic gratiarum actio est ad plus dandum inuitatio; tam in Spiritualibus, quàm secularibus. Hoc ex fundamento Corollarium extruitur figuræ Amphitheatri huius tertiæ secundum, de DECIMA. Honoras DOMINVM, si, Eleemosynarius existens DEI in hospitali hoc magno, de Bonis ac Donis, Diuinâ fauente Clementiâ tibi concessis, Opera cum gratiarum actione hilarique & vultu & animo exerces Misericordiæ in Proximum egenum. Da omni: si non Christianitati aut Religioni, saltem humanitati: in hoc imitaberis Archetypum Opt. Max. qui tam malis quàm Bonis exoriri facit Solem, datque victum & amictum OMNIBVS, cunctis, singulis ac vniuersis. Hilarem datorem diligit DEVS, 2. Cor. 9, 7. Pios ama in Christo, impios propter Christum: qui nos adhuc inimicos sic dilexit prior, vt se totum nobis redimendis impenderit. Illos complectere, quod boni sint; hos nihilominus, vt bonos reddas. Vitia odisse oportet, non hominem. Qui obturauerit aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Prou. 21, 13. Qua enim mensura mensurauerit, eadem & ei mensurabitur. Matth. 7, 2.

| | | |
|---|---|---|
| 341 Et implebuntur ☞ horrea tua, & vino torcularia tua redundabunt. | Vers. 10. | *Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino nouo torcularia tua sese rumpent.* 341 |

Horrea

*Horrea tua*, &c.] Deſcendere faciet DOMINVS ad te Benedictionis imbrem ſerotinum, & rorem matutinum, vt impleantur areæ horreorum tuorum Macro & Micro-Coſmicè; ſecundum corpus, Spiritum & Animam; Externè & Internè. Conſtituetque te DEVS, ſicuti Iſraël, ſuper excelſam terram: vt comedas fructus agrorum, vt ſugas mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ bibas meraciſſimum. Deut. 32, 13. & 14.

342 ¶ Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. | Prou. 5. Verſ. 15. | *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta de medio putei tui.* 342

Proprijs laboribus vult nos viuere eoſq, aliis impertiri.

*Bibe aquam*, &c.] Quaſi dicat, vtere Bonis ac Donis tuis, non tantum externis, verum quoque internis, à DEO benignè tibi conceſſis: nec ſis mancipium aut ſimia, opinionum alterius, vt iurare velis in verba & ſententias alicuius Magiſtri, à veritatis ſemita recta deuiantis, hoc eſt, inſipientis; Theologi, Iureconſulti, Medici, Phyſici, Chemici, Magi, Cabaliſtæ, &c. vtur etiam vel antiquitate vel auctoritate coram mundo valentis. Magni, crede, viri, magnos committunt errores. Ein vngelehrt Mann / richt keine Ketzerey an / die hochgelehrten / die verkehrten. So hilfft auch Alter für Thorheit nicht. Cum cuiuis Diuinitus illuminato, libertatis Philoſophicæ poteſtate, conceſſum ſit Theo Sophicè philoſophari, vtatur & fruatur quiuis Genio ac ingenio ſuo: audiat, videat, obſeruet vnuſquiſq; IEHOVAM loquentem, docentem & reſpondentem in SS.a Scriptura, Libro Naturæ, & ſemetipſo. Vt nemo vnquam verè Pythagoricus fuit, teſtante viro quodam doctiſſimo, qui non Deos (*Elohim*) ſenſerit: Sic, dico, nemo Dauidicus, qui non audierit DOMINVM loquentem in ſe, Pſalm. 85, 9. nemo verè Chriſtianus, qui non guſtauerit in ſe vnctionem Spiritus SAPIENTIÆ Sancti. Non DEVS acceptor eſt perſonarum, ſed (iuxta Religionis Vniuerſalis doctrinam, verſ. 184. & 304.) ex omni gente acceptus eſt illi, qui timet eum, & operatur iuſtitiam. Actor. 10, 35. Non igitur diffidas, fili mi, in ſpiritu & veritate Orans, Theo-Sophiceq; viuens, de TVI, hoc eſt, perſonæ tuæ, à Spiritu ſancto vnctione. verſ. 10. Vnuſquiſque noſtrum, Diuina Gratia operante, influente, dante, cognoſcere debet ac poteſt (modò Chriſtianè ipſe velit, verſ. 157.) Doctrinam veritatis, vt admoneret atque doceere ex DEO ſeipſum & alios poſſit, nec alienis tantum videat oculis, auribuſque audiat. Vtque prodeſt vnumquemque, pro corporis ſui & familiæ ſuſtentatione, domi habere repoſitum victum, ita conducit vnumquemque in penu mentis ſuæ Diuinitus illuminatæ habere in promtu Veritatis Doctrinam, vndè ſibi & aliis conſulere queat. Ecce vellit mihi aurem Genius, de lacerationibus & vellicationibus me præmonens ſtultorum naſutorum. Quid faciam? Reticerene debeo veritatem? abſit: Scio enim, eam eſſe veritatis conditionem, vt ſemper habeat antagoniſtas, à diabolo ſuſcitatos, veritatem prementes, at non opprimentes. Ἀλήθεια ſtultos magis infatuabit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 343 | Dispergant sese fontes tui foras: in plateis, riui aquarum. | Verf. 16. | ☞ *Deriuentur fontes tui forás, & in plateis aquas tuas diuide.* | 343 |

*Deriuentur fontes*, &c.] De fructibus laborum tuorum opera Charitatis in Proximum Christianè exerceto egenum. Lazari ne obliuiscaris. *Date & dabitur vobis. Quid habetis, quod non accepistis?*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 344 | ☞ Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. | Verf. 17. | *Sint tibi soli, & non alienis tecum.* | 344 |

*Habeto eas solus.*] Omne Bonum quidem communicariuum, sed non, si nè discrimine, cuiuis communicabile: quia omnibus omnia non conueniunt, est quibus, quando & quantum, vt ex Nazianzeno iam sæpè & rectè allegamus. Obseruandum Talmudicum hoc: *Sint tibi amicorum plures, arcanum verò tuum vix è millibus vni reuela.* Etiam à recubante in sinu tuo, ostia custodi oris tui: ne contristeris in crastinum, quod nescis, quid vehat dies. CHRISTVM imitate, qui dicit discipulis (discipulis dico) suis: *Vobis datum est nosse mysterium regni* DEI, *cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant*, Luc. 8, 10. Præcepti huius memor Morienus Romanus, Philosophus Christianus, discessurus à Rege Calid, Naturæ & Artis Bonum summum quidem perfecit perfectumque reliquit; Scientiam verò & Artem ei non reuelauit. Hinc Alanus: Sohn/ setze dir einen hüter/ deines mundes/ für die bitter. Quapropter si & ego de secretioribus quibusdam secretè loquar, noli irasci mihi: non decet Philosophum præcepta transgredi Sapientum, ne vilescant arcana, neque excitet contra se maledictionem Diuinam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 345 | Bonorum enim laborum gloriosus est fructus: nec radix Prudentiæ decidit. | Sap 3. Verf. 15. | ☞ *Bonorum (enim) laborum gloriosus est fructus, & quæ non cōdidit radix,* SAPIENTIÆ. | 345 |

*Bonorum*] Hominum, pura eorum, qui ad Monadis simplicitatem, SAPIENTIA IEHOVÆ ducente ac docente, reduci pro virili student. Hi sunt tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dat in tempore suo, & folium eius non defluet: & OMNIA, quæcunque faciet, prosperabuntur. Vide Psalm. 1. totum. Horum (non stultorum) actionibus, laboribus atq; operibus inspiratur benè velle, nosse, esse & posse, à DEO: quemadmodum (de opere Physico-Chemico Catholico agens) paucis innuit senior Zadith filius Hamuel: nos autem aliquantò clarius explicuimus, passim in huius Prologi expositione. Qui potest capere, capiat. Ingens hîc latet arcanum, à paucissimis obseruatum. Vtinam admonitione meâ, tam fideli, saperent stulti.

*Hic inseratur figura septimi gradus.*



# VII. GRADVS PROLOGETICVS SEPTIMVS EXPOSITVS.

| | | |
|---|---|---|
| 346 ☞ Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. | Prou. 4. Verſ. 14. | *Per semitam impiorum ne ingrediaris: & ne ingrediaris in via malorum.* 346 |

*Ne delecteris*, &c.] Quando tandem ad hunc ſeptimum Sapientiæ gradum conſcendiſti, vide ne rapiaris malorum hominum moribus & affectibus tanquam torrente: Conſtantiam Angelicam affectabis, nec inclinent cor tuum mundanæ illecebræ, quemadmodum mulieres idololatricæ cor Regium Solomonis inclinant.

| | | |
|---|---|---|
| 347 Deſere eam, ne tranſeas per eam; declina ab illa, & tranſi. | Verſ. 15. | *☞ Fuge ab ea, nec tranſeas per illam; declina & deſere eam.* 347 |

*Fuge ab ea*] Fugiebat Ioſephus, caſtitatis amore, meretriculam, relicto pallio. Fuge tu mundum hunc immundum; nec, propter vanam gloriam, fœdas voluptates & turpem auaritiam immortalem tuam animam, gloria ſua æterna, voluptatibus & delitiis immortalibus, & diuitiis æternis, ſpoliato ſeu exuito.

| | | |
|---|---|---|
| Eſt via recta coram viro: & exitus eius, via mortis. | Prou. 14. Verſ. 12. | *Eſt (enim) via, quæ videtur homini recta; & nouiſſima eius ☞ deducunt ad mortem.* 348 |

348 *Deducunt*] Si enim Sapientiam deſerueris, ipſa viciſſim te deſeret, & in caliginem profundam te deiiciet, in errores conſiliorum, in infelicitatem ſucceſſuum, in præcipitium mortis. Etiamſi enim via voluptatis & hono-

rum recta videatur; exitus tamen est calamitosus: voluptates enim breues sunt & momentaneæ, nec vnquam sinceræ; sed semper commistæ molestiis & morsibus conscientiæ, relinquuntque post se mœrorem animi & morbos corporis.

349 Iustorum autem semita quasi Lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.

Prou. 4. Vers. 18.

*Semita autem iustorum veluti* ☞ *lux luciferi: progreditur & illuminatur vsque ad perfectum diem.* 349

*Lux Luciferi.*] Phosphoros ille in cordibus piorum exoriens est Christus Iesus, lux vera illuminans omnem hominem veniẽtem in hunc mundum: hic caliginem mentis expellit; accendit lumen fidei, flammam charitatis, spei tadium, humilitatis sydus, mansuetudinis fulgorem, pietatis splendorem, timoris diuini igniculum, orationis lucem, patiẽtiæ inuictæ iubar, misericordiæ stellam, iustitiæ fulgur, donec nox illa tenebrosa carnis eua nescat, & dies siue lux noui Ierusalem illucescat tota.

350 Via autem impiorum sicut caligo: nesciunt in quid impingant.

Vers. 19.

☞ *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* 350

*Via impiorum tenebrosa.*] Sicut igitur lux in piis crescit: ita in impiis crescunt tenebræ & furores. Tota enim vita impiorum est nox plena ignorationis DEI & permanentium bonorum, adeòque totius vitæ illius nouæ, qua homo Lux fit in Christo Iesu. Ex his igitur tenebris, erroribus & furoribus impiorum nil nisi perpetuæ ruinæ, & inopinatæ quidẽ sequi possunt, vsque ad extremum exitium.

351 Honorata enim est senectus, non diuturnam adepta vitam, neq; numero annorum definita: vers. 9. Sed canities hominibus Prudẽtia est, & ætas senectutis vita nulla labe maculata. Prou. 16. vers. 31. Corona gloria est canities: in via iustitiæ inuenietur.

Senectus quæ honoranda.

Sap. 4. Vers. 8.

☞ SENECTVS *(quidem) venerabilis est, non (tamen) diuturna; neq; annorum numero computata.* ☞ *Canities autem sunt sensus hominis. vers. 9. Et ætas senectutis vita immaculata. Prou. 16. vers. 31.* ☞ *Corona dignitatis senectus, quæ in viis* IVSTITIÆ *reperitur.* 351

*Senectus autem venerabilis,* &c.] Dignitas auctoritasque senectutis diuturnitate vitæ aut longo annorum spatio haudquaquam æstimanda venit, verùm potius Sapientiâ atque Prudentiâ, in quibus illius ætatis ornamentum constitutum: & vita criminum nulla enormium macula deformata, hoc est, pura & integra, purè castéque acta. Ita duo sunt, quæ senectutem veram constituunt, & senectutis annorum ornamẽta, videlicet,

PRVDEN-

PRVDENTIA & VITÆ INTEGRITAS, siuè puritas. Neque verò iunior ipsa ætas prohibet, quin possemus æquè bene, vel meliusculè interdum, quàm seniores aliqui ineptientes discernere: siquidem non ætate, sed ingenio inspirationeque Diuina prouenit Intelligentia. Non numerus annorum & multitudo dierum dant Scientiam veram, sed Ingenium, cælitùs infusum à Spiritu DOMINI, præstat SAPIENTIAM, etiam paruulis: quod in libro Iob c.32. v. 8. pluribus rationibus attestatur Heliu filius Barachiel Buzytes. Samuel cum esset pusillus, accepit Spiritum DOMINI, 1. Sam. 3. Heroica Sapientia, virtus ac felicitas in Dauide, erant effectus specialis præsentiæ Spiritus SAPIENTIÆ, peculiares operationes Spiritus sancti. Non enim Naturæ tantùm dona fuerunt; sed erat in mente Lux Filii DEI, & in voluntate ac corde ardens motus Spiritus sancti. Qui necdum annos natus viginti, iussu DEI à Samuele vngitur, & Spiritu sancto impletur; (1. Sam. 16. v. 13.) vbi, si adstitissent Samueli omnes mundi huius immundi sapientes, haud dubiè iudicassent, maiores natu inter filios Isai ad gubernationem magis idoneos fore, quemadmodum Samuel ipse externa specie initiò deceptus fuit: sed DEVS nec ætatis, nec naturæ, nec alterius prærogatiuę carnalis rationem habens, Dauidi adolescēti regnum tradidit, hunc euexit, muniuit, custodiuit, adiuuit, cæteris fratribus posthabitis, quorum æmulationem Dauid patienter tulit. Hic de seipso inquit 2. Sam. 23, 2. *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Et Psalm. 119. v. 99. & 100. *Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui.* Et versl. 130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Solomon in iuuentute accepit SAPIENTIAM. 3. Reg. 3, 12. Daniel puer duodecim annorum, Spiritu repletus est sancto. Pueris quatuor, Danieli, Ananiæ, Misaeli, & Azariæ, (Daniel. 1, 17.) dedit DEVS Scientiam & Disciplinam in omni libro & Sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Et omne verbum Sapientiæ & intellectus, quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos, qui erant in vniuerso regno eius. Dicit Syrach, cum adhuc iunior eram, priusquam aberrarem, quæsiui SAPIENTIAM palàm in oratione mea; à iuuentute inuestigabam eam. Eccl. vlt. v. 18. Paulus Apostolus non vult Timotheum (quia iuuenis) sperni propter iuuentutem, 1. Corinth. 16, 11. Et Ieremias audiuit à DOMINO, noli dicere, quia puer sum ego: quoniam ad omnia, quò mittam te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquêris, Ierem. 1, 7. Et Ecclesl. 4, 13. dicitur: *Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, qui nescit prouidere in posterum.* Et hæc quidē ex fonte SS.æ Scripturæ petita sunt exēpla. Quod si ad alia quoque expatiare liberet, DEVS bone, quantus hîc sese nobis dicendi campus aperiret? Sed aliqua duntaxat in medium proferamus. In Alexandro (re & nomine) Magno iuuene adhuc mirandam Naturę vim fuisse, quâ sapientissimos quoque senes consilio vincebat, propter ingenii sagacitatem, quâ & diiudicare res præsentes optimè poterat, & prospicere euentus futuros. Veneti cum ad Imperatorem Orientis imberbes misissent, & indignaretur Tyrannus, quasi in opprobrium missi essent, eorum alter intrepidè respondit: Ex sola ætate de hominibus & eorum doctrina iudicium non esse ferendum: hoc enim si

fieret, hircorum quàm hominum conditionem meliorem fore. Quem autem virtus extollit, eo ipso quod est iuuenis, non est abiiciendus. Quæ & quanta etiam nostris temporibus magni illi bellorum duces, *Mauritius Nassouius, Sigismundus Transsyluanus, Donb Iohan a Austria*, &c. ex singulari influentia ad id nati, præstiterint iuuenes contra senes, nemini obscurum esse potest, nisi qui cognitionis historicæ prorsus ignarus existit. Summus enim Mundi Monarcha DEVS Optimus Maximus, quando aut stabilire aut transferre constituit mundana regna, eiusmodi organa excitat, quibus auctoritatem addit, hoc est, Timorem, Iustitiam, Sapientiam, consilium, felicitatem successuum: quorum conatus nemo mortalium, licèt potentissimus, impedire potest. Induuntur enim & armantur illi heroes, robore inuicto & supernaturali. Horum autem res gestæ & Nomina cælo duntaxat corruptibili inscribuntur: vndè periti Astronomi (non vulgares illos calculatorios circulatores puto; sed qui Magorum ex Oriente callent artem) omnes res verè & præclare gestas, petere, & literis denuò, multò maiori fide, mandare possunt, etiamsi omnes libri historici interiissent, quod ignaris incredibile videri potest. Cõtra verò Nomina & res gestæ Heroum Ecclesiæ, quorum virtus in iuuenili ætate & corpore sese potenter exercuit, vt Iosephi, Samuelis, Dauidis, Solomonis, Danielis, non in cælo corruptibili, sed æterno, scribuntur; vbi ab omnibus electis legi poterunt. Non ergò requiritur numerus annorum ab indole bona: nec expectatur ætas in eo, qui & virtutibus fulget, & manibus pollet. Huc appositè quadrat illud Valerii Max. lib. 3. cap. 1. *Iniquum est eum honori nondum tempestiuum videri, qui iam virtuti maturus est.* Et nostra ætas exemplis nõ prorsus destituitur. Sunt enim (DEO laus) & reperiuntur etiamnum hodie nonnulli, quibus ingenium & rerum prudentia velox ante pilos venit, vt cecinit Persius Satyr. 4. *Iuuenes corpore mente, senes.* Econtra Germani dicunt: Man findet alte Thoren auch/ præsertim cum stultorum plena sint omnia. Item, Alter hilfft für thorheit nicht. Et, *bis pueri senes:* quare? quia crescit cum senio delirium, vt est in prouerbio. *Canities autem sunt sensus*, &c.] Aurea sunt verba hæc, & notatu digna, proiiciendaque in barbas senibus stultis prolixas iuuenrutem TheoSophicè Sapientem & Prudentem scurriliter despicientibus. Qui donis heroicis instructi sunt, ante annos animum & curam virilem gerunt. *Corona dignitatis senectus*, &c.] Verissimum hoc, etiam apud Ethnicos: nam, vt inquit Ouid. 6. Fastor.

*Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,*
*Inque suo pretio ruga senilis erat.*

Cuiusnam? Respondet Sapiens: Illius quæ in viis iustitiæ repetitur. Duo illi, apud Danielem in viis iniustitiæ reperti, quamuis senes, dignè lapidabantur. Quid commodi affert senium? nisi probitatem & constantem vitæ integritatem adderet: ni homines cum probitate & Sapientiâ senescerent. Est quidem, fateor, rara auis, iuuenis verè sapiens; attamen repertus est, reperitur hodie & reperietur.

| | | |
|---|---|---|
| 352 Prouerbium est ♃, Adolescens iuxta viam suam, | Prou. 22 Vers. 6. | *Imbue puerum iuxta viam suam, etiam quum senuerit, non* 352 |

etiam

etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Ibid. 27. v. 22. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Siquidem Eccles. 1. v. 15. peruersi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus sit numerus.

*recedet ab ea. Ibid. 27. v. 22. At si contuderis stultum in mortario in medio triticorum contusorum pistillo, non recedet ab eo stultitia eius. Siquidem Eccles. 1. v. 15. peruersum non potest dirigi, & defectus non potest numerari.*

*Adolescens iuxta viam* ] Spiritus nequitiarum, versutiarum, doli, peruersitatis, mendacii, superbiæ, libidinis, iracundiæ, blasphemiæ, inuidiæ, calumniæ, astutiæ, infestant puerilia ingenia ab ineunte ætate. Nisi igitur bona disciplina, in pietate & timore Domini, educentur, retinent spiritus illi maligni imperium & sedem suam in animo insipienti. Imò per ipsa scandala & offendicula migrant & transeunt in animos puerorum. Vnde Saluator noster Matth. 18, 6. diris deuouet, qui offendicula præbent pusillis. Sicuti enim certissimè vi orationis abiguntur maligni Spiritus ex obsessis, præsertim si in intimo corde vnà oret & suspiret obsessus: (nec enim talem vim & spiritum precantem diu ferre potest spiritus tenebrarum:) ita reuera exercitio pietatis & timoris diuini, pueri præmuniuntur ab infestatione hostili spirituum malignorum. Igitur obnixè & solis viribus operam dant, vt sedem in homine primam occupent spiritus impostores & impuri, & in voluntate, naturali vitio & labe originali corrupta, atque in impuris affectibus radices agant, antequam vis superior, cælestis & pia educatio accedat. Deindè sicut semina in agris quotidiè crescunt & adolescunt, donec in flores & fructus abeant: ita semina vitiorum naturalium, ni cohibeantur, dietim crescunt & cum ætate coalescunt. Eodem quoque modo, si semina pietatis & timoris DEI, rectâ educatione, animis inseruntur; illa quoque crescunt, & in flores pietatis & fructus bonorum operum abeunt.

353 ☞ Illusor non audit cum arguitur. Prou. 13. Vers. 1. *Derisor non audit increpationem.* 353

*Illusor*, &c. ] Subsannator, sciolus præcox, mundanus immundus, qui securus Timorem spernit DEI, DEIQVE amantium correctiones fideles, leuiter præferens iis (contra Leges Scholæ Theo Sophorum) mundanè viuentes. Ratio, quia viri mali non cogitant iudicium DEI, quod tamen horrendè & sat citò (quia sat benè) apparet illusoribus, iust timq; administrat, etiam in hac vita, conscientiæ verme eos acriter rodente.

354 ☞ Responde igitur stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Prou. 26 Vers. 5. *Responde stulto secundum stultitiam suam, ne fortè sit sapiens in oculis suis.* 354

*Responde stulto*, &c.] Cum probabiles causæ suadent vt respondeas, modestè opponi potest refutatio, quæ res vtiles, piis lectoribus & auditoribus salutares contineat, vt aliqui vel confirmentur vel sanentur. Conuitiis autem eum aduersariis non est concertandum, & ita non respondeas stulto de stultitia eius, ne similis ei videatis: nec enim victoria in calumniis sita est, sed in veritate.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 355 | Occurrere vrsæ orbatæ satius est viro, quàm stulto in stultitia sua. | Prou. 17 Vers. 12. | ☞ *Expedit* (certè) *magis vrsæ occurrere fœtibus raptis, quàm fatuo cõfidẽti sibi in stultitia sua.* | 355 |

*Expedit magis*, &c.] Contentionis quam veritatis cupidiores, sententiam suam pertinaciter defendunt, & dissentientes odiosissimè criminantur. Meminetis ergò inseruire tempori:

*Dum furor in cursu est, currenti cede furori:*
*Difficiles aditus impetus omnis habet.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 356 | Via stulti recta est in oculis eius: & qui obtemperat consilio, sapiens est. | Prou. 12 Vers. 15. | ☞ *Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia.* | 356 |

*Via stulti recta*, &c.] Einem jeden gefellt sein kolben wol / darumb ist die welt Narren voll. Was solcher leute vnverstandt nicht gemeß ist / muß ketzerey vnd vnrecht seyn. Ja scilicet. Sapiens absque testimonio SS.æ Scripturæ, Libri Naturæ, & conscientię rectæ, erubescit loqui. Quisque suis blanditur vitiis, & opiniones suas animo conceptas, vt simia catulos suos, amplectitur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 357 | Qui (iustè) corripit hominem, (meritò) gratiam (quandoque) postea inueniet apud eũ magis, quàm ille ☞ qui per linguæ blandimẽta decipit. | Prou. 28 Vers. 23. | *Qui increpat hominem retrocedentem, gratiam inueniet magis quam is qui blanditur lingua.* | 357 |

*Qui per lingua blandim.* &c.] Alexander Magnus discernens adulatorem à fideli ministro, dixit: Hephastionem esse φιλαλέξανδρον, amatorem Alexandri; Craterum verò φιλοβασιλέα, amatorem Regis. Et quanquam Hephastionem dilexit, tamen Craterum in maiori honore & pretio habuit. Ille enim propter blanditias diligebatur: hic verò propter virtutem dignus honore iudicabatur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 358 | Viro, ☞ qui corripientem dura ceruice cõtemnit, | Prou. 29 Vers. 1. | *Vir increpatus qui indurat ceruicem, repente conteretur,* | 358 |

repentinus

repetinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.

*nec erit illi sanitas.*

*Qui corripientem*, &c.] Liuius lib. 2. Decad. 3. *Sæpè ego audiui*, inquit, *eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum, eum, qui benè monenti obœdiat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse.* Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus, & dum imperare discimus, parêre prudenter in animum inducamus.

359 Qui ambulat in rectitudine sua, timet IEHOVAM, sed peruertens vias suas, despicit eum.

Prou. 14. Vers. 2.

☞ *Ambulans recto itinere, & timens* DEVM, *despicitur ab eo qui infami graditur via.* 359

*Ambulans recto itinere*, &c] Hoc est, timens Dominum, rectè & sapienter instituit viam & vitam suam, contemtor verò DEI viam & vitam suam perdit, & extremo periculo obiicit. Cum pater Telamon Aiaci dixisset, vt pugnaret quidem strenuè, sed victoriam à DEO peteret: respondit Aiax, vt homo amens & superbus, *etiam ignauos adiutore* DEO *vincere posse; se verò vel sinè* DEO: ita autem peruertit viam, & euertit vitam suam, vt proprio incubuerit desperabundus studio.

360 Abominãtur iusti virum ☞ impium: & abominantur impii eos qui in recta sunt via.

Prou. 29 Vers. 27.

*Abominatio iustorum est vir iniquus: abominatio autem impii est rectus via.* 360

*Impium.*] Impius est, qui à cognitione DEI alienus est, contemptor DEI aut hypocrita, inconstans in fide. Esa. 57. vers. 20. Impii quasi mare feruens, quod requiescere non potest. Impius est, qui fide, vita & moribus atque animo à verbo DEI alienus est. Hunc abominatur vir iustus & pius, donatus & illuminatus vera fide, transformatus in imaginem Christi, vitâ, mente & animo. Quemadmodum enim extremè pugnant sibique aduersantur Imago DEI, & imago diaboli: ita vir iustus, qui gerit Imaginem DEI & Christi, aduersatur impium, in quo est imago sathanæ: & è conuerso.

361 Perfectio rectorum ducit eos: peruersitas autẽ præuaricatorum perdit eos.

Prou. 11. Vers. 3.

☞ *Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos.* 361

*Simplicitas iustorum*, &c.] Huius sententiæ explicatio luculenta est Psalmus 37. quem lege integrum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 362 | Fortitudo perfecto est via IEHOVÆ: & pauor operantibus iniquitatem. | Prou. 10 Vers. 29. | *Fortitudo simplicis via DOMINI: & ☞ pauor illis, qui operantur malum.* | 362 |

*Pauor illis qui*,&c.] Habes hîc discrimen bonæ & malæ conscientiæ. Cic. pro Milone: *Magna vis est conscientiæ in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari cupiant, qui peccarint.* Vis conscientiæ & vis κριτική, siuè συνειδὸς in homine, nunquam ex animo deleri aut penitus extingui possunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 363 | ☞ Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in DOMINO, subleuabitur. | Prou. 29 Vers. 25. | *Timor hominis ponet laqueum: & qui fidit IEHOVÆ, exaltabitur.* | 363 |

*Qui timet hominem, citò*, &c.] Lege Psalmum 146. totum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 364 | ☞ Omnis (enim) sermo DEI ignitus clypeus est sperantibus in se. | Prou. 30 Vers. 5. | *Omnis sermo DEI velut igne purgatus, clypeus est sperantibus in se:* | 364 |

*Omnis sermo* DEI, &c.] Hic obserua, disce & intimo in corde repone: Sermonem DEI tibi esse clypeum, & Fidem niti veritate & promissis Diuinis. Disertè autem inquit, sermonem DEI ignitum seu purgatum esse, hoc est, esse sinè scoriis, sinè dolo, sinè falsitate, & certò præstare victoriam credentibus. Exempla habes Hebr. 1. Hinc Psalmus 19 insigne decantat Elogium Verbi Diuini, vers. 9. *Iustitia Domini recta, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* 10. *Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi, iudicia Domini vera, iustificata sunt.* vers. 11. Desiderabilia super aurum multum & lapidem pretiosum, & dulciora super mel & fauum. vers. 12. Etiam seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 365 | Ne addas verbis eius, ne fortè increpet te, & mendax depræhendaris. | Vers. 6. | *Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax.* | 365 |

*Ne addas quicquam*, &c.] Ratio est, quia omnis homo mendax: solus DEVS veritatis fons illimis: ideò Lex DEI immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, Sapientiam præstans paruulis. Psalm. 19. vers. 8. *Verbum* DEI *æternum, ab æterno, verum à veritate ipsa, irreprehensibile, & recreat animas credentium.* Complectitur enim Agnitionem DEI & Saluatoris, quæ agnitio est vita æterna, Iohan. 17, 3. Estque rectè viuendi Regula & norma, immaculata, sincera, integra, perfecta, nihil iniqui, neque vani continens, conuertens animas ab erroribus, auocans à malo, in-

staurans

ſtaurans Imaginem DEI, eſt fidele, non fallens, quia DEVS ſtat promiſſis: rudibus, indoctis, &, iuxta mundum, ſtultis (1. Cor. 2.) præſtat Sapientiam, & conſcientiam tranquillat: monſtrat veros DEI cultus, promiſſiones infallibiles, cum ſuis Sacramentis, fidem, ſpem, dilectionem, humilitatem, patientiam, inuocationem & Nominis Diuini glorificationem.

Scito: Quoties legebam, à prima ſtatim ætatula, verba Prologi præfati in libris Regii ſapientis, ſemper animum meum (proculdubio monitu vocis DEI in me loquentis) ſubiiſſe cogitationem hanc: Sunt quidem magna & ferè non credenda hæc, quæ de SAPIENTIÆ fructibus atq; theſauris hîc legis; minimè tamen falſa, ficta, aut ementita. Ah! quomodo ad horum cognitionem peruenies? DEVS ſcit, dicere non poſſum, quantopere ſitiuerim veritatem. Inuocaui igitur DEVM, mihi vt oſtenderet VERITATEM: deduxit me RVACH HHOCHMAEL, SPIRITVS SAPIENTIÆ DIVINÆ, methodo, quâ dixit verſ. 294. in veritatem Eorum OMNEM, de quibus ago in Amphitheatro hoc Vniuerſo, Gloria DEO in excelſis, quod manifeſtauerit talia TheoSophiæ amatoribus, SAPIENTIÆ Æternæ, ſolius veræ, hæredibus fidelibus dilectis.

COLOPHONEM hiſce pauculis,
ex SAPIENTIS doctrinâ, impono:

| | | |
|---|---|---|
| Eramplius his, filimi, caue quæras: faciendi libros plures nõ eſt finis: & doctrina multa, afflictio eſt carnis. | Eccl. 12. Verſ. 12. | *His amplius, fili mi, (inquit Rex Sapiens) ne requiras; faciendi plures libros nullus eſt finis: frequenſque meditatio, carnis afflictio eſt.* |
| Finis verbi totius auditus eſt: DEVM time, & Mandata Eius cuſtodi, quia hoc eſt omnis homo. | Verſ. 13. | *Finem (igitur) loquendi pariter omnes audiamus. DEVM time, & MANDATA Eius obſerua: hoc enim eſt omnis homo.* |
| Quia omne opus DEVS adducet in iudicium, quod erit ſuper omni occulto, ſiuè bonum ſit, ſiuè malum. | Verſ. 14. | *Et cuncta quæ fiunt, adducet DEVS in iudicium pro omni errato, ſiuè bonum, ſiuè malum ſit.* |

Quamobrem, ô mortalis,

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum cõuiuii in illa enim finis cunctorum admonemur hominum: & viuens homo cogitet, quid futurum sit.

Eccl. 7. Vers. 3.

*Melius est ire ad domum luctus, quàm ire ad domum conuiuii: eô quod est finis omnium hominum, & videns ponet illud super cor suum.*

Ô

Vanitas (igitur) vanitatum rectè dixit ECCLESIASTES: vanitas vanitatum & OMNIA vanitas;

Eccl. 1. Vers. 2.

*Vanitas vanitatum, verè dixit Ecclesiastes: vanitas vanitas vanitatum, omnia vanitas:*

Dico, cum filiis DOCTRINÆ fidelibus omnibus, cũctis & singulis, etiam Ego HENRICUS KHUNRATH LIPSIENS. THEOSOPHIÆ amator fidelis, & MEDICINÆ vtriusq; DOCTOR, EA, nimirum, OMNIA, quæ citra SAPIENTIAM ÆTERNAM, solam veram, Eiusq; DOCTRINAM orthodoxam, & STVDIVM Theo-ac Philo-Sophicũ HOC, vsquam gentium sunt, reperiuntur, extant, leguntur aut fiunt.

DIXI.

# ADDO.

NVnc, igitur, *CORONIDIS* loco, hisce *sic præfatis, Vos, ô mortales, vos inquam obsecro, qui* IEHOVAM *colitis, quibus* SAPIENTIA *aliquantulum cordi est,* SAPIENTIÆ ÆTERNÆ, *solius veræ,* DOCTRINAM, in SS[a] Scriptura Biblica, Libro Naturæ MacroCosmico, *&* Lege *in cordibus nostris Diuinitus* scripta, *fundatam, cum sanam tum salutarem, à* ME THEOSOPHIÆ *amatore ac filio (absit inuidia dicto) fideli dilecto, instinctu & gratiâ* DEI *(cui huc vsque fui, & Laus* IEHOVÆ, *adhuc sum, ad Opus præsens id, quod homini manus) in* AMPHITHEATRO *hoc, Catholicißimo* VERITATIS *Simplici & simplicißimo* VERITATIS *Catholico,* CHRISTIANO-KABALICE, DIVINO-MAGICE, *nec non* PHYSICO-CHEMICE, *in* Scriptura *&* pictura, *non sophisticè ficta aut impudenter ementita, sed talibus, quas sanctè, grauiter atque irrefragabiliter confirmant* SS[a] Biblica Scriptura, Naturæ *liber vniuersus, &* Conscientia *homini Diuinitus infusa,*

*methodo*

*methodo* triuna *tali, qua hactenus ante me à nullo, (sinè gloriatione inani eur* V E R I T A T E M *fateri mihi non liceret?) orthodoxè ac graphicè exhibitã, toties moniti haud temnite; sed* A D *&* I N  A M P H I T H E A T R V M  I P S I V S  S A P I E N T I Æ *ipsum, huiusque* P O R T A M, *per* S C A L A M Graduum septem suam, *nunc* Theosophicè *ascendite; in illud,* L E G V M *ibidem affixarum* S E P T E M *obseruantissimi, deuotione non hypocritica ingredimini, &* E A M, *oculis tam Mentis quàm Rationis ac Corporis cum pœnitentialiter tum à ruditatum phantasiarumque spiritus seductionis sordibus ritè repurgatis, accuratè contemplamini; inque salutem vestram, & temporalem & æternam,* Sapienter *sequimini,* A M E N.

Cic. pro Milone: & Orat. 3. in Salust. *Magna est vis conscientia.* Quintil. lib. 5 *Conscientia mille testes.*

D I X I.

BONAM ITINERIS PERPLEXI PARTEM CONFECIT, QVI VIAM RECTAM PROBE DIDICIT.





## AD MOMVM & ZOILVM.

### An den Nasenweisen Meister Klügling:

*Μωμεῖσθαι facile est cuivis, durumque μιμεῖσθαι,*
*Quæque sequi nescit, carpere quisque potest.*

Kanstu es besser/ ey so mache es besser/ vnd zeyge es auff: So du es dann recht/ wol vnd noch besser troffen hast/ alsdann tadele erst das meine: Vnd dessen solstu mich gegen dir noch danckbar finden.

Inciuile est, ex vna libri alicuius particula iudicare de toto, nisi prius toto libro benè perspecto, & ritè cognito.

*HENRICVS KHVNRATH Lips. THEOSOPHIÆ amator fidelis, & MEDICINÆ vtriusque DOCTOR.*

S IM

# AMPHITHEATRI SPI

*solii* RÆ,

CHRISTIANCAB

DIVINMA

*non*

PHYSICCH

Tertriu-Cat

*HENRICI KVNRATLIP*

*amatoris fidelis, & iune* …

Referatur ante *oluyse-ylas* primam, fol. 18.

Discas, ô HOMO, (*ad quod in* Mundum *venisti*) *tractu* DEI, patris Luminum,

I. Agnoscere DEVM, *&, quem misit,* IHSVM CHRISTVM, *Librumq, intelligere* SS.ae Scripturæ, *in* & *ex*

- DEO, &c, *quem misit,* IHSVH CHRISTO, *Libroque* SS.ae Scripturæ.
- TEMET-IPSO.
- MVNDO maiori, *&, quem dedit,* FILIO *eius* MAGNESIA *Sapientum.*

II. Noscere TEMETIPSVM, *in* & *ex*

- TEMET-IPSO.
- DEO, *&, quem misit,* IHSVH CHRISTO, *Libroque* SS.ae Scripturæ.
- MVNDO maiori *&, quem dedit,* FILIO *eius,* MAGNESIA *Sophorum.*

III. Cognoscere MVNDVM maiorem, *&, quem dedit, eius* FILIVM, MAGNESIAM *Philosophorum,* LAPIDIS, *nimirum, Philosophorum,* Catholici, *vel* Vniuersalis, *plusquamperfecti,* SVBIECTVM *debitum, & perfectum, Regeneratione Physica, Artis Chymicæ adiumento, plusquamperficiendum, h. e. Primateriale, & propterea Catholicon, vel vniuersale ac* ☿*iale,* *in* & *ex*

- MVNDO maiori, *&, quem dedit,* FILIO *eius,* MAGNESIA *Sapientum, qui* ἱκονιον, *Consubstantialis Parenti, & splendor* Gloriæ, *atq, character* Substantiæ *eius* Pri-materialis, *Catholicus: In quo synopticè-catholicè inhabitat* omnis *plenitudo* NATVRÆ corporaliter.
- TEMET-IPSO.
- DEO, *& quem misit,* IHSVH CHRISTO, *Libroque* SS.ae Scripturæ.

Et sic, *tanquam in* speculo *clarissimo, & ex* fonte *limpidissimo* SAPIENTIÆ veræ Tertriuno catholico, *pro* dono, *à* SPIRITV SANCTO tibi *communicato,*

HRIS … KABA … *hoc* … IALC … *mei* … DIV … MA … *ho* … IÆ S … … … *communis* … *ac* …

PHY … CH … *b.* … (ITM … *tifica* …

Aspice; Lege; Obserua; Intellige; I… Ter

ΠΑΝΤΑ ΑΙΘ N

ELOHIM OMNI …

PSALM. CXII.

ỷ. 4. *Lætificasti me,* IEHOVAH, *in operib*…, *& in*

ỷ. 5. *Quam magnifica sunt opera tua* IEHO… *vat*

ỷ. 6. Vir insipiens non cognoscet, & stul… *in*…


*Hallelu-IAH! Hallelu*-… *Ha*

*Phy dia*…

*Iterum atque iterum phy calum*… *cum*…

*ADSIT;*

*A M*…



SVMMA

# ꞁI SAPIENTIÆ ÆTERNÆ,

*solius VERÆ,*

TIANO-CABALISTICI,

ƆIVINO-MAGICI,

*nec non*

IYSICO-CHYMICI

Tertriunius-Catholici.

*NRATH LIPS. THEOSOPHIÆ*

*fidelis, & Medicinæ vtriusque Doctoris.*

t SIC, *iquam* speculo *rissimo,* *ex* fon- *limpidis-* *io* SAPI- TIÆ ve- Ter- uno ca- olico, ı dono, SPIRI- · SAN- r o tibi *mmuni-* *o,*

CHRISTIANO-
KABALICE,
*hoc est,*
KABALÆ CHRISTIANÆ
*methodo:*

DIVINO-
MAGICE,
*hocest,*
MAGIÆ SAPIENTIÆ vè DIVINÆ, *cuius* vnicæ, *vt* bonæ & multiformis, *siue* multiplicis, (*est enim πολυποίκιλος, Ephes. 3. vers. 10. καὶ πολυμερὴς, Sap. 7. vers. 22.*) *ita* & bona, multa *ac* varia manifestationum *sunt* MEDIA; eaque, *cum* Publica, *tum* Secreta, Secretiora, Secretissima, *Philosophis sublimioribus, minimè malis, satis nota, dextrè obseruata, ac piè vsitata;* methodo:

PHYSICO-
CHYMICE.
*hocest,*
CHYMIÆ Physico-Artificialis *methodo,*
Naturgemässer ALCHYMIÆ nach:

(*quas Methodos docet* AMPHITHEATRVM)

ORANDO,
*in*
ORATORIO,

&

LABORANDO,
*in*
LABORATORIO.

THEOSOPHICE
noueris
*ac*
hauries
TRIA
OMNIA:
*h.e.*
Diuinum;
Micro-
&
Macro-
COSMICON!
OMNIA
*in*
OMNIBVS!
BONVM
*in hoc Mundo*
Summum,
Tertriunum,
Catholicissimum;
*Tuumque, ô Homo, beatissimæ vitæ* FINEM!
HæcSOPHIA!
Hæc PHILOSOPHIA summa! Hæc *ad* Hanc VIA Theosophica, Tertriuna, Catholica, Linearis, sola Vera; *quâq,* CÆTERA bona (*ôh quàm innumera! ôh quàm miranda!*) *adijciuntur* NOBIS! *Alia omnis, vel superficialis; aut circumferentialis; aut falsa & nulla.*

ntellige; Inspice; Tenta; Iudica; Vtere; Fruere.

ΛΙΘΟΝ ΚΙΝΕΙ.

IM OMNIA vendunt laboribus.

SALM. XCII.

H, *in operibus tuis, & in factis manuum tuarum exultabo.*

*t tua* IEHOVAH? *valdè profundæ sunt cogitationes tuæ!*

cet, & stultus non intelliget HÆC.

*H! Hallelu-IAH! Hallelu-IAH!*

*Phy diabolo!*

*v phy calumniatori cuiuis! nullo excepto.*

*AMEN.*

RVACH HHOCHMAH-EL!

*

TRIA sunt, quæ primordial[...]stitu
vt do[...]

| 1. MOSEH: | 2. HERMES, & antiquissimi SAPIENTES: | 3 PHILO[...] an[...] |
|---|---|---|
| 1. TERRA ET AQVA: Terra vnctuosa, lenta, tenax & glutinosa, Aqua circum & supersusa; vt ex duobus hisce Elementis (sic dictis, quasi *Hylementis*) Aquea illa mole, vnum tantum CORPVS tunc extaret. | 1. CORPVS: dictum, Inferius. | 1. MA[...] TAH: [...] |
| Hæc, ENS primum, creatum, triunum, catholicon[...] | | |
| 2. CÆLVM. *(Vers. 261. & Quæst. 6. fig. Amphit. huius tertiæ.)* | 2. SPIRITVS; Mundi, æthereus, qui est corpus Spirituale, & Spiritus corporalis, omnia permeans. Superius. | 2. ME[...] Quod est, qua[...]corpus, sed quasi iam [...], siue quasi non An[...] quasi iam corpus, c[...] duo extrema. Huc Princi-pii posuit Ari[...] (pri-uatus lumine [...]) suã *Priuationem*. E[...] pro causa. |
| 3 RVACH ELOHIM, h.e. Spiritus DEI incubans Aquis, Gen. 1. (vide Vers. 261. & Quæst. quartam. figuram Amph. huius tertiæ.) | 3. ANIMA; Mundi: quæ viriditas benedicta, res cunctas faciens germinare. Leo viridis: Divenech viride. | 3. FOR[...] , Μορφή, quæ d[...] *[...]age.* |

COROLLARIV[...]

*Si horum trium* PRIMORVM *conditiones diuerso Physicè, Physico[...], Physic[...] vel per se, aut inuicem mixta; 2. In abstracto, vel in concre[...] 3, Pure,* pingue, fuliginosum: Sali, terra surda; M[...]e, phle[...] *xili; in coagulato, siue fixo: tunc ex[...] obi[...] extricare. Suff[...] in pr[...]*

DO[...]IXÆ.

imordialiter constituunt MVNDVM,

vt docent

| 3. PHILOSOPHI antiqui: | 4. PHYSICOCHEMICI. | 5. Hisce accommodari possunt QVATVOR ELEMENTISTARVM |
|---|---|---|
| 1. MATERIA; TAH:Patiens. catholicon, ΧΑΟΣ. | 1. SVLPHVR & SAL NATVRÆ: h. e. *Terra pinguis, vnctuosa* *Aqua sicca, non madefaciens manus,* *Sol & Luna Hermetis.* | 1. TERRA & AQVA. |
| 2. MEDIVM; uod est, quasi non corpus; quasi iam Anima, siue ssi non Anima, & quasi corpus, cöiungens duo rema. Huic loco Princi- posuit Aristoteles (pri- us lumine veritatis) suã *atonem.* Effectum pro sa. | 2. MERCVRIVS. h. e. Spiritus æthereus, operans pro Natura scintillarum NATVRÆ quibus coniungitur: ad similitudinem Planetę ☿rii in firmamento, qui Naturam habet variam & omninò versatilem; cum calidis, calidus, cum frigidis etiam frigidus est, sequitur enim Naturã eius, cui coniungitur. | 2. AER & IGNIS. |
| 3. FORMA. ¿Φὶ, *quæ dat* ESSE *rei:* *Agens.* | 3. NATVRA. Essentia. | 3. ESSENTIA QVINTA. |

# OLLARIVM.

*ficè, PhysicoMedicè, PhysicoChemicè, &c. consideraueris respectu, & quidem primò vel in concreto:* 3, *Purè, impurè:* (Est enim Sulphuri excrementum fusda; Mercurio; phlegma.) 4. *In soluto, volatili, aut fixo: tunc ex labyrintho obiectionum feliciter poteris te* *are.* *Sufficiant hæc in præsentia filio* DOCTRINÆ.






PORTA AMPHITHEATRI SAPIENTIAE AETERNAE, solius VERAE
*siam mysticam*, prologeticam *nimirum illam, sibi præfixam, picturâ hic significatam*, gradu
tractû DEI *patris tam immediato, meré* ἐνθουσιαστικῶς *(phy calumniatori!)* *quàm varié med*
*ante* portam *corùscantes, copia introgrediendi, oculisq; & corporis & mentis* CHRISTIANO
*plandi ac percontandi quænam sit* Sapientia, Bonitas & Potentia CREATORIS: *ut* So
φυσιο-διδακτικῶς) *creati*, PHILOSOPHIA *syncerâ verè* philosophicè *enarrent* Ope
KHUNRATH LIPS. Theosophiæ *amatore* fideli, & MEDICINAE vtriusq; DO




...us UERAE, &c. angusta quidem, sed tamen satis augusta, JEHOUAE consecrata, ideoq; ad eam per SCALAM
...icatam, graduum septem Theosophicorum, verè Philosophicam, filiorum DOCTRINAE dumtaxat fideliùm,
...um variè mediato fit ascensus; solisq; hisce, DIUINITUS afflatis, datur, secundùm LEGES oraculares septem,
...RISTIANO-KABALICE, DIUINO-MAGICE, nec non PHYSICO-CHYMICE videndi, contem,
...RIS: ut Sophisticè non moriantur sed Theosophicè vivant, & PHILOSOPHI orthodoxi SIC (etiam Θεο-σοφ...
...narrent Opera DOMINI; DEUMq; qui illos ita bearit amicos suos, dignè celebrent. Extructore HENRICO
...vtriusq; DOCTORE. ANNO à JHSUH CHRISTO nato, M. DC.II.

VERA
TORVM
VERVM
CIO [illegible]
[illegible]
CVT QVOD
PERIVS, EST SI
TRANDA MIRACVLA
FVERVNT AB VNO,
NATÆ FVERVNT AB I
EST SOL, MATER EIVS
SVO. NVTRIX EIVS TERRA EST
EST HIC. VIS EI, INTEGRA EST.
TERRAM AB IGNE, SVBTILE A SP
DIT, TERRA IN COELVM [illegible]
SVPERIORVM & INFERIORVM. SIC
A TE OMNIS OBSCVRITAS. HIC EST
QVIA VINCET OMNEM REM SVBTILEM, O
CREATVS EST. HINC ERVNT ADAPTATIONE
VOCATVS SVM HERMES TRISMEGISTVS, H
COMPLETVM EST QVOD DIXI DE O[illegible]

Warhafftig, sonder Liegen gewiss und auff das aller
Und diss so OBEN ist, ist gleich dem VNTERN:
gleichen EINES EINIGEN DINGES. Und gleich wie
durch den willen und Geboth EINES EINIGEN, der a
desselben EINEN DINGE, durch schickung und Verei
der MOND ist seine MUTTER; der WINDT hat in ge
ist die ERDE. Dieser ist der VATER ALLER VOLLKO
Ist VOLLKOMMEN. Wann ES verwandelt wird in E
das Subtile vom dicken oder groben, gantz Lieblich m
ERDEN in HIMMEL, und vom HIMMEL wieder zur
Unteren. ALSO WIRSTU HABEN ALLE HERRLIGK
aller Verstandt und Unvermögenheit. Diss ist von aller S
uber winden alle Subtiligkeit, und durchdringen alle V
schehen seltzame Vereinigungen, und werden MANCHE
zu wircken, dieser ist. Und bin darumb genant HER
HEIT der gantzen Welt. Es ist erfüllet alles was Ich

MERCURIUS TRISMEG

Cùm de RERVM NATVRA cogitarē, ac MENTIS aciem
dere solet us, qui ob satietatem, vel defatigationem, somno g
lùdine corporis, qui me nomine vocans, in hunc modū clamaret Q
est, quod DISCERE, atq; INTELLIGERE cupis? Tùm ego, Quisnam
TENTIÆ, ac tu vide quid velis, IPSE verò TIBI VBIq; ADERO. C
SCERE. Ad haec Ille: TVA ME MENTE COMPLECTER
haec dixisset, mutavit formam, et VNIVERSA SVBITO REVELA

DEsignatio PIRAMIDVM Petrosarū Triumphalium illarū, de Humido Radicali aut Primigenio Catholico MVNDI huiq; Sem
exaltrorū, Esa. 65. v. 17. 2. Pet. 3. 13. Apoc. 21. 1.) permanente futurae, ut sinu centrali alit, ac latet fovetur; passim in globe Terra
tholico, sostum & Unicō, prae caeteris omnib. Imperatorie triumphante, faces [illegible] [illegible] veridice. Divinitus extructarū; ad M
nē Universalē, miraculi instar firmissimè fixe, verè Saturnie, [illegible] NEPTVNO, IVNONI atq; VVLCANO, nec [illegible]
[illegible] & Thoma de Aquin [illegible], homine aut reperunt [illegible], aut reddit Sanctū.) Mirabiles & Mirificae, tùm ob [illegible]
[illegible] nobiliter [illegible] VSVAI & FRVCTVAI, Doctrinae filiis fidelis, ex Hieroglyphice illarū designatio
[illegible] HENRIC. KHVNRATH LIPS. Theosophiae amator [illegible] DOC [illegible] Spagyricā laudibus [illegible] meritò celebrans.

VERBA SECRE...
...ERMETIS.

VERVM ... MENDA,
... CIO CERT... VERISS...
...MVM, QVOD ... INFERI, EST SI...
... QVOD E... INFERIVS, & QVOD EST SV...
... SIC ... QVOD ... INFERIVS AD PERP...
... PERPET... SICVT OMNES RES
AB VNO, ... IONE VNIVS, SIC OMNES RES
... AB HAC VNA RE ADAPTATIONE. PATER EI...
... EIVS LVNA ... ILLVD VENTVS IN VENTRE
... TERRA EST ... OMNIS TELESMI TOTI MVNDI
... EST ... FVERIT IN TERRAM, SEPARABIS
...TILE A SPISSO, SVAVITER CVM MAGNO INGENIO. ASCEN...
...TERVMQVE DESCENDIT IN TERRAM, & RECIPIT VIM
...M. SIC HABEBIS GLORIAM TOTI MVNDI! IDEO FVGI...
...S. HIC EST TOTIVS FORTITVDINIS FORTITVDO FORTIS:
...SVBTILEM, OMNEMQVE SOLIDAM PENETRABIT. SIC MVNDVS
...APTATIONES MIRABILES, QVARVM MODVS HIC EST. ITAQVE
...EGISTVS, HABENS TRES PARTES PHILOSOPHIÆ TOTIVS MVNDI.
... OPERATIONE SOLIS.

Auff Deutsch:

... der aller ... ffligste, dass so UNTEN ist, ist gleich dem OBERN,
...TERN: dadurch man kan erlangen und verrichten Miracula ... wunder
... gleich wie ALLE DINGE von EINEM DINGE ALLEINE geschaffen,
...GEN, der es bedacht; also entspriessen und kommen ALLE DINGE von
... und Vereinigung zusammenfügunge. Die SONNE ist sein VATER, und
... hat ... getragen in seinem Bauch: Seine ERNEHRERIN ... oder Amme
...R VOLLKOMMENHEIT dieser gantzen Weldt. SEINE MACHT
... wird in ERDE, So scheide das Erdreich vom FEWER ..., und
... Lieblich mit grosser bescheidenheit und verstande. Es steiget von der
... wieder zur ERDEN, Und gewinnet also die Krafft der obern und
... HERRLIGKEIT DER GANTZEN WELT. Derhalben weiche von dir
... von aller STERCKE die STERCKESTE STERCKE, ... kan
... alle ... ALSO IST DIE WELT GESCHAFFEN. Dahero ge...
... MANCHERLEY WUNDER gewircket; welcher weg dieselben
... HERMES TRISMEGISTUS, habende drey theill der WEIS...
... was Ich gesagt habe von dem WERCKE der SONNEN.

...TRISMEGISTUS. in PIMANDRO.

...ENTIS ... SVPERNA erigere, ... corporis ... quemadmodum ... somno ... sunt: subito mihi visus sum cernere quendam immensa magni... clamaret: Quid ... o Mercuri, quod & AVDIRE & INTVERI desideras? Quid... Quisnam es, inquam. Sum, inquit ille, PIMANDER, MENS DIVINÆ PO... ADERO. ..., inquit, RERVM NATVRAM DISCERE, DEVMQ. COGNO... ...PLECTERE ... EGO TE IN CVNCTIS, QVÆ OPTARIS, ERVDIAM...

... REVELA...

Sic et ... DOCTRINÆ filio fideli. AMEN.

... Sen... Terræ novæ ... Cælorum incendio solutionem, & Elementorum æstuantium liquefactionem, Terrasq. & quæ in ea sunt operum ... Doctrinæ solidioris de MAGNESIA LAPIDIS Philosophorum Universalis Subjecto debito, indeq. ☿ Sapientum Primateriali, Ca... ... præsentis ... IGNEM, Saxa ... & Omnia judicantem, Conflagrationem, Corruptionem, Purgationem ac Renovatio... ... ALCHIMIAE, Artis Artium cum Antiquiss. ... Sagacis. ... etiamnunc ... NATURÆ ... fideliter admonens, Philosophia Theosophica, ... Amoris, Honoris & grati Animi ergo, ... fecit. Anno ... M.DC.II.


יהוה


CVM NVMINE LVMEN, ET IN LVMINE NVMEN.

ADumbratio GYMNASII Theo-magici, macro-cosmici, catholici illius, quod NATVRAE ... est publici
Mare, Aquas, Lapides, Vegetabilia, Animalia, Mineralia atque Metalla: imo per omnia, quæ sunt in utero Maris, aut
magno Omnipotentiæ DEI Omnipotentis digito facto, exaratum. Numen & Lumen NATVRÆ essentiale atque realiter e
Majores illi DOCTRINÆ suorum fidelium fideles omnes, Magi vel Sophi & Philosophi prisci (quibus Mundus pro lib
profundum, (als hoch-tieff vnd weit-gelerte des grossen Weltbuchs der Naturadmiratores) industria varia frequ
tim exemplo sapiente, fideliter imitere (nec equidem frustra!) haud erubescunt; ut, mirum Gratia DEI, Numine & Lu
ipsæ cum hominibus Kabalicè colloquuntur, & sequaces sunt, explicant, partim verò Anatomia Vulcanica sagacissima, SAP
Physicè, nec non Physico-artificialiter ibidem, tanquam ex Philosophiæ fonte limpidissimo, Orantes & Laborantes, mente
sti; fiunt; fient. Nam, hac Philosophandi methodo orthodoxa vereque Theosophica, ex Creatura, tanquam ex illustri & ...
IESVM CHRISTVM; NOSMETIPSOS; nec non NATVRÆ Numinis & Luminis thesauros inexhaustos, Physice & Philosop
discimus. Quod Sophistis ... impossibile! Hic Sanioris Philosophiæ apex! Phy calumniatori! Inventore HENRICO

PORTA
AMPHITHEATRI
SAPIENTIÆ ÆTERNÆ,
SOLIUS VERÆ.

…rum, à IEHOVA ELOHIM universis, omnibus, cunctis ac singulis liberaliter extracti; Vbi per Celum, Astra, Terram, …re aut superficie Terræ, aut sub Cœlo nascuntur, IEHOVÆ mirabilis SAPIENTIAM mirificam in libro Naturæ catholico ac … SAPIENTIÆ æternæ scintillula sapiens, naturaliter-magicè manifestando indefesso doctæque profitetur: quod Patres & …c Partes & Regiones pro chartis, fructus innumeri pro literis & Linguis jam olim secundum longum, latum, altum atque …, omnesque studiosi Philosophiæ Theosophicæ, solius veræ, fideles, etiamnum hodierno die, autoritate Divina & Sapien… ELOHIM … ditius afflati atque illuminati, partim Signatura Divinisve Naturæ characterismis hieroglyphicis, quibus Res …TIA ÆTERNÆ, solius veræ, in Vniverso Mundano hoc Sapienter manifestatæ, cognitionem solidam … perfectam, etiam … sensibus haurirent: Physici genuini verique Philosophi non opinantes, sed scientes, ita fierent: quales plures hic fa… Naturæ speculo, CREATOREM, quæ videlicet æterna ejus sit tum Potentia, tum Divinitas, Rom. 1. v. 20. &, quem nihil …ere nosseque possumus; de quo ijsdem; Semper & Vbique orthodoxè ac Sapienter Philosophari; beneque vivere, & beatè mori …NRATH LIPS. Theosophiæ amatore fideli, & MED. utriusque Doct. Anno à MASCHIACH … M. DC. II.







SIC
MNIA
CONSILIIS.
NE LOQUARIS DE DEO ABSQ; LUMINE


ORATORIUM
EXPERIENTIA
Maturandum



EX MVNDI MAIORIS FILIO, TRIVNO, HERMAPHRODITO, CATHOLICO; IN REGIMINE TRIVNO; AD VSVM FINEMQVE, CATHOLICE; TRIVNVM
MIRACVLVM ELIXEIR VNIVERSAL
TERRA THEOSOPH CATHOLICA
EX FISCE DVABVS NATVRÆ FONTINAM CATHOLICAM
AQVA VITÆ
SVLPHVR PHIL.
ACETVM
SPIRITVS
ANIMA (SCINTILLA MVNDI MAIORIS ANIMÆ, CATHOLICA, h.e. CATHOLICÆ NATVRÆ) in sulphure nostro: quod est SPIRITVS ANIMATVS


TRIVNVM
BONVM MAKPOKOΣMIKON, i.e. NATVRÆ, PER ARTEM KAΘOΛIKON, SVMM. BONVM, i.e. TRIVNIVS, HOMINI, AD MONADIS SIMPLICITATEM, REDVCTO, EX M
MATRIX sive VTERVS Mundi maioris
SPERMA
TERRA VIRGINEA, CATHOLICA
TRVM TOTIVS
CATHOLICON
TVM, COMMVNE; quod est, AQUA SICCA
REGINA
BEIA LVNA
LVNARIA
ARGENTVM
SATVRNVS
Philoso-
phorum.



קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ

יְהוָה צְבָאוֹת

QVI ERAT; QVI EST; QVI ERIT.

PLENI SVNT CÆLI, PLENA EST OMNIS TERRA MAIESTATE GLORIÆ EIVS:

הַלְלוּיָהּ: הַלְלוּיָהּ:

הַלְלוּיָהּ:

## I.

## LAVAMINI, MVNDI ESTOTE.

## II.

## יְהוָה VNVM

OMNIVM EFFECTOREM; CÆTERAS POTESTATES MINISTRAS HABETOTE.

## III.

AD
PRIMVM
VOTA PRECESQVE
AD
INFERIORES
HYMNI SVNTO.

## IV.

QVOD, SI FORTE,
PETITIO AD INFERIORES,
PROCESSERIT, NISI
SVB MODO DELEGATÆ,
à PRIMO
ADMINISTRATIONIS,
INTENTIO NON
ESTO.





# ISAGOGE,
## siue
# INTRODVCTIO
## IN FIGVRAM
### AMPHITHEATRI
secundam, breuis.

DECEBIT Nos, igitur, prius piè lotos atq; pœnitentialiter purgatos, offerre, supplicesque, fide sincera, commendare Deificæ Luci, & tunc, illam SAPIENTIÆ Æternæ, desuper rorantem mannam, supercælestisq; nectaream, & aquæ & ignis, pluuiam, sicut stillicidia stillantia super terram, in corda, animas, vires mentesq; nostras, hoc est in Corpus, Spiritum & Animam, siuè TERNARIVM MICROCOSMICVM renatum descendentem, præclusis sensibus seditiosis, mente quieta affectuque omni puro, fixè durantibus, tam immediatè quàm mediatè, iuxta & dormientes ac vigilantes, patienter expectare: & sic, DIVINITVS, accendi; illustrari; illuminari; sanctificari; יהוה FRVI; DIVINA PATI; immò, in DEVM, ineffabiliter, rapi; & quasi DEIFICARI. Laudantes interdum & adorantes (in SOLILOQVIIS præsertim, iisque quotidianis, atque, vt plurimum, matutinis) id PELAGVS MISERICORDIÆ immensum, OCEANVMQVE BONITATIS omnis infinitum; EX QVO, non tantùm VERBI mirifici יהשוה ΧΡΙΣΤΟΥ CRVCIFIXI, & sacrorum יהוה nominum atque verborum omnium (quæ, quoad nos, mansiones sunt sensibiles Diuinitatis, nec non memoracula nos docentia: stimulantia quoque, adiuuantia & eleuantia appetitum ANIMÆ, MENTISQVE in NOBIS, operationem admirandam, in

nosmetipsos & extra nos, virtuosè promouentia) NVMEN designantium & simul exhibentium; verùm etiam mirabilium omnium (facit enim יְהוָה mirabilia solus) ad nos vsque deriuantur radii, destillant fluenta, & diuinissimi emanant riui. O felix terque quaterque felix, in admirationem, meditationem, amorem & perceptionem HORVM, qui rapitur, NVMEN, sic, summum, realiter præsens sentiemus, יְהוָה mirabilem, & in NOBIS, & in NATVRA, & in SCRIPTVRA, mirificè loquentem, veridicè audiemus, sufficienter videbimus, fructuosè obseruabimus; ANGELOS bonos, nobis amicè assistentes, nos fideliter monentes, יְהוָה iussu benigno familiariter docentes, atque in viis nostris tutò ducentes, sinè fallacia experiemur. Humi, igitur, procidentibus NOBIS, hic hymnus, aliiq; huic non absimiles, Ionico modulamine & accentu, sacris animi concitandi caussa, debito, proferendus est:

*Rei omnis generatorque opifexque,*
*Superum rex, genus lux, hominum spes,*
*Tremor vmbris tenebrosi Phlegethontis,*
*Amor incredibilis cælicolarum,*
*Pauor inuincibilis tartareorum*
*Celebris religio terrigenarum,*
אֲדֹנָי· אֲדֹנֵינוּ· אֱלֹהֵינוּ.
Βασιλεὺς, Παντοκράτωρ, Προπηγμεθλός.
DEVS vnus, DEVS idem, DEVS alme,
Veniens desuper, illabère NOBIS.

TV. TV. TV.

*Huc sedeto;*
*Immota commoueto;*
*Quæ falsa sunt moneto,*
*Quæ vera sint, doceto;*

LEX INTRODVCTORIA

# V.

ΑΓΓΕΛΟΙ,

A NOBIS, AD יְהוָה

ET INDE, AD NOS, VOLITANTES;
REVERENTIA TREMORQVE
SVNTO.

# VI.

ERGA ILLOS
SECVNDVM NOTAM PROBATIONEM,
JVCVNDA OBOEDIENTIA
ESTO.

# VII.

SACRA,
QVORVM MYSTERIA;
SIC TRACTATVRI
VENITIS:
PALAM DIGNIS
CLAM PROPHANIS
SVNTO.

Porrò;
יְהוָה NOSCE,
*ex*
SS.ª SCRIPTVRA; CREATVRA;
etiam ex SEIPSO; & quidem,
luce suâ, in mente tua, immediatè oborta;
Theosophicè; Naturaliter; Cabalicè.

TEIPSVM NOSCE,
EX LIBRO
*SS.æ Scripturæ; Naturæ totius Vniuersi, qui est & μακρόκοσμος totus, & μικρόκοσμος, siue tuipse, secundum & corpus & Spiritum tuum; denique & MENTIS tuæ, DEO coniunctæ*
*TheoSophicè; Physicè; Physicomedicè; Physicochemicè; Physicomagicè; Hyperphysicomagicè; Cabalicè.*



# ISAGOGE,
siue
# INTRODVCTIO
## IN FIGVRAM
AMPHITHEATRI
tertiam, breuis.

## NATVRAM NOSCE
VNIVERSALITER
&
PARTICVLARITER;
ex LIBRO
SS.ᵉ SCRIPTVRÆ: NATVRÆ IPSIVS,
qui est, & Mundus maior, totus: & Mundus minor,
h.e, homo, puta, secundum & corpus &
spiritum suum:
*denique*
aut mediatè, ex ANGELIS bonis; aut immediatè,
in speculo mentis tuæ purgatæ,
*ex*
DEO IPSO:
Theosophicè; Physicè; Physicomedicè;
Physicochemicè; Physicomagicè;
Hiperphysicomagicè;
Cabalicè.

I. LAPIS



# I.

# LAPIS PHILOSOPHORVM EST: HVNC, enim,



Experientia, rerum omnium, etiam sola, sufficiens, magistra infallibiliter attestatur: cui refragari, nonne esset plusquam stultum? Hunc (ab aliis tamen præparatum) virtuosè efficacem vidit, & Pontifex Romanvs, & Cæsarea Maiestas: viderunt & Reges, orbis terrarum, non pauci: nec non Imperii Romani Electores nonnulli: viderunt & Principes aliquot, Comites, Barones, Nobiles, & (propter virtutem atque doctrinam) à nobilibus proximi, Doctores: immò ex omni gente, Iudaica, Ethnica, & Christiana, etiam Turcica, statuque ac ordine, passim, multi; tam Ecclesiastici quàm Politici, literati pariter atque illiterati, oculis (obstupescentes Naturæ, per artem, miraculo) viderunt, manibusq; tetigerunt, suis. Sciens loquor. Hos omnes cito testes: tu physicochemiæ mastix, eos interroga, in subsidium veritatis, veritatis amantes, rem ita habere, testabuntur lubentes.

2. Ratio, vera & certa, dux fida Sophorum, grauiter confirmat: quam, angustia loci huius addere impedit; alius & amplior, promtissimam, admisit.

3. Sapientes, tot ac tanti, auctores grauissimi, (quorum hac de re, passim extant monumenta) vno, harmonicè, ore, etiam iureiurando Sanctissimo, non temerè asseuerarunt: qui omnes veridici (quia viri docti & boni) tamdiu & sunt & habentur, donec de eis contrarium, sufficienter, fuerit probatum. at quando? Cumq; artifici cuiuis in sua arte sit credendum, cur non potius, ea in re, fides erit adhibenda illis, quàm ignorantibus? omnium enim artifices, & optimè & verissimè, de sui operis ratione, differere, loqui & iudicare sciunt.

4. Natvra, Dei, in huius machina Mundi, nunquam otiosa ministra, multis, in operationibus suis, (vt tradiderunt



TO; EX MVNDI MAIORIS FILIO, TRIVNO, HERMAPHRODITO, CATHOLICO; IN REGIMINE TRIVNO, AD VSVM FINEMQVE, CATHOLICE; TRIVNVM
LAPIS PHILOSOPHORVM
MIRACVLVM ELIXIR VNIVERSAL
THEOSOPH
CATHOLICA
EX HISCE DVABVS NATVRÆ FONTINAM, CATHOLICAM
SPIRITVS
CÆLVM
IGNIS
SVL
PHVR
AER
MERCVRIVS
ROS
AQVA VITÆ
VOLATILIS
MERCVRIVS
SVLPHVR PHIL
SALIS
SVL
PHVRIS
ACETVM
SPIRITVS
ANIMA SCINTILLA MVNDI MAIORIS
ANIMÆ, CATHOLICA
CATHOLICÆ
NATVRÆ
SPI
RITVS ANIMATVS
SANGVIS TERRÆ
REX
SPERMA
SOLARIA
SOLARIÆ
POTABILE



TRIVNVM : BONVM ΜΑΚΡΟΚΟΣΜΙΚΟΝ, NATVRÆ, PER ARTEM, ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ, SVMM: DONVM
TRIVNIS, HOMINI, AD MONADIS SIMPLICITATEM, REDVCTO; EX
TERRA VIRGINEA, CATHOLICA, h. e. Naturæ Vni
versalis, non particularis; Candida et Sincera CEN
TRVM TOTIVS, ad cuius etiam inventa, indeq;
labore sagaci, omnia vincente, feliciter eruta: Artis
foliata, Rara. Aeris pars Lapidis nostri FIXA
Congelans, Congulans et figens. SAL TERRÆ,
CATHOLICON viriditate sua, sterilia vinctis
fœcundans: ARTIS AROMATICVM; et SAPIEN
TVM, COMMVNE; quod est, AQVA SICCA,
non madefaciens manus. CORPVS, sine spi
ritu et Anima PRÆTIOSVM, ab impuro,
superfluo et corruptibili, vili et falso (quod
in fine, separationis suæ, videmus nigrefere) ob
lapsum
sordida, mortali et damnata, liberatum. Spiritus
animali PROPRII FERMENTI
prium, mucium receptaculum et seminari
um, ANIMÆ, incorruptibilis et immortalis
SVÆ, hortulus amœnissimus, ac para
disus terrestris. LATON dealbatus.
TARTARVS, nostri catholici
CATHOLICVS, in albedinem
philosophica ustione
conversus EVA
lota: REGINA pulcra et
formosa. BEIA LVNA.
splendens LVNARIA
vera ARGENTVM
SATVRNVS
Philoso
phorum.



קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ
יְהוָה צְבָאוֹת

QVI ERAT, QVI EST, QVI ERIT.

PLENI SVNT CÆLI, PLENA EST OMNIS TERRA MAIESTATE GLORIÆ EIVS.

הַלְלוּיָה: הַלְלוּיָה:
הַלְלוּיָה:

I.

LAVAMINI, MVNDI ESTOTE.

II.

יְהוָה VNVM

OMNIVM EFFECTOREM; CÆTERAS POTESTATES MINISTRAS HABETOTE.

## III.

AD
PRIMVM
VOTA PRECESQVE
AD
INFERIORES
HYMNI SVNTO.

## IV.

QVOD, SI FORTE,
PETITIO AD INFERIORES,
PROCESSERIT, NISI
SVB MODO DELEGATÆ,
à PRIMO
ADMINISTRATIONIS,
INTENTIO NON
ESTO.





# ISAGOGE,
## siue
# INTRODVCTIO
## IN FIGVRAM
### AMPHITHEATRI
secundam, breuis.

DECEBIT Nos, igitur, prius piè lotos atq; pœnitentialiter purgatos, offerre, supplicesque, fide sincera, commendare Deificæ Luci, & tunc, illam SAPIENTIÆ Æternæ, desuper rorantem mannam, supercælestisq; nectaream, & aquæ & ignis, pluuiam, sicut stillicidia stillantia super terram, in corda, animas, vires mentesq; nostras, hoc est in Corpus, Spiritum & Animam, siuè TERNARIVM MICROCOSMICVM renatum descendentem, præclusis sensibus seditiosis, mente quieta affectuque omni puro, fixè durantibus, tam immediatè quàm mediatè, iuxta & dormientes ac vigilantes, patienter expectare: & sic, DIVINITVS, accendi; illustrari; illuminari; sanctificari; יהוה FRUI; DIVINA PATI; immò, in DEVM, ineffabiliter, rapi; & quasi DEIFICARI. Laudantes interdum & adorantes (in SOLILOQVIIS præsertim, iisque quotidianis, atque, vt plurimum, matutinis) id PELAGVS MISERICORDIÆ immensum, OCEANVMQVE BONITATIS omnis infinitum; ex QVO, non tantùm VERBI mirifici יהשוה ΧΡΙΣΤΟΥ CRVCIFIXI, & sacrorum יהוה nominum atque verborum omnium (quæ, quoad nos, mansiones sunt sensibiles Diuinitatis, nec non memoracula nos docentia: stimulantia quoque, adiuuantia & eleuantia appetitum ANIMÆ, MENTISQVE in NOBIS, operationem admirandam, in

nosmetipsos & extra nos, virtuosè promouentia) NVMEN designantium & simul exhibentium; verùm etiam mirabilium omnium (facit enim יהוה mirabilia solus) ad nos vsque deriuantur radii, destillant fluenta, & diuinissimi emanant riui. O felix terque quaterque felix, in admirationem, meditationem, amorem & perceptionem HORVM, qui rapitur, NVMEN, sic, summum, realiter præsens sentiemus, יהוה mirabilem, & in NOBIS, & in NATVRA, & in SCRIPTVRA, mirificè loquentem, veridicè audiemus, sufficienter videbimus, fructuosè obseruabimus; ANGELOS bonos, nobis amicè assistentes, nos fideliter monentes, יהוה iussu benigno familiariter docentes, atque in viis nostris tutò ducentes, sinè fallacia experiemur. Humi, igitur, procidentibus NOBIS, hic hymnus, aliiq; huic non absimiles, Ionico modulamine & accentu, sacris animi concitandi caussa, debito, proferendus est:

*Rei omnis generatorque opifexque,*
*Superum rex, genii lux, hominum spes,*
*Tremor vmbris tenebrosi Phlegethontis,*
*Amor incredibilis cælicolarum,*
*Pauor inuincibilis tartareorum*
*Celebris religio terrigenarum,*
אֲדֹנָי· אֲדֹנֵינוּ· אֱלֹהֵינוּ·
Βασιλεὺς, Παντοκράτωρ, Προπυλαθλός.
DEVS vnus, DEVS idem, DEVS alme,
Veniens desuper, illabère NOBIS.

TV. TV. TV.

*Huc sedeto;*
*Immota commoueto;*
*Quæ falsa sunt moneto;*
*Quæ vera sint, doceto;*

## LEX INTRODVCTORIA

## V.

ΑΓΓΕΛΟΙ,
A NOBIS, AD יְהֹוָה
ET INDE, AD NOS, VOLITANTES;
REVERENTIA TREMORQVE
SVNTO.

## VI.

ERGA ILLOS
SECVNDVM NOTAM PROBATIONEM,
JVCVNDA OBOEDIENTIA
ESTO.

## VII.

SACRA,
QVORVM MYSTERIA,
SIC TRACTATVRI
VENITIS;
PALAM DIGNIS
CLAM PROPHANIS
SVNTO.

Porrò;
יְהֹוָה NOSCE,
*ex*
SS.ª SCRIPTVRA; CREATVRA;
etiam ex SEIPSO; & quidem,
luce suâ, in mente tua, immediatè oborta;
Theosophicè; Naturaliter; Cabalicè.

TEIPSVM NOSCE,
EX LIBRO
*SS.ª Scriptura; Natura totius Vniversi, qui est & μακρόκοσμος totus, & μικρό-κοσμος, sive tuipse, secundum & corpus & Spiritum tuum;*
*denique & MENTIS tua, DEO coniuncta*
*TheoSophicè; Physicè; Physicomedicè; Physicochemicè; Physicomagicè;*
*Hyperphysicomagicè; Cabalicè.*



# I.

# LAPIS PHILOSOPHORVM EST: HVNC, enim,



EXPERIENTIA, rerum omnium, etiam sola, sufficiens, magistra infallibiliter attestatur: cui refragari, nonne esset plusquam stultum? Hunc (ab aliis tamen præparatum) virtuosè efficacem vidit, & PONTIFEX ROMANVS, & CÆSAREA MAIESTAS: viderunt & Reges, orbis terrarum, non pauci: nec non Imperii Romani Electores nonnulli: viderunt & Principes aliquot, Comites, Barones, Nobiles, & (propter virtutem atque doctrinam) à nobilibus proximi, Doctores: immò ex omni gente, Iudaica, Ethnica, & Christiana, etiam Turcica, statuque ac ordine, passim, multi; tam Ecclesiastici quàm Politici, literati pariter atque illiterati, oculis (obstupescentes Naturæ, per artem, miraculo) viderunt, manibusq; tetigerunt, suis. Sciens loquor. Hos omnes cito testes: tu physicochemiæ mastix, eos interroga, in subsidium veritatis, veritatis amantes, rem ita habere, testabuntur lubentes.

2. RATIO, vera & certa, dux fida Sophorum, grauiter confirmat: quam, angustia loci huius addere impedit; alius & amplior, promtissimam, admisit.

3. SAPIENTES, totac tanti, auctores grauissimi, (quorum hac de re, passim extant monumenta) vno, harmonicè, ore, etiam iureiurando Sanctissimo, non temerè asseuerarunt: qui omnes veridici (quia viri docti & boni) tamdiu & sunt & habentur, donec de eis contrarium, sufficienter, fuerit probatum. at quando? Cumq; artifici cuiuis in sua arte sit credendum, cur non potius, ea in re, fides erit adhibenda illis, quàm ignorantibus? omnium enim artifices, & optimè & verissimè, de sui operis ratione, disserere, loqui & iudicare sciunt.

4. NATVRA, DEI, in huius machina Mundi, nunquam otiosa ministra, multis, in operationibus suis, (vt tradiderunt

TheoSophi & confirmarunt experti) viis ac modis, diu noctuque nobis fideliter suadet, fidemque, de eo, facit firmam. Natura parens, de filio *Catholico, catholicè* testatur, suo.

5. MENS, humani animi scintilla altior & lucidior, Diuina ac immortalis, quam DEVS id generis dotauerit conditione, vt ex insito sibi Naturæ suæ desiderio, quibuscunque possit viribus, ad summa & optima tendat, indesinenter appetit: quē appetitus boni (est enim à DEO) stimulum, quam animi (sciunt non nisi experti) irrequietudinem, quod desiderium ardens, LAPIDEM PHIL.= habendi, si in rerum, natura non esset, DEVS IPSE, etiam iis, (de vitiosis sermo hîc non est) qui prudentiores, sapientiores & religiosiores aliis sunt, aut fuêre, frustrà indidisset. Atqui nihil frustra!

6. CONSENSVS TYPICVS, verè admirandus, (in Natura) LAPIDIS huius, cum SS.ª Triunitate Diuina; cum toto Vniuerso creato; nec non λόγῳ DEI incarnato, h. e. Maschiah promisso & misso, religionisque Christianæ Sacramentis atque mysteriis tam altis & profundis, verum esse, credere ac fateri, omnes sanæ mentis, iustè compellit. Si loquor absque veritate, erubescam. Iudicent, non nisi scientes. Amen, amen, dico vobis; si vnum, etiam alterum.

7. Denique, (cum CREATOR, etiam ex CREATVRA, teste D. Paulo, ad Rom. 1. velit cognosci) DEVS & potuit & voluit (velle testatur experientia) organis suis, quibusdam, (non enim vni dat cuncta DEVS) inde vsque à Mundi initio, benignè largiri, & adhuc vult, (quoniam in æternum misericordia eius) vt nimirum, quænam sit mira CREATORIS Sapientia, potentia infinita, benignitas immensa, &c. h.e. qualis sit DEVS IPSE, typo mirifico, ex CREATVRA, non quidem, ex Mundo maiore, per se solum vel simpliciter, & partibus eius, passim, particulari cognitione, verùm quoque, ex Mundi maioris FILIO, (artis, h.e. PHYSICOCHEMIÆ interpretamento) in subiecto catholico, catholicè, abundantius & explicatius, humano generi, coram, innotescant: indeq; יהוה Triunum, auctorem tanti boni ac doni, clarius discat agnoscere, admirari & venerari solum, animo collaudare grato, profundius meditari, ipsique inseparabiliter coniungi, & reuniri. ERGO, quemadmodum יהוה Sapientissimi erat, viam hanc, quam iudicauit esse, ad se

patefaci-

patefaciendum, maximè commodam, eligere & inuenire: ita nostrum est, quam ipse elegit, comprobare, amplecti & sequi; atque ex naturæ filio, stylo PhysicoChemico hoc, DEO sic ordinante, in Libro & Speculo NATVRÆ (quod, certè, catholicon habemus, in LAPIDE Phil.^m ac splendidissimum) nobis à DEO propositis, IPSVM (sicuti & in Filio suo, interpretamento SS.æ Scripturæ) salutariter agnoscere; MVNDVM quoque, sicuti in fine seculi huius, per ignem renouandum, ita, & quomodo, & à quo, in principio, constructus sit, per ignem vtiliter videre ac intelligere; denique & NOSMETIPSOS fructuosè cognoscere.



# II.
# QVID EST LAPIS PHILOSOPHORVM?

LAPIS PHIL.^m est רוּחַ אֱלֹהִים RVACH ELOHIM, (qui incubabat aquis, Gen. 1.) Cælo mediante (יְהוָה solo, ex mera bonitate sua, ita volente) conceptus, & corpus, verum ac sub sensus cadens, factus, in vtero πρωτοτόκῳ (ΧΑΕΟΣ creati) Mundi maioris virgineo, TERRA, nimirum, vacua atque inani, & AQVA: natus in lucem μακροκόσμου filius, aspectu (coram insipiente) vilis, deformis, & quasi in nouissimis: consubstantialis, tamen, similisq; parenti, Mundus paruus, (de homine, aut aliquo sumto, ex vel ab eo, nihil tibi imaginare) catholicus, triunus, ἑρμαφρόδιτος, visibilis, tactu, auditu, olfactu & gustu sensibilis, localis atque finitus: manifestatus, regeneratoriè, à semetipso, artis physicochemicæ obstetricia manu, in corpore, suo, semel assumto, glorificato: ad commodum siue VSVS, propemodum infinitos, & microcosmo & macrocosmo, in triunitate catholica, mirificè salutares. Apage sis, fili perditionis, tu, tute, ὑδράργυρον, & omnia tecum, quæ ex tete, vtut etiam, mangonicè, præparata. Peccatoris es typus, non Saluatoris: seruari poteris ac debes, non seruare. Figura es mediatoris ad errorem, interitum & mortem, non boni illius, ad veritatem, incrementum & vitam. Regnauit, regnat & regnabit in naturalibus, naturaliter & vniuersaliter, Na-

turæ filius, catholicus, SAL (scito) SATVRNI; fusibili modo suo; semper & vbique, in Natura ex semetipso, permanens; & ortu & virtute, VNIVERSALE. Audi atque attende: SAL ANTIQVISSIMVM LAPIS. Mysterium! Cuius nucleum, in DENARIO, Harpocraticè, sile. Qui potest capere, capiat; Dixi. SAL, non sine causa graui, à Sapientibus, cognomine, ornatus est, SAPIENTIÆ: Quo, & SOLE, nihil vtilius dixerunt esse in Mundo. Hîc stude.



# III. QVARE DICITVR LAPIS, ET CVR PHILOSOPHORVM?

LAPIS, cur propriè dicatur, quodque nomen eius, quo apud vulgus, oculis videntibus cæcum, auribusque audientibus surdum, nominatur. DEVS IPSE, ob causas certas, in scriptis Sapientiæ antistitum traditas, grauiter prohibuit cuiuis reuelare. Quamobrem & cuncti philosophi citius mori voluerũt, quàm hoc diuulgare. Est enim, iusto DEI iudicio, semper fuit, & (יהוה Ipso, custode forte atque zelote) erit, (simul & solutio eius) *Secretum* ARTIS *secretissimum*, anathematis fulmine, à Sapientibus, erga indignos, meritò inuidis, iure sigillatum. Adducam, tamẽ, ipsos philosophicè loquentes: quia, inquiunt, vt lapidum, est quoque generatio & regeneratio eius: ex humido, nimirum, viscoso & glutinoso, & terreo sicco. Et: quod coctione sua (quæ incrassando procedit) in lapidem permanenter fixum (quique, vt lapis, teratur) induretur. Alphidius: Si lapis proprium nomen haberet, lapis esset nomen eius. Alii: lapis non lapis. Hæc, philosophicè, philosophi. Responsum clarius, maneat, alta mente, repostum; ne diuinum, contra nos, excitemus furorem. PHILOSOPHORVM, Lapis occultus, est, non insipientum & idiotarum; non impiorum, ac, contra conscientiam, vitiosorum. Philosophus, autem, h.e. Sapientiæ veræ amator, qui sit, ex parte, Amphit. huius, secunda perfectè docêris. Axiomata, duo, hæc, tibi cõsiderãda, fraternè relinquo: Ex fine cuiusq; intẽtionis resultat principiũ eius. Et, cum, alicuius rei, latent causę, à signis & effectibus, ad earũ inuestigationem, itur. Hisce, contẽtus esto.



# IV.

## QVID EST רוּחַ אֱלֹהִים RVACH ELOHIM, QVI INCVBABAT AQVIS? Genes. 1.

רוּחַ אֱלֹהִים Rvach Elohim, est Spiritvs, Spiraculum, anhelitus יְהוָה sancti, sanctus; Vapor virtutis Dei omnipotentis atque omni tenentis, & Emanatio quædam, emissiovè, fœcunditatis vitalis, primi summique motoris, viuifica atque virtuosa, è profundissimo, Diuinitatis suæ recessu; Idearvm, videlicet, siuè, Exemplarium, Specierum, Rationum seminariarum, primordialium & radicalium, voluntatum opificum & causarum effectricum, in Archetypi, opificis summi, mente (חָכְמָה Hhochmah in Sapientia, Bonitate eius, causante eas) conceptatû atque præexistentium, rerum omnium, in Mundo, postea futuro, producendarum & fiendarum. Qvæ (Elohim, creatore & conditore, Verbo suo, dicente ac præcipiente. Genes. 1.) res omnes, quas extare voluit, in hoc Theatro Mundano, produxerunt, esseq; fecerunt :- in globo sublunari, vestitæ Terra & Aqva, ὕλη siue Materia prima, communi & vniuersali, Cæli interuentu. Addo: Rvach Elohim est μορφὴ siuè Forma, rerum omnium, interna, οὐσιώδης & essentialis: Mundi Anima vniuersalis: Virtus substantialis, per se subsistens, causa omni creaturæ, Mundi huius subsistendi: Essentia (quia increatus) verè qvinta: & (vt voce dicam vsitatissima) ipsissima substantificaque rerum Natvra. Dei Nvmen, & Diuina Ratio, toti Mundo eiusque partibus, insita, parens rerumque harum opifex. Vnvs (essentia & numero) hic Dei Spiritus est; vna; Vniuersitatis conspicuæ & corporeæ huius vnius, Anima catholica, πολυποίκιλος tamen, h.e. multiformis (Sap. 7, 22. Ephes. 3, 10.) & variæ eius radii atque Scintillæ, per totius ingentem, materiei primæ massæ, molem, hincinde dispersæ ac dissipatæ: inque mundi partibus, disiunctis etiam, & loco & corporis mole, necnon circumscriptione, postea separatis, disiunctim

& ſeparatim innumeræ, vnius Animæ vniuerſalis ſcintillę, nunc etiam inhabitantes.



## V.

## QVID EST CÆLVM?

CÆLVM, eſt SPIRITVS ÆTHEREVS corporalis, vel corpus æthereum ſpirituale, corruptioni non obnoxiū, totius Mundi machinā permeans: ſuperius, VERBO DOMINI, firmatū, hinc FIRMAMENTVM; inferius, maſſæ ſublunari, toti incorporatum: Vnius eiuſdemque & eſſentiæ & ſubſtantiæ Cælum vnum, id quod inferius, & id, quod ſuperius. Illud, tamen, labore Phyſicochemiæ ſagaci, in vſum hominum, ad ſenſum poteſt manifeſtari atque tractari.



## VI.

## QVOMODO רוּחַ אֱלֹהִים RVACH ELOHIM, CÆLO MEDIANTE, CONCEPTVS, *& corpus verum, ac ſub ſenſus cadens factus eſt, in vtero πρωτοτύπου (ΧΑΕΟΣ, puta creati) Mundi maioris virgineo, TERRA nimirum vacua atque inani, & AQVA?*

EXTREMA, ſine medio, eoque conueniente, coniungi, copulari atq; vniri non poſſe, eſt vnanimis verè philoſophantium vox atq; conſenſus. RVACH ELOHIM, Spiritus (eſſentiâ) Diuinus, increatus, ſimpliciſſimus, omnis corporeæ molis expers, ſpōte & per ſe mobilis, πολυμορφος, h. e. multiformis aut formarū plenus, immò ipſiſſima rerū FORMA: Et ABYSSVS tenebroſa, triuna, videl. CÆLVM, TERRA inanis & vacua, & AQVA, ENS, à DEO IPSO (cuius ſolius eſt proprium κτίζειν, creare) ex nihilo, h. e. de nullo ſubſtantiali, aut per ſe exiſtente materiali principio, primùm CREATVM, corporeum, confuſè mixtum, MATERIA ad motum, per ſe, inefficax: reuera, ſi quid, extrema

ſunt.

ſunt. CÆLI, igitur, MEDII, extremorum amborum, ſuo modo (quia corpus Spirituale & Spiritus corporalis) participis, (יהוה ſolius voluntate benigna) interiectu, RVACH ELOHIM (deſcendendo demittendoque ſe per circumferentias parteſq; abditiſſimas omnes, & diſpergendo in imum vel meditulliũ, Scintillas radiosve fœcunditatis ſuæ) ad CENTRVM vſque penetrabat, in ENS illud CREATVM, totum: maſſamque illam ſeu molem ingentem, rudem (XAOΣ) confuſam atque informem, Mundi futuri ſeminarium, ὕλην ſiue materiam lutoſam, VIRGINEAM, (nondum enim neque conceperat, neque produxerat antea) FORMA (ſemetipſo) ſic informauit, & ANIMA animabat, imprægnabatque puriſſima: permeabat, replebat, calorẽ infundebat, viuificabat & fœcundabat, quod erat Tohu va Bohu, vacuum atque inane: illuminabat, quod erat tenebroſum; diſtinguebat, confuſum: ornabat, rude ac impolitum: ordinabat indigeſtum ac incompoſitum: inque eius VTERO, h.e. CENTRO (cuius & totum adhuc hodie mouet, ſuſtentat atq; conſeruat) intimovè (Spiritu æthereo, CÆLO, videl. vt dictum, intermediante) cõcipiebatur, & corpus, ſiue corporeus factus, atq; concretus eſt. Myſterium iam obſerua & admirare typicum; conceptionem, inquam, Seruatoris & Saluatoris vtriusque & Mundi maioris & Mundi minoris, ſiue generis humani. De hoc, ſcriptum, legimus: VERBVM caro factum eſt: de illo, Cabalâ, ſcimus: RVACH ELOHIM, corpus factus eſt. Et; DEVS manifeſtatus in carne: SPIRITVS DEI manifeſtatus in corpore. Hic, filius Mundi maioris, DEVS & creatura, catholicus: ille, filius DEI, θεάνθρωπος, h.e. DEVS & homo: Vnus, in vtero Mundi maioris; alter, in vtero Mundi minoris: vterque VIRGINEO, conceptus. Enſoph! Enſoph! profunditas profunditatum & altitudinum altitudo! Abſq; blaſphemia dico: IHSVH CHRISTI crucifixi, Saluatoris totius generis humani, id eſt, Mũdi minoris, in NATVRÆ LIBRO, & ceu SPECVLO, typus eſt, LAPIS PHIL.[m] Seruator Mundi maioris. Ex lapide, CHRISTVM, naturaliter cognoſcito & ex CHRISTO, Lapidem, Theoſophicè diſcito. Libro SS.[a] SCRIPTVRÆ hîc nihil detraho. Placuit, DEO mirabili, mirabilis docendi & diſcendi modus; placeat idem & mihi & tibi. Chriſtiana, quæſo, iudicet fraternitas: Et ego Chriſtianus ſum, Deique gratia, & eſſe, & permanere, volo.



# VII.

## QVOMODO, ET VBINAM NATVS IN LVCEM, ΜΑΚΡΟΚΟΣΜΟΥ

*Filivs, aſpectu (coram inſipiente) vilis, deformis, & quaſi in nouiſſimis: conſubſtantialis ſimilisque parenti, Mundus Paruus (non homo,) catholicus, triunus, ἑρμαφρόδιτος, viſibilis, tactu, auditu, olfactu & guſtu ſenſibilis, localis atque finitus?*

VBI? In terra catholica ſancta, quam etiam nunc feliciter inhabitat, in Saturnio regno. Μακροκοσμου Filivs; è ſemine & ſanguine parentis formatus, & ex vtero eius in lucem, naturaliter, excluſus. Aspectv (coram inſipiente) vilis, deformis, & qvasi in novissimis: mundoque ludibrium: in conſpectu tamen Sapientis eſt pretioſiſſimus. Ihsvh Christvs non alium, in Natura, requirebat typum. Consvbstantialis similisqve parenti: quia è ſemine & ſubſtantia parentis. Catholicvs: ſecundum corpus, Spiritum & Animam: etiam virtutes ac operationes. Corpvs habet Catholicon, quia eſt de ſemine Mundi, de eſſentia & ſubſtãtia Materiæ primę catholicę, particula de ὕλῃ primordiali & vniuerſali, terra videl. & aqua, in principio creatarũ: in ſtatu adhuc vniuerſali, non vt (Deo ſic volente) rerũ cæterarum globi ſublunaris corpora omnium ſpeciali aut particulari, à radiis atque ſcintillis Animæ Mundi ſpecialibus, h.e. ſpecialis particularisve proprietatis ſiue Naturæ, ſpecificata, & (vt ita dicam) particulariſata. Vniuerſalis quoque conditionis eſt eius Spiritvs, Vniuerſalis & Anima, quæ ſcintilla Animæ Mundi catholicæ, Catholica, h.e. Vniuerſalis Naturæ, proprietatis & operationis. Catholiciſmus hîc ſolus locũ habet, particulariſmus eſt ſolœciſmus. Catholicon PhyſicoChemicorum, non niſi ex catholico. Omne enim ſimile à ſuo ſimili producitur. Et, Quale ſemen, tale germen. Valeant igitur & diſcedant procul hinc (vltra montes Caſpios vſque) materię ſpeciales ſiuè particulares omnes, cuiuſcunque ſint ordinis nominis atque virtutum. Catholicon requiri-

quiritur, particulare reiicitur. Frustrà, igitur, & falso quærimus in multitudine particulari id, quod habemus in triuno Vniuersali. Verum est, quod dicunt; TOT LAPIDES QVOT RES: subintelligendum, PARTICVLARES: Ex solo, Mundi maioris, filio Vniuersali, Lapis solus Vniuersalis. LAPIS, quoque, EX OMNI RE; particularis, scilicet, ex particulari: Vniuersalis, ex Vniuersali. IN OMNIBVS, (suo modo) particulariter: in chao nostro VNO, CATHOLICO, catholicè. ADDO: Hanc vnicam solamque ob causam, quod videlicet constat ex iis, nudè & simpliciter catholicis, ex quibus, in prima creatione, totum hoc conspicuum atq; corporeum VNIVERSVM, cum partibus suis; ideoque per & ex se, potens est, & solus sufficiens, (regeneratus, tamen, post passionem suam) in fructus, huius ENTIS creati primi, speciales atq; particulares tanquam in consanguineos (suo modo) suos, vires exercere mirificas, catholicè, suas, & numero, simul, omnes. Quæ virtus tam mirè efficax, scintillæ, Animæ Mundi, Catholicæ, vniuersalis, propria & peculiaris, in corpore, non nisi catholico, à verè Sapientibus, benè censetur. Quapropter & CATHOLICI, LAPIS noster, iure meruit nomen: OMNIAQVE ritè appellari potest ac debet. TRINVS: VNVS, in composito, siue in toto: Et, quod, extra vel citra hunc, non sit alius, in virtute mirifica, huic similis. TRIVNVS, in essentiis & subsistentiis: constat enim Terra & Aqua, corpore vno: Spiritu æthereo, quod Cælum est, medio copulante: & Anima, Animæ Műdi scintilla animatus catholica: hypostasibus aut subsistentiis tribus, distinctis atq; diuersis. Vnde Lapis noster Trinus existit & Vnus, h.e. Triunus, videlicet, Terrestris, Cælestis atque DIVINVS. VEGETABILIS, quoque, ANIMALIS & MINERALIS est & dicitur; quia est illud idem, in substantia & in esse, ex quo Vegetabilia, Animalia & Mineralia, h.e. Terrena, Aquatica, & subterrena omnia, ortum traxêre suum, quemadmodum & paulò ante est ostensum. Et, quod propterea, in illa, mirificè operari possit. Et, quod illa nutriantur ac conseruentur iisdem, ex quibus Lapis: Lapis, contra, (suo modo) ex quibus ipsa. Deniq;, TRIVNVS est, quod SALE, MERCVRIO & SVLPHVRE, substantiis tribus diuersis atque distinctis, in Lapidem, sit compositus, TRIVNVM. Summariter: Vna est & Trina, Lapidis huius, tam mirabilis, materia certa & propria; ex qua o-

mnes Philoſophi, magiſterium certum, veraciter præparant: in trinitate catholica, (non particulari) ſua, non peregrina aut ſpeciali ſiue ſpecificata) vnita: in vnitate, vniuerſali, tripartita. Porro: Rectè veteres cenſuerunt & collegerunt, vnum eſſe DEVM, quia vnus eſt mundus: contra; vnum eſſe mundum, quia vnus eſt DEVS: neque SS.ª Scriptura alterius meminit; qui ſi eſſent, certè commemoraſſet. Inde, non abſurdè, colligo: ſi vnus eſt Mundus, etiam vnus eſt Lapis Phil.m catholicus, catholicè repræſentans Mundi vnius vniuerſum vnum, eiuſque creatorem ac conditorem vnum. Si quæris, cur vnus tantum ſit Mundus, & cur vnus tantum Phil.m catholicus Lapis: Reſpondeo; Quia DEVS plures noluit. Ratio eſt; quæcunque voluit, fecit; Pſal. 115,3. Cur verò noluerit, tu quære ab eo, ipſe ſolus nouit. ΕΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ: *figuram acutè contemplare præſentem*, reſponſionem leges & videbis ſufficientem. Cætera, quæ ſequuntur, per ſe ſunt ſatis clara & manifeſta. De cæteris, in definitione, verba præſupponunt mentem.



# VIII.

## QVARE MANIFESTATVS, REGENERATORIE A SEMETIPSO,


*& quomodo artis PhyſicoChemicæ obſtetriciâ manu, in corpore ſuo, ſemel aſſumpto, glorificato?*

RESPONSIONEM, de primo, ex præcedentibus, petere poteris, plenariam. Hoc reſtat: *Quomodo, artis Phyſicochemicæ, obſtetricia manu, in corpore, glorificato?* In REGIMINE, ſcito, TRIVNO. 1. IN PRIMO, namque, operis PhyſicoChemici catholici REGIMINE, diuerſis & laboribus & inſtrumentis, manuumque & Ignis arte varia, ex ADROP, (quod, in ſua lingua, Saturnum ſonat,) h.e. PLVMBO SAPIENTVM, SATVRNI COR: vinculis coagulationum dextrè relaxatis, DVENECH VIRIDE, & VITRIOLVM VENERIS (debita, Lapidis Benedicti, materia) aderit noſtrum. LEO VIRIDIS, abſconſus & latens, è montis ſui Saturnini cauerna, illecebris ac blandimentis, natu-

ræ ſuæ conuenientibus, eliciendo manifeſtatur. SANGVIS, è vulneribus Leonis, lancea acuta transfoſſi, craſſus, & copiosè effluens, diligenter colligitur, omnis. TAH & LILI, LIMVS, TERRA, madida, humida, vliginoſa & lutoſa, ADAMICA, prima creationis Mundi maioris, noſtri ipſius, & Lapidis vigoroſi noſtri, materia, conſpicua redditur. VINVM, (quod ſanguinem terræ nominarunt Sapientes,) ex Vna Phil^m Catholica, Raymundi RVBRVM, ob ruborem (colorem virtutis) craſſum, denſum & atrum, nigrum nigtius nigro dictum, erit præſtò. VINCVLVM, quo Anima cum corpore eſt colligata, & in vnam maſſam coadunata, relaxatur & diſſoluitur. SPIRITVS & ANIMA (ſpiritus animatus) à corpore ſenſim diſcedunt & pedetentim ſeparantur: hoc dum fit, fixum redditur volatile, & corpus immundum, de die in diem, corrumpitur, deſtruitur, moritur, nigreſcit atque incineratur. Cinerem hunc, ô fili, ne vili pendas, eſt enim diadema corporis tui; latet ſub eo pygmæus noſter, vincens ac vinciens gigantes. II. In REGIMINE SECVNDO, (quod opus eſt mulierum, & ludus puerorum) in VASE criſtallino, circulari, & materiei quantitati iuſtè approportionato, vno, artificio phyſicomagico, Hermeticè, nec non à Theoſopho, cabalicè ſigillato; FVRNO Athanoris vno; & IGNE vno. CORPVS, SPIRITVS & ANIMA, diligentia accuratiſſima, Herculeiſque laboribus, externè lota, mundata & purgata, iterumque compoſita, commiſcentur, per ſe putreſcunt, & ſinè manuali cooperatione, ſolius Naturæ laboribus, ſoluuntur, deſtillantur, ſeparantur, ſublimantur, coniunguntur, remiſcentur, copulantur & reuniuntur: fixumque, ſic, plenariè, fit volatile: per ſe quoque coagulantur; diuerſimodè colorantur, calcinantur, figuntur; Et, ita, volatile, redditur fixum, Munduſque renouatus & nouus conſtituitur. In horum, in ſuperficie, ſiuè externè, depuratorum, iuxta Naturæ & pondera & proportionem, mixtione, ſecretum COMPOSITIONIS triplex, pauciſſimis notum, quàm diligentiſſimè obſeruare, & adhibere memento: aliâs ſpiritus animatus corpori nō poteſt coniungi; nec, contra, corpus ſpiritui reuniri. Quo ritè peracto, CHAOS, Naturæ catholicæ, aderit, ex priore, Mundi noui futuri, nouum: explicatur, ſeparatur: ſeparata exornantur, h. e. Naturæ, interni & radicalis atque centralis, Diuina: manuum labore

adhibito nullo: hanc factam esse, cum perceperis, motum, in te, experieris internum, &, oh, gaudio lachrymabis! Quia peccatum originis, igne Diuini amoris, in regeneratione, & corporis, Spiritus & Animæ, diuinitus auferri & separari, certò intelliges. Non scribo fabulas. Manibus tractabis, oculisque videbis tuis, AZOTH, h. e. ☿.^m Phil.^m Catholicon: qui cum Igne interno & Externo, harmonia tamen sympathica, cum Igne Olympico, ob necessitatem ineuitabilem, Physicomagicè vnito, ad Lapidem nostrum consequendum, solus tibi sufficit. Quod, Vulcani, secretum, profundissimè, absconsum, nisi probè scieris; eoque, aut ab artifice, aut vsu crebro, aut DEO IPSO, more Cabalistico, te instruente, in furno triuno, sphęricè rotundo, ritè vti didiceris, frustra & in vanũ (quamuis in debita materia) laborabis. TENEBRÆ apparebunt, super faciem abyssi: Nox, Saturnus, & Antimonium aderunt Sapientum: Nigredo, & caput corui, Alchimistarum in hora, coniunctionis, varia, & omnes Mundi colores, apparebunt: Iris quoque, DEI nuncia; & cauda pauonis. Mysteria nota, quæ de iride, & in veteri, & in nouo Testamento. Denique, posteaquam transierint color cineritius, albedo & flauedo, videbis, LAPIDEM PHIL.^m REGEM nostrum, & DOMINVM Dominantium, prodire, ex sepulchri vitrei sui thalamo ac throno, in scenam mundanam hanc, in corpore suo glorificato, hoc est, REGENERATVM & PLVSQVAMPERFECTVM, videl. Carbunculũ lucẽtem, splendore Temperatissimũ, & cuius partes subtilissimæ, ac depuratissimæ, cõcordi mistionis pace, in VNVM, inseparabiliter sunt ligatæ, summæq; æqualem: Diaphanon, vt Cristallus; compactum & ponderosissimum; facillimæ fusionis, in igne, vt resina, & ante hydrargyri fugam, sicuti cera, attamen absq; fumo, fluentem; corpora, solida & clausa, ingredientem ac penetrantem, sicuti oleum papyrum: in liquore quouis dissolubilem & liquescentem, eique commiscibilem, friabilem, vt vitrum: in puluere croceum, in massa verò integra, instar rubini, rubentem: (quæ rubedo, perfectæ fixionis, & fixæ perfectionis, est SIGNATVRA) permanenter colorantem aut tingentem: in tribulationibus examinum quorumuis, etiam sulphuris adustiui & aquarum comedentium tentationibus, ignisque persecutione vehementissima, fixum, semper durantem, & incremabilem, ac Salamandri instar, PERMANEN-

TEM, OMNIAQVE (est, enim, suo modo, OMNIA in omnibus) iustè iudicantem: clamantem; Ecce, Renouabo omnia. III. In REGIMINE TERTIO, fit LAPIDIS Phil.[n] cum Mundo maiore in partibus eius inseparabilis VNIO: quæ est & dicitur, FERMENTATIO, Mysterium harmonicum nota: Quod, in Cabala, est hominis ad Monadis simplicitatem reducti, cum DEO, VNIO: id in PhysicoChemia ad Lapidis nostri plusquamperfecti & gloriosi, cũ Macrocosmo, in partibus eius, FERMENTATIO. Et: Sicuti homo, vnitus DEO, ratione DEI, fit quasi Deus humanus, aut homo Diuinus, h. e. quasi DEIFICATVR; & propterea potest, quæ vult; vult, autem, quæ DEVS IPSE: Ita & LAPIS PHIL.[m] Mundo maiore, in partibus illius, fermentatus, ratione fermenti, transformat se, in quodcunque voluerit, operaturque, pro naturis omnium diuersis, diuersimodè, omnia, in omnia, & coæquat se omnibus, cũctis, singulis ac vniuersis. Hinc, fili doctrinæ, aliquantulũ nosse poteris, cur Philosophi AZOTH suo, nomen imposuêre, MERCVRII, qui corporibus adhæret. Quod si, perfectè, noris, es ille, de quo verè potest dici; Dimidium facti, qui benè cœpit, habet. Fermentatur autem LAPIS Phil.[m], non solummodo simpliciter cum Terra vel Aqua, verùm etiam cum harum fructibus, vegetabilibus, puta Animalibus & Mineralibus, hoc est, cum Medicinis, ex Vegetabilibus, Animalibus & Mineralibus, arte Spagyrica, præparatis: vt, nimirum, exaltentur in virtute, & à Diuino LAPIDIS huius Benedicti igne Catholico, ad & in actum, à potentia sua, etiam plusquamperfectè deducuntur. Fermentatur, quoque, cum Metallis, videlicet, LAPIS, in albedine existens summa, cum argento puro, ad album: LAPIS, verò, sanguineus, cum auro obryzo, ad rubrum. Estque, opus hoc, trium dierum.





# IX.

## QVOD EST COMMODVM ILLVD, ET, QVINAM VSVS, PROPE-*modum infiniti, & Microcosmo & Macrocosmo, in triunitate catholica, mirificè salutares?*

LAPIS regeneratus & plusquamperfectus, operatur in TRIVNITATE CATHOLICA, h.e. secundum Corpus, Spiritum & Animam, (catholica) in Corpus, Spiritum & Animam (catholicè) Mundi & Minoris & Maioris, quemadmodum tradiderunt sapientes, & artis huius (qua, in percontandis NATVRÆ secretis, non sagacior vlla) artifices (quibus credendum) expertissimi: tam immediatè quam mediatè. Vt Virtus, in actione, sic VSVS, LAPIDIS huius, in PROIECTIONE (termino vtar, de physicochemicis, physicochemicorum) consistit.

Estque

DIVINVS; Est enim אורים VRIM, per quod, præsente, & THVMMIM, יהוה TER MAX. de maximis & abstrusis, Cabalicè dat TheoSopho respõsa, loquitur & vocem emittit suam: Et similitudo aptissima CREATIONIS MVNDI; FORMATIONIS quoq; HOMINIS, maris ac fœminæ: LAPSVSq; eorundem miserè deplorãdi: Exemplar MATRIMOnii pulchri, pudici, pii, luculentissimum: TYPVS INCARNATIONIS ΛΟΓΟΥ DIVINI, Redẽptoris & Saluatoris totius humani gene

MICROCOSMICVS; FAX *Catholica* NATVRÆ LVMEN *(& externè & internè ritè adhibitus) in hominis mente, mirificè accendit. Cur non? Cum ipse ipsa sit lux Naturæ, coruscans in tenebris Mundi. Quo in te orto, Creatorem ex creatura cognosces, nec non Messiah promissum pia ac religiosæ antiquitati; intelliges, quid* MOTVS *sit Sapientum* PERPETVVS, *ab insipientibus iamdiu insipienter quæsitus, at nõdum inuentus, nec in omne æuum, ab eis, aut sic, inueniendus.* SPIRITVS *malignos, ab obsessis, expellit & arcet. Quid ni?*

MACROCOSMICVS; METALLA, ritè fermentatus, transmutat inferiora in superiora, & in forma & in esse, secũdum veritatem, cum lucro ingente. Hinc diuitiæ immensę, paupertatẽ fugantes, & omnia quę auro atque argento parãtur, haberi possunt. GEMMAS ex silicibus non sophisticas, sed genuinas ac veras facit: &, ex cristallo, rubinũ carbunculumvè lucentem splendore magno: VIRVM malleabile & potabile reddit: Ex margaritis multis vnam artificiosè cõstituit. AZOTH Lapidis huius, h. e. ☿

ris, h.e.

tis, h. e. Mundi minoris, qui cōceptus eſt de Spiritu ſancto, in vtero beatæ Virginis, *inenarrandæ* PASSIONIS *innocentiſſimæ*, MORTIS SALVTIFERÆ, SEPVLTVRÆ honorandæ; DESCENSVS ad inferos ſolátii pleni; RESVRRECTIONIS victorioſæ; cum corpore in vtero virgineo internis aſſumpto, in cælum ASCENSIONIS glorioſæ: denique SESSIONIS ad dextram DEI Omnipotentis. *Experimentum* IVDICII vltimi, atque tremendi in viuos & mortuos, & in Mundum totum, per ignem infallibile; Exemplum REMISSIONIS PECCATORVM, & liberationis à tenebrarum impuritatibus, clemētiſſimum. Teſtimoniū RESVRRECTIONIS CARNIS NOSTRÆ, & quidem cum magna innouatione ac gloria, viuum. Necnon CONIVNCTIONIS vniuscuiuſque ANIMÆ, cum ſuo & SPIRITV & CORPORE proprio, in æternū indiſſolubilis, veraciſſimum. Formula REGENERATIONIS & Spiritualis & corporalis noſtræ, perfectiſſimū Speculū SABBATHI SABBATHORVM, quod eſt, beatitudinis æternæ, clariſſimū: IMAGO myſterii indiuiduæ vnionis SS^æ. TRINITATIS DIVINÆ viua.

*Sunt in Natura potentiæ particulares, quibus cedunt malignæ poteſtates: cur non & vniuerſali? Nec poteſt auctor confuſionis ferre ſymmetriam.* INGENIVM *(vſu medico) acuit & nobilitat: ſic & MEMORIAM ſublimem, ac* PRVDENTIAM *conciliat.* HILARITATEM *perpetuam, (abſente violentia externa) &* AVDACIAM *honeſtam (quæ Animi Fortitudo eſt) mirè excitat.* RESTAVRATIONIS *ac* CONSERVATIONIS *noſtræ eſt veriſſima* MEDICINA, *catholica:* MORBOSque *tam externos quàm internos ſiue corporis ſint, ſiuè Spiritus, ſiue Mentis,* DEO *cooperante,* omnes *etiam illos, qui pſeudomedicis ſunt incurabiles, virtuosè propellens, &* hominem totum *(prædiſpoſitum) vſque ad vitæ terminum à* DEO *ſibi prædeſtinatum, & ingenio & corpore* vegetum *ac* valentem, *conſeruans.*

Philm. CORPORA in primam materiam reducit; (eſt enim materia prima forma catholica animata) & METALLA, (vt ipſe vidi) CRISTALLVM, GEMMAS, PERLAS, SILICES, ac LAPIDES (etiam Microcoſmi) omnes, nec non MINERALIA, verè potabilia reddit. ANIMALIA à morbis liberat; inque vigore virtutis ſuæ conſeruat. VEGETABILIA, ferè emortua, eſſentiâ ſimplicium ſpecificâ fermentatus, & methodicè eiſdem applicatus, *viuificat, reſocillatque* humidum illis (humido permanente catholicô) *corroborando* natiuum, & ab interitu (in hac inſtantia) vindicat imminente. In lampade conueniente, *aqua* eius *permanens* artificiosè accenſa, in perpetuum permanēter *ardet.* Et (vt paucis multa concludam) efficax eſt, in fructus globi inferioris, necnon Spiritus ſublunares, miraculosè, OMNES. Omnia enim hæc; LAPIDI huic, ob cauſas ſuas graues, naturaliter obœdiunt.

## SVMMARITER.

LAPIS PHIL.^m Materia, obiectum & subiectum est mirabilitatis omnis, quæ in Cælis & in Terris est, magnificũ. Nec non THEATRVM miraculorum ac secretorum, totius Vniuersi, amplissimum atque miraculosum, Libros SS.^æ Scripturæ & Naturæ realiter exponens. Ex cuius contemplatione, accurata, tanquam per gradum supinum atque altum, in יהוה Agnitionem; pronum & obuium in NATVRÆ & NOSTRI IPSIVS cognitionem penitiorem, veram atq; perfectam, Theosophice conscendimus, & Naturaliter ac Sensibiliter trahimur. Pelagus est est enim Bonitatis æternæ, Sapientiæ atq; Omnipotentiæ DEI Iusti ac Misericordis, immensum, magnum Benignitatis suæ in nos testimonium. En; habes VSVM, catholice Triunum, DIVINVM, videlicet, Microcosmicum, & Macrocosmicum: qui subdiuiduntur in physicum, physicomedicum, nimirum, pro hominibus, Vegetabilibus, Animalibus, Mineralibus, Metallis, Aquaticis atque Subterraneis, omnibus: Physicomagicum quoque; Hyperphysicomagicum, Theosophicum & Cabalisticum.



# POTESTNE LAPIS PHIL.^m (vt tradunt) MVLTIPLICARI?

POTEST. Et quidem, in qualitate ac in quantitate. Estque LAPIDIS Phil.^m MVLTIPLICATIO, nihil aliud, quam operis Physicochemici, Catholici, cum lapide glorificato, ante fermentationem, in fontina sua catholica, h.e. AZOTH, iterum soluto, per regimen secundum, reiteratio. Quoque sæpius reiteratur Multiplicationis opus, eô citius quoque & perfectius opus in virtute absoluitur: idque sic in infinitum.



COROL-

# COROLLARIA
## QVATVOR.

1 EXPENSÆ totius operis huius vsque ad fermentationem completi (victu & amictu exceptis) ad summum non excedunt valorem 30 talerorum: sciens loquor, à sciente fraternè edoctus. Errant secus statuentes.

2 Quemadmodum bonorum mundanorum pars decima solet impendi DEO, in causis piis; nouem verò vsui mundano: ita, in contrario, Theosophum decet, decimam duntaxat Lapidis huius partem, vsibus impendere mundanis; nouem verò reliquas, soli DEO, in proximis, egeno. Quod eleemosynarii DEI, in hospitali hoc magno, est proprium.

3 JHSVH CHRISTI crucifixi, Saluatoris totius humani generis, id est, Mundi minoris, in Naturæ libro & ceu speculo, typus est seruator Mundi maioris, hoc est, Phil^m. LAPIS: Quare, ex Lapide hoc, CHRISTVM naturaliter agnoscito; & ex CHRISTO, LAPIDEM Phil^m. Theosophicè discito: Ita, Antiquitas pia & religiosa, de Maschiah promisso, etiam ab, in & ex Natura, est certior facta. Sic Ethnicus, aut Turca, SS.^m Scripturam (DEVS!) nihili æstimans, ex Naturæ libro, ad sensum & rationem potest conuinci veritatis, atque (Diuina cooperante gratia) conuerti ad Christianismum. Sic & Judæus.

4 Qui mysteria SS.^æ Scripturæ probè didicerit quoque legere in libro Naturæ, ac Semetipso; & contra: Is SAPIENTIÆ Æternæ thesaurorum erit inuentor mirificus. Liber enim explicat librum. Placuit DEO mirabili mirabilis hic & dicendi & docendi modus: placeat idem & mihi, & tibi. Ensoph! Ensoph! Ensoph!

---

## ÆNIGMA.

OMNIA in omnibus primum, OMNI tertio tradidit (ex OMNI primo secundo) OMNIA in OMNIBVS primum secundum, vt inde OMNIA in OMNIBVS, & OMNIA (catholicè) agnosceret, cognosceret, ac possideret. Quod nomen eius, si nosti? Consilium audi: Ambula in viis Doctrinæ atque Legum Amphitheatri huius,

& יְהוָה OMNIA paternè
docebit.

SIGILLVM NATVRÆ ET ARTIS SIMPLICITAS.

Dixi.



# ISAGOGE, siue INTRODVCTIO IN FIGVRAM AMPHITHEATRI Quartam, breuis.

Homo

TOTO CORDE, TOTA ANIMA, OMNIBVS VIRIBVS, ET OMNI MENTE, DIVINA GRATIA STIMVLANTE ET MOVENTE, (est enim DEI misericordis donum) STVDENS יְהוָה AGNOSCERE, SEIPSVM (*cognitione sui*) ABNEGARE, ET MVNDVM (*cognitione quoque luminis naturæ*) CONTEMNERE IMMVNDVM.

1.



STOLA integritatis Christianæ CANDIDA, hoc est, simplicitate, recto & probitate, sanctè amictus; veritatisq; Diuinæ ZONA lumbis succinctis AVREA, & SCEPTRO CHRISTIANÆ libertatis imperatorio, mundo videlicet, diabolo ac carnis concupiscentiis atque affectibus dominando, in hanc scenã mundanam progrediens:

2. ANNVLO ASSISTENTIÆ gratiæ Diuinæ admonitorio, virtuosæ videlicet, catholicæque promissionis, ab IPSO, in cuius ore non inuentus fuit dolus, datæ, dicentis, Amen, amen dico vobis, si quid petieritis PATREM in NOMINE MEO, dabit vobis, petite & accipietis: digito annulari decoratus.

3 ת, verè catholici signatura, MITRÆ, aut LAMINÆ AVREÆ SACERDOTALIS, CORONÆve REGIÆ loco, hominis interioris fronte, diuinitùs notatus, & ceu obtectus atque ornatus.

4 AQVA lachrymarum pœnitentialium & nouæ obœdientiæ BENEDICTA, ASPERSORIO crucis ac tribulationum verè hyssopico, Christianè aspersus.

5 Cui antè mentis suæ, DEO coniunctæ atque vnitæ, oculos è collo dependet, in TABVLIS cordis sui, à lethiferis peccatorum sordibus puri ac mundi, verè AVREIS, flagrantissimi amoris Diuini CINABRIO, fidei sinceræ PENICILLO indelebiliter depictus, nec non MALLEO spei firmæ fortiter impressus יהשוה ΧΡΙΣΤΟΣ, DEVS & HOMO crucifixus; πενταγραμμάς; יהוה τετραγραμμου ipsissimus CHARACTER, & FIGVRA paternæ ὑποστάσεως, siue subsistentiæ: SIGILLVM Patris, IMAGO non tantú, vel ΕΙΚΩΝ, sed & ἀπαύγασμα, & verus gloriæ Patris splendor, DEI VERBVM, DEI VIRTVS, & DEI SAPIENTIA incarnata. En SIGNACVLVM, vincens ac fugans partes aduersas! PENTACVLVM & quinque literarum ac vulnerum, VERBI mirifici mirificum! ALMALDEL virtuosum!

6 CIRCVLO יהוה igneo, GLADIO verbi Diuini ancipiti, candidæ & viuæ fidei in Christum MANV, DEO eam mouente & regente, ducto, inclusus; eoque contra portas inferni, tutore ELOHIM ZEBAOTH omnipotente, inuictissimè munitus.

7 IVRAMENTVM, ob FOEDVS & PACTVM conuentionis, cum SPIRITV Sapientissimo, Optimo, Potentissimo, Infinito, Zelote, quo ei triuni, se triunum totum, corpore, spiritu & animâ, mancipauit, in perpetuum indissolubile; CEREMONIIS sanctissimis, in baptismate Christiano, iuxta & fluminis LOTIONE sacri aquosa, & flatus VNCTIONE sacrosancti oleosa, semel sanctè præstitum, fideliter seruans: datamque illi ipsi fidem, qui sanguine eum redemit suo (cui tu, inquam, chiro-

grapharius debitor ſanguine viciſſim obligatus tuo) nefariè non ſoluens.

8 LAMPADE atque CANDELIS, luminis de lumine æterno, ſemper ardentibus, in mente ſua Diuinitus accenſis, illuminatus.

9 HOLOCAVSTVM, quod יְהוָה SPIRITVM OPT. MAX. non deſpiciet, ſpiritum contribulatum videlicet, & cor contritum, illi eidem, piæ deuotionis orationisque ardentis, ad DEVM volantium, SVFFVMIGATIONE, lotis & animi & linguæ MANIBVS, patienter ſacrificans.

10 PROPOSITIONE denique, non temerè quauis, leui, ſcurrili aut inani, verùm licita, honeſta, & propterea DEO non aduerſa, ſibique ipſi, aut proximo ſuo, maximè vtili neceſſariavè, menti ſupplici & à lethiferis peccatorum ſordibus pœnitentialiter defæcatæ, (quæ vera CHARTA VIRGINEA, pura & munda, Theoſophorum, non cacomagorum) CALAMO cogitationum integrarum imaginationumque rectarum, ex deſiderii ſciendi CINABRIO ardentiſſimi, firmiter inſcripta; & ALTISSIMO, eleuationis in EVM annuntiatione, ſubmiſsè oblata: in IEIVNIO Chriſtiano, tam à concupiſcentiis affectibusvè vitioſis, quàm à ſuperfluo corporis cibo, GENVBVS & cordis & corporis humiliter FLEXIS, deque optato (Diuina clementiâ) beatè impetrando, indubitanter ſperans: in SACELLO ſiue ADYTO, ORATORII, monaſtico, aut quaſi eremitico, ad יְהוָה pro SAPIENTIA ſancta, MANE vigilans, & ore ac corde Χριστοφορὸς, CRVCIFORMITER, hoc eſt, in SPIRITV & VERITATE, ſine intermiſſione.

# ORANS,

AVDIT, VIDET, OBSERVAT,

## יהוה MIRABILIS,

vocem mirificam, mirabiliter ſonantē, tonantem & loquētem,

IN

| SS.ª SCRIPTVRA; | NATVRA; | SEMETIPSO; |
| --- | --- | --- |
| *Hiſtoricè; ſiue* | Μακρὸ καὶ μικροκοσμικῶς; | *Secundum animam, in* |
| *Literaliter;* | Theoſophicè; | *mentis,* D E O *iunctæ, aut* |
| *Moraliter;* | Phyſicè; | *luce Diuina illuminatæ,* |
| *Tropologicè;* | Phyſicomedicè; | *ſpeculo: idque tam dormi-* |
| *Anagogicè;* | Phyſicochemicè; | *endo, quàm vigilando: vt* |
| *Phyſicè;* | Phyſicomageicè; | *teſtes quoque conſcientiæ* |
| *Typicè;* | Hyeprphyſicoma- | *propriæ mille, veritatem* |
| *Cabalicè;* | gicè; | *perhibentes, iuxta Legem* |
| *TheoSophicè;* | Cabalicè; | *in cordibus noſtris, Diuini-* |
| | | *tùs ſcriptam.* |

per CÆLVM, per TERRAM, per AQVAS, per AEREM, ſtellas, ignes, nubes, ventos, ſaxa, gemmas, lapides, mineralia: per Animalia, terreſtria, aquatica & volatilia: per vegetabilia omnia, per herbas, ſemina, lingua, virgulta, fructus: per numeros, literas, puncta: per HOMINEM, ſecundum CORPVS & corporis partes, & SPIRITVM, qui (& in corpore & ſine corpore) naturaliter FAMILIARIS, HOMVNCVLVSque Sophorum eſt per LAPIDEM Phil.^m & dum præparatum, & quando regeneratione glorificatus eſt. Imò, per CREATVRAS OMNES, etiam inuiſibiles, hoc eſt, non phyſicas, vt ſunt totæ cæleſtis & infernalis exercituum ſpiritualium militiæ, ANGELI videlicet boni ac mali: & per OMNIA, quæ à viſibilibus, hoc eſt, phyſicis orta ſunt creaturis, ſiue per ſe ea ſunt naturalia, ſiue artificis manu induſtrioſa affabrè elaborata: tanquam per MEDIA, nobis aptè inſeruientia, quibus Diuina humanitùs ſentiamus. O quàm mirabilis vox DEI in omnibus, per omnia, ad omnes! In VSVM hunc, vt יהוה voluntatem, de præteritis, præſentibus atque futuris (iuxta DEI voluntatem) quibuſcunque, ſine fallacia rectè ſciamus, cognoſcamus ac præuideamus: Et, in Natura conſtituti, ſupra

Naturam (Deo duce) nosipsi dominemur: Resque ipsas haud difficilè efficiamus & peragamus, quarum causæ (sæpissimè etiam naturales) à Sapientibus mundi huius ignorantur, ob idque peritissimis in prophana philosophia viris etiam admirandas, & non credẽdas, SAPIENTIÆ Æternæ cultoribus atque alumnis fidelibus dilectis, solùm cognitas & dignas. In summa: potest TheoSophus, quæ vult; vult autem, quæ DEVS IPSE. In DEO potest omnia. En Secretum, vbi, quibus Auxiliis, cur, quomogo, quando CREDENTI nil impossibile!

*ET,*

THEOSOPHVS;

1 Cui est MENS sana, nec negotiorum curarumque mundanarum immundarum mole oppressa, in CORPORE sano:

2 Cum Sophistis quibuscunque non ambulans, sed SAPIENTIÆ Æternæ & SS.* VERITATIS catholicæ semitæ firmiter insistens, inque ea, animo constanti, ad finem vsque impetrationis, perseuerans, DEI enim zelotis donum hoc.

3 Curarum temporalium vanitatibus & phantasiis splendidisvè mundi huius immundi sapientiæ miseræ miseriis, & verè nugis ac fabulis citò transitoriis, haud implicitus, verùm in SAPIENTIÆ æternæ meditationibus & laboribus diu noctuque totus.

4 Amicus יהוה factus: ab hocq; solo præceptore omnium sapientum catholico: dierum Antiquissimo, candidissimo, nec non fidelissimo, iuxta voluntatem suam liberrimam, rectè edoctus, idq; vel immediatè, vel mediatè, quod est, per Magistrum, spiritualem aut corporeum, nuntium יהוה bonum: Et, per libros, puta, SS.* Scripturæ, atque Naturæ, etiam Naturæ interpretum chartaceos, quorum, quinam authentici sint, solus, cum Ignis examine, DEI Spiritus, in eo, dextrè iudicans, sit censor omnium æquissimus.

5 Mancipium aliorum, præsertim hisce bonis ac donis indignorum, arbitrii & pecuniæ non existens, verum per se vtcunque diues, vt de victu & amictu non sit solicitus honesto. Nam impossibile, indigentem, aut non liberum, posse philosophari. Ars libera, liberum & totum vult hominem.

6 Practicus manualis in Physicochemiæ laboribus, mul-

tùm

tùm exercitatus atque expertus. 7 Naturam, maiestatis æternæ ac ineffabilis, in huius mundi theatro speciosissimo, ministram nunquã otiosam, ducem Sophis omnibus fidam à DEO benignè cõstitutam, vt TheoSophiæ amator, h.e. philosophus, noscens, & obœdienter obseruans.

8 Eamque blandè, (quia minister) & lentè (quia actio eius lentissima) ducendo, non violentia iracundâ (vt hostis) cogendo, in principiis naturalibus, arte studiosa, prudenter imitans.

9 Constantia industriosa & patientia laboriosa, laborum, SAPIENTIÆ veræ fructus, qui non nisi mentibus diuinis dantur, proposito firmo Sapienter eis & piè vtendi, hoc est, riuulos fraternè emittendi, fontem, in timore DEI, solus retinendi, (quod eleemosynarii DEI, in hospitali hoc magno, est officium) hilarique & animo, & vultu sereno (יהוה nutu) patienter expectans.

10 Non secretarius publicus, sed Harpocrates existens; Deoque immortali, pro bonis ac donis tantis ac tam paternis, quieto & gaudio & silentio (ne sibi ipsi periculum accersat, aliisque maleficii ansam præbeat, & propterea ira יהוה miserè consumatur) gratias immortales agens.



## COROLLARIA DVO.

*1 JHSVH CHRISTI crucifixi, Saluatoris totius humani generis id est, Mundi minoris, in Naturæ libro & ceu speculo, typus est seruator Mundi maioris, hoc est, Phil^m. LAPIS: Quare, ex Lapide hoc, CHRISTVM naturaliter agnoscito; & ex CHRISTO, LAPIDEM Phil^m. Theosophicè discito: Ita, Antiquitas pia & religiosa, de Maschiah promisso, etiam ab, in & ex Natura, est certior facta. Sic Ethnicus, aut Turca, SS.^m Scripturam (DEVS!) nihili æstimans, ex Naturæ libro, ad sensum & rationem potest conuinci veritatis, atque (Diuina cooperante gratia) conuerti ad Christianismum. Sic & Judæus.*

*2 Qui mysteria SS.^æ Scripturæ probè didicerit quoque legere in libro Naturæ, ac Semetipso; & contra: Is SAPIENTIÆ Æternæ thesaurorum erit inuentor mirificus. Liber enim explicat librum. Placuit DEO mirabili mirabilis hic & dicendi & docendi modus: placeat idem & mihi, & tibi. Ensoph! Ensoph! Ensoph!*



ÆNIGMA.

*OMNIA in omnibus primum, OMNI tertio tradidit (ex OMNI primo secundo) OMNIA in OMNIBVS primum secundum, vt inde OMNIA in OMNIBVS, & OMNIA (catholicè) agnosceret, cognosceret, ac possideret. Quod nomen eius, si nosti? Consilium audi: Ambula in viis Doctrinæ atque Legum Amphitheatri huius, & יְהוָה OMNIA paternè docebit.*

# OMNIA,

*ad*

## יְהוָה DEI OPT. MAX. SOLIVS HONOREM, LAVDEM ac GLORIAM, POTENTIAMq; SAPIENTIAM & BONITATEM

*agnoscendam atque celebrandam:*


PROXIMI EGENI, & PROPRIOS VSVS,

*& in tempore & in æternum innumerabiliter salutares:*

DIABOLI verò, istiusque squamarum putidarum despectum summum ac detestationem æternam.

Hallelu-jáh: Hallelu-jáh: Hallelu-jáh:

Phi, Diabolo.



EPILO-



# EPILOGVS,

## siue

# CONCLVSIO

## OPERIS

### TOTIVS.



AVDIVISTIS nunc ô mortales, Spectatores optimi, per Regium SOPHIÆ SVPERCÆLESTIS præconem sapientissimũ, eiusq;, ME, interpretem THEOSOPHIÆ Amatorem fidelem, imò à SAPIENTIA Æterni Æterna IPSA, sola vera, Quid sit SAPIENTIA; Qualis & Quanta; Quæ cum Ea pugnantia; Qui Thesauri, Vsus, Effectus, Fructus, Quantopete, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando, Omnibus, Cunctis, singulis ac vniuersis, pto IPSA Thesaurisque Illius inexhaustis feliciter consequendis, Orandum & Laborandum; Qua quærenda Methodo aut via; Cui, Cui non, à Quo, & in Quem finem detur. Vidistis AMPHITHEATRVM ipsum. O vtinam (legendo DOCTRINAM Amphitheatri in Prologo, Prologi videndo in Amphitheatro) ludos Amphitheatrales spectaculaque Amphitheattica SAPIENTIÆ VERÆ Christiano Cabalistica, Mageica & PhysicoChemica sapienter cõtemplati fuissetis, dextrè intelligeretis; in ORATÔRIIS & LABORATORIIS vestris fideliter vos ipsi quoq; ageretis, exerceretis, Theosophicè imitaremini. At vereor è millibus vix vnum. Non enim contingit cuiuis, credite veridico, portum appellere veritatis; nec est cuiusuis Biblicè, Macro & Microcosmicè in CATHOLICISMO TRIVNO, Nosse DEVM, & quem misit IHSVM CHRISTVM, SEMETIPSVM, & MVNDVM maiorem, & quem dedit, eius

SVMMA OPERIS TOTIVS.

*A quo intelligatur Amphitheatrum hoc: à quo non.*

FILIVM, MAGNESIAM Philoſophorum. Soli Diis (ELOHIM) geniti potuêre: hoc eſt, ii, qui (vt eſt figurâ ſecunda) reiiciendo Binarium, Ternarium per Quaternarium reduxerunt reduceréve ad Monadis ſimplicitatem (Diuina cooperante gratiâ) ex animo ſtudent. Non fatuum; ſed vatem vobis dixiſſe ſcitote, eum, qui pœnitentialiter nondum lotus atque purgatus; qui non Ignis, partem Libri NATVRÆ inferiorem PhyſicoChemicè explicantis, DEI profeſſoris in Vniuerſitate Mundi huius auditor indefeſſus; qui non Biblicè, Macro & Microcoſmicè Catholicus; qui SPIRITV SAPIENTIÆ non illuminatus; illum, inquam, medullam & Nectar Amphitheatri huius haud guſtaturum. Impurus; in ſchola crucis ac tribulationum piè non exercitatus; non PhyſicoChemicè vulcanicus; ſophiſta; pſeudophyſicus; cacomedicus; labyrintheus; circumforentialis; deceptoriè particulariſta, præſtigiator ſeu diabolicus, de DEI myſteriis Naturæque ſecretis quid veri intelligeret, ſolidi ſciret, quid fructuoſe tractaret? Qui minus DISCIPLINÆ atq; DOCTRINÆ huius tam ſanctæ filius, abeat, & TheoSophicè diſcat, priuſquam de Amphitheatro hoc cenſeat. Lectorem poſco, Auditorem volo, Contemplatorem deſidero, Iudicem requiro in TheoSophicis, Phyſicis, PhyſicoMedicis, PhyſicoChemicis, PhyſicoMageicis, HyperphyſicoMageicis, Cabaliſticis, Biblicè, Macro & Microcoſmicè Exercitatum, Orthodoxum, Catholicum; Influentiâ, Lumine & Motu SOLIS DIVINI irradiatum, illuminatum, accenſum & ſtimulatum in charitate ad Bonum; Pythagoricum; non filium, ante patrem, præcocem; Theoſophicè, hoc eſt, ad Legem & Teſtimonium SS.ᵃ Scripturæ, Libri Naturæ Conſcientiæque rectæ, non Ethnicè aut prophanè diſputantem atque philoſophantem. Talis adſit lector, auditor, contemplator, iudex; non alius. Procul hinc abeſte prophani. Vigilanter ergò circumſpiciendum, Qui, Quales & Quanti ſint proci Amphitheatri huius, & IEHOVAH TheoSophicè conſulendus, quibus concredamus PHILOSOPHIAM VERAM, Catholicam, Tertriunam, PHILOSOPHANDI que Methodum verè & Catholicè Sapientibus vſitatam. Non, certè, in omnem aurem peregrinam, aut conſcientiam pollutam, hæcce temerè ſunt proferenda. Nam ſicuti, dicente Gregorio Nazianzeno, non licet ſemper & publicè de DEO diſputare; ita

*Qualis hic requiratur Lector, Auditor, Contemplator, Iudex.*

*Quib. communicandum Amphitheatrũ hoc, quibus non.*

nec tutum prorsus, de DEI Naturæque mysteriis, arcanis atque secretis: sed est Cui, Quibus & Quantum. Neque enim ita vilis est SAPIENTIÆ sermo, vt IDIOTIS (alto quamuis stemmate natis) mundanè immundè viuentibus, etiamsi Christiano nomine censeantur, ineptè pateat, cum nihil omninò sapienter sublime intelligant, capiant aut sapiant; cum indociles sint, & per terram repentes homunculi, suoque cerebello phantastico omnia peruersè metiantur. Perinde esset, ac si quis stercori Nectar infunderet, aut margaritas obiiceret porcis, seu asino substerneret rosas. Arcana publicata vilescunt; & gratiam prophanata amittunt. LEVIBVS, & hominum vocabulo minus dignis, inconstantibus, vita sordidis, sermone obscænis, mendacibus, histrionum, morionum, equorum canumve curam SAPIENTIÆ Legi atque Doctrinæ præferentibus, quibus Secretum omne fabula est, necnon alia mundana immunda admirantibus, Gazophylacium pandere Arcanorum, honestumne factu sit nec ne, iure quæro? Categoricè respondete, quæso, Domini mei. Sacrilegium, mea sententia, committit, qui hoc facit. PROPHANIS, hoc est, à studio & Amore SAPIENTIÆ VERÆ prorsus alienis, qui captionibus vanis quasi aranearum telis semetipsos cũ aliis infirmioribus simplicioribusque illaqueant; qui Dialecticorum obseruationes contra veritatem pueriliter effutiunt; qui, garrulitate sua superba, ingenia impediunt bona, ne ritè inuestigent percontenturque reconditiora; qui, sicut feruentes equi & inquieti facere solent, ceruices submittere nolunt VERITATI duras, sed auriga nostro, hoc est, TIMORE DEI in Charitate Christiana, lasciuè ac petulanter excusso, procul à SAPIENTIÆ semitis deuiant, lineáq; VERITATIS recta centrove VERI ad circumferentiam mendacii lubentęs euagantur; ad hoc vnum spectantes atque prospicientes, si quid fortè in quæstionibus seductoriè captiosis alligent, aut simpliciter ac fideliter dicta peruersè dissoluant: His, inquam, SAPIENTIÆ offerre thesauros, nonne esset turpissimum simulque inutile? Præsertim, cum PHILOSOPHIÆ VERÆ Christianæque Charitatis non tam ignari sint, quàm inimici acerrimi. Quid fieret si accusatores atque adeo Iudices, hoc in negotio, constituerentur tales? nonne de scintillis DOCTRINÆ sanæ non rectæ intellectæ, aut sinistrè interpretatæ, statim ingen-

IDIOTÆ. Was sollen der Sau Moschaten.

LEVES.

PROPHANI.

dius VERITATIS vnicus; hæc norma Veritatis Triuna; hoc Archetypum siue Exemplar Catholicon, Triunum, solum authenticum; vnde quisquis vel vnguem discesserit minimum, à recto, à vero discedit, curritque extra viam. Animus igitur tuus, mi frater, qui ad VERITATIS culmen anhelas, à vulgi tum factis tum opinionibus quàm maximè dissentiat. Fallitur & fallit, vulgi qui pendet ab ore. Solus mihi placet Sapiens; placebit eidem Amphitheatrum SAPIENTIÆ VERÆ nostrum: præsertim verò lectione eiusdem crebrò repetita, contemplationeq; de eo TheoSophicè suscepta, nec non Doctrina illius, in Oratorio & Laboratorio, ad vsum sapienter translata. Quòd, si PARTICVLARIA me omisisse conqueratur quidam multa, sciat ille velim, AMPHITHEATRVM hoc esse CATHOLICON siue VNIVERSALE: secundum Leges atq; Doctrinam eius TheoSòphicè ingrediatur ORATORIVM, sapienter LABORATORIVM; reuelabit atq; docebit DEVS (si placuerit sibi, & proderit tibi) ChristianoCabalisticè, DiuinoMagicè, & PhysicoChemicè, PARTICVLARE OMNE. Hui! nonne crabrones irrito, & fortassis cuculos ingratos? Fürwahr ich mache die Narren tolle/ vnd jage die Phantasten wider mich in Harnisch. Atqui, SAPIENTIÆ SPIRITV auxiliante, non deerit mihi aliisque PHILOSOPHIÆ veræ alumnis, claua VERITATIS Catholica, Triuna, quâ assultus istorum, tam publicè quam priuatim, repellamus coerceamusque petulantes. Quantum verò VTILITATIS habeat Amphitheatrum hoc nostrum, non tantum ex oratione mea, sed reipsa, (quæ per se sufficienter loquitur) æstimari volo. Martialis: Victurus Genium debet habere liber. GENIVM habet AMPHITHEATRVM, BONVM. Dieses Werck lobt (Gott sey danck) seinen Meister/ das weiß ich. Ridiculum & ferè ardelionicum Ciceronis illud lib. 4. Tuscul. Quæstion. Quid enim ei, dicentis, videatur magnum in rebus humanis? cui æternitas omnis, totiusque Mundi nota sit magnitudo? CONTRA TheoSophicum hoc nostrum: Quid non ei videatur magnum, in lucis huius vsura, cui Biblicè, Macro & MicroCosmicè notus DEVS IPSE Æternus, notaque NATVRA & CREATVRA omnis; cui non solum Mathematicè (quemadmodum fortassis Ciceroni) nota sit totius Mundi vtriusque magnitudo, verùm quoque Physicè, PhysicoMedicè, PhysicoChemicè, Physico-

*Soli Sapienti placebit Amphitheatrum hoc.*

PARTICVLARIVM cognitio quomodo adipiscẽda.

VTILITAS *Amphitheatri huius.*

Mageicè, HyperphyſicoMageicè, Cabalicè, Theoſophicè, Natura, Proprietas, & Qualitas omnis. Ad hoc enim, ô homo, Creator te plaſmauit, Saluator redemit, Spiritus ſanctus ſanctificauit, SACROSANCTVM TRIVNVM vt noſcas CATHOLICON, eoque in Triunitate TheoSophica, hîc & in æternum fructuoſa, Sapienter fruaris; Creatorem Mirificum & Creaturam eius mirabilem in humilitate admireris. Quô profundius in contemplationem creaturæ, nedum Creatoris deſcendit Sapiens, eô plus anſæ ſibi præbetur, cur SAPIENTIAM, BONITATEM & OMNIPOTENTIAM IEHOVÆ dignè miretur. Hoc, Amphitheatrum noſtrum. Hîc, Catholicè OMNIA. Lerneſtu hierauſʒ nichts / ſo iſts in ſecretioribus mit dir vergebens. Moneo autem vos, fratres chariſſimi, Doctrinæ filios, vt ſancta, iuxta Leges atque Doctrinam Amphitheatri huius, ſanctè tractetis; ne apud vulgus imperitum, vel in publico, myſteria prophanentur, voſq; ipſi boum calcibus conculcemini. Vetuit DOMINVS & Magiſter noſter Sacrum dare canibus: & tantum Diſcipulis dixit, VOBIS (non vulgo) datum eſt noſſe myſterium regni DEI, CÆTERIS autem (vulgo) in parabolis, Luc. 8, ℣. 10. Inter vos de magnaliis DEI fraternè conferatis; in cœtu TheoSophorum, hoc eſt, VERITATEM SAPIENTIÆ VERÆ ex animo amantium, ſitientium atque ſequentium, etiam in deſpectum diaboli ſquamarumque iſtius. Bone DEVS! quot & quantis impedimentorum machinis annis multis me aggreſſus eſt diabolus, hoſtis VERITATIS (IAH teſtor Summum, ferè innumeris) quibus deterrerer à propoſito meo tam pio, ab opere laborioſè ſumptuoſeque ſuſcepto, ne ſcilicet extruerem AMPHITHEATRVM hoc, erigeremque in eo SAPIENTIÆ, OMNIPOTENTIÆ & BONITATI IEHOVÆ, Monumentum honoris, laudis, gloriæ inſigne; PROXIMO Μνημόσυνον Charitatis; MIHI IPSI Memoriale, labili inſeruiens memoriæ meæ; DIABOLO Teſtimonium odii publici, & phy ſempiternum; DEVS bone, inquam, quot me ſeductionum & tentationum machinamentis aggreſſus eſt tenebrio iſte! obiiciens modò ſummitatem Doctrinæ; iam ingenii imbecillitatem; mox, ſumptuum copiam laborumque difficultatem; nunc, notam affectatæ nouitatis aut ſingularitatis; iterum, calumnias prophanè philoſophantium; obloquia propter Scientias &

*Admonitio fraterna.*

*Machina diaboli impedimentorum.*

*Amphitheatrum hoc cur extructum.*

Artes reconditiores ferè infamia; inuidia fratrum in facultate & studio simili falsorum; imò aliquot myriades horum: attamen roboratus & animatus SPIRITV SAPIENTIÆ & FORTITVDINIS Diuino, qui mentem, vt meditatus fuerim, illuminauit; confidentiam veram, vt scripserim, dedit; os, vt loquutus fuerim, aperuit, & vt iam loquar, aperit; sequutus sum quô Fata vocabant; ductuque & virtute SPIRITVS huius in zelo perseuerans pio, machinas illas TheoSophicè superaui omnes, ita vt suppeditante JEHOVAH facultates ac vires, tandem per tædia, impedimenta, infortunia, tanquam per mare rubrum, feliciter transgressus, ex labyrintho errantium saluus & incolumis euaserim. Ecce, TERRAM video! Quapropter ô JEHOVAH, ENS SPIRITVALE, TRIVNVM, Æternum, Sapientissimum, Optimum, Potentissimum, EHIEH ESER EHIEH, JAH, JEHOVAH, ELOHIM, EL, ELOHIM GIBOR, ELOHAI, JEHOVAH ZEBAOTH SCHADAI, ADONAI MELECH, Terribilis, Verax, Fortis, Zelotes, Juste, Longanimis, Misericors, multa Benignitate, omnia videns, PATER, FILI, SPIRITVS SANCTE, Creator Cæli, Terræ, Aquarum & OMNIVM quæ totum continet VNIVERSVM Conditor, ego HENRICVS KHVNRATH in Sapientia, Bonitate, Justitia, Veritate, Sanctitate, Multipotentia, Immortalitate (in ADAM protoplasto, sicuti homines omnes) ad Imaginem; Vnus verò in persona, Trinus in Essentiis, ex Corpore nimirum terreno, Spiritu Cælesti (SCHAMAIM) & Anima Diuinitùs inspirata, ad similitudinem tuam, HOMO formatus; ex gratia in CHRISTO, reformatus; gratias ago tibi Altissimo humillimè ingentes & summas, quòd clementer exaudieris preces, lachrymas, vota & suspiria mea, ab iuuentute prima pro SAPIENTIA VERA impetranda, ad TE pœnitentialiter sæpissimè fusa; & quòd ex mera benignitate tua mihi ostenderis VERITATEM eorum, de quibus agit Amphitheatrum Tertriunum, Catholicon, præsens. Oro ex toto corde MISERICORDIAM tuam, vt mittas mihi de Cælis sanctis tuis RVACH HHOCHMAH-EL, SPIRITVM SAPIENTIÆ tuæ, qui mihi familiaris semper adsistat, me dextrè regat,

Sapienter moneat, doceat: mecum sit, Oret, Laboret; mihi det benè velle, nosse, esse & posse in Physicis, Physicomedicis, PhysicoChemicis, PhysicoMageicis, HyperphysicoMagicis, Cabalicis, TheoSophicis quibuscunq;, OMNIBVS: in omni vitæ meæ actione; ne errem à via Veritatis, & Iustitiæ Lumen luceat mihi, & SOL Intelligentiæ oriatur mihi in mente ac corde meo. Vt tibi, ô IEHOVAH, in Bonis & ad Bona sim id, quod homini sua est manus; SAPIENTIÆ tuæ vnicè sequar VERITATEM Catholicam, Tertriunam, Biblicam, Macro & MicroCosmicam; inque Gazophylaceo EIVS Catholico, Tertriuno, Libris nimirū SS^a. Scripturæ, Naturæ & Consciētiæ puræ ac rectæ, SAPIENTIAM & PHILOSOPHIAM VERAM PHILOSOPHANDIQVE modū legitimum (amicus factus DEI) legitimè vener. Influentiā, obsecro, Lumine & Motu SOLIS TVI SVPERCÆLESTIS me totū bea. Benignè mihi concede, quæso, vt mente sana in corpore sano mihi suppetant & facultates & vires perducēdi ad finem perfectè completum ea, quorum Theoriā & Praxin veras mihi mirabiliter notas fecisti; cum fructu atq; liberrimè, donec vixero, iis vtar, in Tui honorem, laudem & gloriam; Proximi (iuxta votum meum Christianum) Meiq; ipsius vtilitatē honestam, diaboli verò squamarumq; illius phy æternū. Sit, ô DOMINE, mihi à dextris & sinistris, ante, retro, sursum atq; deorsum, imò circulariter, ANGELVS meus, minister tuus flammeus, bonus, qui sub modo delegatæ à TE administrationis, latrones in aeris regione latitantes seu spiritus fuget malignos, malitiam illorum coerceat, meque à leone rugiente circumeunte defendat, ne me deuoret, & malo deniq; circumdatum, ne peream, moneat, custodiat. Libera me, ô DOMINE, à malo OMNI; vtq; sic, concede, transeam per temporalia, ne interim amittam BONA Æterna; fruarq; IEHOVAH Paterno, Fraterno atq; Amico, ad salutē Catholicam, hîc & in omnem Æternitatem fructuosissimam: Per & propter SAPIENTIAM PATRIS incarnatā, D.N. IHSVM CHRISTVM CRVCIFIXVM; qui in TRIVNITATE viuis & regnas DEVS in secula seculorum, AMEN. Ex Musæo nostro anno æræ Christianæ 1602.

HENRICVS KHVNRATH
LIPS. THEOSOPHIÆ AMATOR fidelis, & Medic. vtriusque Doctor.



CANDIDO LECTORI S.

*IN calce expoſitionum cuiuslibet gradus, candide Lector, per errorem irrepſerunt hæc verba;* Inſeratur figura primi 2. 3. 4. 5. 6. ſeptimi gradus. *Nec enim ſinguli gradus ſingulas habent figuras. Sed Amphitheatrum ipſum ſuis conſtat figuris, & ſuas habet Introductiones, quod te monere volui, ne operi deeſſe aliquid putes. Vale.*


# HANOVIÆ

Excudebat Guilielmus Antonius,

MDCIX.

Cum S. Cæſareæ Maieſtatis Priuilegio ad decennium *à prima impreſſionis die.*

